



Philol. 96. R 1693

DARETIS

PHRYGII POETARVM ET Historicorum omnium primi, de bello Troiano, in quo ipse militauit, Libri (quibus multis seculis caruimus) sex, à CORNELIO NEPOTE Latino carmine Heroico donati, & CRISPO SALLVSTIO dedicati, nunc primùm in lucẽ æditi.

Item,

PINDARI THEBANI HOMEricæ Iliados Epitome, suauissimis numeris exarata.

Adhæc,

HOMERI POETARVM PRINcipis Ilias, quatenus à Nicolao Valla, & V. Obsopœo carmine reddita.

BASILEAE

Bd. 238.

BIBL: ACADEM: DORPATENS:

VITA DARETIS PHRYGII
ex Anthropologia Raphaëlis Volaterrani.

DARES Phrygius historicus scripsit bellum Troianũ Græcè, in quo ipse militauit, ut ait Isidorus, primus ferè historicorum: qui tandem capto Ilio cum Antenoris factione remansit, ut scribit Cornelius Nepos, qui opus eius in sex libros è Græco conuertit, dicauitq; Crispo Sallustio.

4-IIA
2606
1522253284

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO D. CAROLO Marchioni Badẽsi et Hochburgensi, Landgrauio Susenburgensi, D. in Rõtelen & Badenwiler, &c. Principi ac domino suo clementissimo
ALBANVS TORINVS
S. P. D.

OPTIME mihi de rebus humanis mereri comprimis uidentur, qui bonos quosq; autores à situ & obliuionis caligine uindicant, cãdideq; ac fideliter ad posteritatẽ trãsmittere studeant, Carole Princeps illustrissime. Cæterùm optimos ferè esse autores semper existimaui, qui essent omnium uetustissimi. Indulsisse etenim mihi ingenio suo Pindarus creditur, quum cecinit:

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. ὁ δὲ
χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ, μεγανόρ- ἔξοχα πλούτου.

† 3 Hoc

Hoc est, Optima est aqua, sed aurũ, ut ignis lucidius noctu micans, fastuosis opibus eximiè præualet. Ipse multo melius sentire censeo, qui de libris rectius dici asserunt, quàm de aureis: ueteres esse omnium probißimos, è quibus Sapientia, qua nihil homini ab immortalibus dijs dari præstãtius, excepta pietate, potuit, tanquam ex fontibus hauritur, ciuitates moderantur, religionesq́; persistunt, teterrimus ille mortalium hostis Inscitia abigitur. Certè seculo hoc nostro, ueluti in literatorum bello intestino, grassatur populariter contagiosus & incurabilis scribẽdi pruritus, & indies ingrauescit uis ægrimoniæ. Quare, ut sunt πολλὰ πολέμου μενὰ, nugacißimorum & perniciosorum uoluminum uberrimus est prouentus, adeò ut nũquam uerius fuerit sapientis Hebræorum illud:

עֲשׂוֹת סְפָרִים הַרְבֵּה אֵין קֵץ

Hoc est, Faciendi plures libros nullus est finis. Vnde tot inutiles libelli, tot ridiculæ uersificationes, tot criminationes pariter & recriminationes, cum tanta chartarũ iactura cottidie prodeunt. Malim ego plerosq́; maiorem in ueteribus, quos piaculum est perire, codicibus castigandis & edendis operam impendere, q̃ per omne genus autorum, sæpe citra iudiciũ, circũuolitare, plerosq́; ceu canis è Nilo degustare, et ex retextis aliorũ sertis nouas subinde corollas cõcinnare: ut sileã interim friuolos nescio quorũ codi-

cu-

culos. Cõsuluerim proinde Typographis, ut sumptus in ijs potius facerent, qui aurũ & argentũ, non stipulas, disciplinis & optimis artibus superstruxisse uidẽtur, è quibus licet præter loquendi rationem, etiã rerum scientiam delibare, mores item ac uitam emendare, qui sunt à nobis sanè comprimis legẽdi & adseruandi. Hoc nobis cõsilij fuit in DARETE hoc Phrygio, uate & Historico omnium antiquißimo, in lucem edendo, tot seculis ab omnibus ferè desiderato: quo nemo facilè mihi neq; uetustiorem, neq; ueriorem proferet ullum, utpote qui rebus ipsis ad Troiam gestis præsens præsentibus adfuerit, & historiã oculis, non auribus solùm usurpatam persecutus sit: quem ante, nescio qui uel Poëtæ, uel Historici extiterint. Oculis porrò, iuxta prouerbium, quis nescit maiorem esse fidem habendam, quàm auribus? Rectè igitur Flaccus inquit:

Nec retinent patulæ commissa fidelius aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta.

Eoq́; historia, quæ est rerum gestarum descriptio, παρὰ τὸ ἱστορεῖν, quod est, à uidendo, nomen obtinet. Et paucis admodum probantur historiarum scriptores Mythici. Noster Mæonidæ Græco, Latioq́; Maroni, eruditißimo hoc opere, lucis nõnihil suppeditabit, aliosq́; Poetas & Historicos aliquot illustrabit, heroicorum facinorum commemoratione ad uirtu-

tes inuitabit, uitam sententijs, quibus abundat, philosophicis emendabit. De quo (ut semel dicam) quid in totum sentiam, non habeo necesse nunc ferre sententiam, nisi quòd de autore minus quàm de interprete ambigam. Sunt quæ Britannum hunc fuisse arguunt. Cæterùm summi & excellentißimi ingenij uirum et poëtã nõ adeò infelicẽ fuisse, opus uniuersum facilè testabitur. Fidei profectò nomine, quæ in historia unicè requiritur, imprimis uenit cõmẽdãdus. Veritati quippe paßim seruire uidetur, quoniã sententias autoris, quẽ trãsferendũ instituit, oẽs pari omnino ordine scitißimè expreßit: citra tamẽ fastidium. Breuitatẽ uerò ne in eo quidẽ autore uspiã desideres: nusq; enim (quod ineptiores Poëtæ factitare consueuerũt) lõgius euagatur à proposito, nec oculos à scopo suo deflectit uspiã. Neq; interim tamẽ nullam lectoribus iucunditatẽ adfert: ita enim ingenioßus est et factus ad discutiendũ tædiũ, ut nemo magis. Vbiq; lectio amœna citra laßitudinẽ. Quis enim (quæso) in epiphonematibus, paronomaßijs, hypotyposibus, cæterisq; huiusmodi colorib. felicior? Ingenio aũt haud stupido fuisse fatebitur, qsquis accuratiusculè et paulo enucleatius (ut cætera prætereã) triũ dearũ cõtentionẽ perlegerit: quã tãta cũ gratia tractat, ut addubitari iure poßit, oratoris ne munus an Poëtæ dexterius præstiterit, aut sanè utriusq; pulchrè absoluerit.

uerit. Characteris seu λέξεως præstantia, ut minimè aspera, ita grauis, pressa, & bellicosa. Vt enim semper de heroibus, principibus, uictoribus, & dijs interdum carmen heroicũ pangit: sic nihil nisi bellicũ personat, grauibus uerbis, antiquis crebrisq; sententijs refertus. Neq; eas tamen ubicũq; assuere ceu unũ & alterum pannum qui latè splendeat, ut ait Horatius, assolet, sed ubiq; in loco ac tẽpore, ubi prætermittere, flagitiũ penè uideri poterat. Quòd aũt priscis & insolẽtiorib. quibusdã uerbis gaudet, pauloq; audacior uidetur, æqui bonique pectora cãdidiora cõsulẽt. Rarius enim id facit, idq; semper ferè cũ gratia. Nulla uspiã in toto hoc autore est obscœnitas, nulla impietas, nil turpe, nil fœdũ, nihil planè quod nõ à pientißimo queat Theologo ambabus ulnis amplecti. Cupiã Grãmaticos, qui tenellos adulescentiũ animos cùm literis tũ moribus instituẽdos suscipiũt, nõ lasciua carmina & uanæ gẽtiliũ superstitionis plena, obscœnis & ad impietatẽ prouocãtibus uerbis, haud sine magna plurimorũ pnicie, in lubrico adulescẽtiæ cõstitutis interpretari: sed ijs potius rudia adhuc ingenia imbuere, quæ altius impreßa, ad uirtutẽ flagrãtius amplexãdã incitãt. Quæ, etsi religionis inchoamentũ nõ sint, à pietate tamẽ neminẽ seuocãt. Cuius sanè claßis Dares hic est Phrygius, multorũ uotis expetitus, quẽ prodigioßẽ deprauatũ, squallore obsitũ,

& conſpurcatum, uix multis tandem ſudoribus & cura è tenebris eruimus. Fuit autem ad hoc unicum nobis & mendoſiſſimum exemplar: uetuſtatis, & eius maxima ex parte uitio qui id deſcripſerat, quẽ parum admodum, ne dicam nil, intellexiſſe autumo, adeò erant omnia characteribus inſolentibus confuſa, abſq; ullis punctis aut diſtinctionibus, & pluribus hinc inde lacunis. Quid, quòd ſubinde Hemiſtichia & metra tantũ non integra ſæpe erant eraſa? forſan à nebulone quodam, qui dolo malo illitas membranis notas expunxit, ubi ſolis fuit coniecturis et diuinationibus agendũ, quarum difficiliores aſteriſco notauimus. Quòd ſi lector noſſet quàm improbis laboribus, quãtisq; uigilijs conſtiterit mihi hæc qualiſcunq; & caſtigatio & reſtitutio, fateretur ſe mihi nonnihil debere. Neq; enim quia nunc bonam partem citra offenſionem legit, idcirco exemplar planum erat: imò nihil erat non corruptum, ubiq; hærendum, ubiq; ariolandum. Hunc tam inſignem Poẽtam & Hiſtoricum meis non æſtimandis ſudoribus ſyncerum, meos item in eo cruendo, caſtigando, & illuſtrando (omnem enim uam ferè, aliena culpa, æſtimationis dignitatem amiſerat) labores examinatos, ob dignitatem autoris & excellentiam, tibi potiſſimum elegantioribus ſtudijs conſecrato inſcribere uolui, Marchio ſplendidiſſime, ut equo

ſponte

ſponte ad ſtudia iam feliciſſimè cœpta, egregias uirtutes, & præclara Heroum, ducumq; clariſſimorum geſta currenti, adderem calcar, quò curras alacrius, in ea nempe ætate, qua non continget felicior ad imbibenda literarum ac pietatis elementa. Vnde talis nimirum euades, ut olim non ſolùm tuæ celſitudini quæq; grauiſſima ſcriptorum opera, quæ te & ſeculum fortaſſe tuum illuſtrent, nuncupari debeant: ſed ipſe etiam facinora principe digna, uirtute, & induſtria, animiq; magnitudine deſignes, quæ glorias immortales & perennem famæ diuturnitatẽ merentur, & ueram deniq; homini laudem comparant. Addidimus autem DARETI propter argumenti affinitatem, Pindari Thebani eruditiſſimum poëma, quo uates ille pulcherrima et abſolutiſſima Epitome uniuerſæ Iliados Homericæ ſummam complexus eſt. Adiecimus item Homeri poëtarum omnium principis Iliada, hoc eſt, de rebus ad Troiam geſtis deſcriptionem, quatenus à doctiſſimo Nicolao Valla elegantiſſimè Latino carmine, entheo furore tonante, reddita eſt. Quod opus à Theodoro Gaza uiro Græcæ & Latinæ linguæ peritiſſimo ad cœlum uſq; elatum eſt, quòd non imago tantùm quædam Homeri eſſet, ſed ipſe Homerus Latino eloquio res Troianas referre uideretur, eadem copia, grauitate, ſuauitate, & elegantia, qua Græcè retulerat. Viuet certè Ho-

merus ſtudio Nicolai omnibus ſeculis, nec Nicolaus unquam extingui poterit Homero, quem interpretatus eſt, extante. Acceſſit & Obſopœi, quorundam librorum Iliados minimè indocta traductio: omnia multo accuratius & emendatius typis quàm hactenus excuſa. Quibus ſingulis cum DARETE noſtro diligenter cõparatis, euidens patebit inter Hiſtoricũ & Poëtã diſsidiũ. Collibuit aũt nobis DARETEM iſtiuſmodi aſſeclis comitatum è tenebris in lucẽ prodire, & T. C. dedicatum iri, pluribus præter ſuperiora illa nominibus, præcipuè tamen quòd ſtudiũ & animum adeò meum non ingratum tibi ampliſsimæ ſpei adoleſcentulo comprimis illuſtri, & florentiſsimo principi parenti tuo teſtarer. Ingrati quippe animi atq; impudentis eſſet, ueſtræ Celſitudinis meritorum erga me obliuiſci. Nec ſinunt id cottidiana, quibus obruor, munera, præter ſolẽne quo fruor ſtipendiũ. Nequeã igitur ueſtro unq̃ deſiderio nõ tangi, quoties tãtus ſimul cõmoditatũ aceruus in mentẽ uenit: ſpeciatim uerò, quoties ſuccurrit illuſtriſsimi, multoq; oĩm principũ benigniſsimi patris tui mirum quoddã erga nos ſtudiũ, propẽſiſsimus nõ modò fauor, uerũ benignitas etiã haudquaq̃ (ut dixi) uulgaris, quodq̃; de Albano optimè nõ ſentit ſolũ, ſed etiã loquitur. id quod partim ipſius ad me literis, partim multorũ prædicatione exploratiſsimũ habeo. Geſtio itaq;

itaq; hac dedicatione, animi mei et maximæ dilectionis meæ erga C. V. teſtimoniũ et ſymbolũ qualecũq; proferre. Cupio itidẽ tibi anſam miniſtrari literarum nũq̃ relinquẽdarũ, quarũ quãtus ſit in rebus mortaliũ uſus, habes domi exẽplũ clariſsimũ, genitorẽ, cui quã tum uſui ſint ad Chriſtianam pietatẽ literæ, uel cæco perſpicuum. Quid enim eſt uſpiam in ſacris biblijs, quid in cæteris hagiographis, quod nõ mẽte & memoria melius q̃ ſuperciliоſius quiſpiã Theologus teneat, & omni uita exprimat? Cuius rei uberẽ fructũ fert, clemẽtiã illã inſignẽ, et animi trãquillitatẽ in omnibus quæ mortalib. cõtingere aſſolẽt: animũ nẽpe in aduerſis rebus inuictum, inſuperabilẽ, nullis fortunæ procellis ſubditũ, ſoliq; ſubiectũ Deo: unde heros ille breuiter ceu murus ahæneus, tãta animi cõſtãtia, tamq; inuicto tenore ſæuientẽ fortunã perfert, et blãdientẽ regit & magiſtrat. Suſtines profectò maximã expectationẽ, ut ſereniſsimo patri, cuius ampliſsima ſpes in te ſita eſt, reſpõdeas. Quã rem pulcherrimè adiuuabit C. T. præceptor Iacobus Ciglerius, uir nõ ſolũ linguarũ ſcientia præſtãs, & in omni diſciplinarum genere exercitatiſsimus, ſed & morũ uitæq; integritate nulli ſecũdus, qui tibi à crepũdijs ſtatim in aula paterna nõ ſolũ bonas literas, cãdidos mores, ſed in Deũ ac homines pietatẽ magno ſtudio inſtillauit. Plurimũ q̃ppe refert, ſic, an nõ ſic, à tenero aſſueſcamus.

Do-

Dominus IESVS tueatur istud adulescentiæ lubricum ab omnibus inquinamentis purum, ne uel cadas aut titubes, aut turbine ullo uitiorum iacteris, né ue illecibiles deliciæ transuersum trudant à cultura litterarum, sine quibus omnis cultus habetur incultus, et uita uix (ut Ennij utar uerbo) uitalis. Idē, diuina sua benignitate, corpus & animum, sanctaq; consilia splendidissimi herois, tui parētis, magis magisq; prospera uelit esse, & istam ætatem tuam semper ad meliora prouehere, precor. Vale felix, unicum Germanæ decus adulescentiæ, Marchio comprimis illustris Carole, & munus hoc nostrum qualecunq; æqui boniq; consule. Basileæ, sexto Idus Mart. An. M. D. XLI.

IN SINGVLOS DARETIS Phrygij libros Argumenta, per Albanum Torinum cōgesta.

Argumentum libri primi.

Primus continet expeditionem Argonautarum in Colchidem ad rapiendum uellus aureum. Mox Iasone cum rapto uellere reuerso, Basilicum conuiuiū: Inde, primum excidium Troiæ sub rege Laomedōte Post hæc sequitur Troianæ urbis pulchra descriptio.

Argumentum libri secundi.

In secundo, legatio mittitur à Priamo ad proceres Græcorum pro repetenda Hesiona sorore. Deinde iudicium Paridis de pulchritudine trium dearum.

Argumentum libri tertij.

In tertio, continentur uaticinia de futura euersione Troiæ, profectio Paridis ad rapiendam Helenā in ultionem Hesiones, quam Hercules captiuam è Troia prius abduxerat, abnegatæ. Item conspiratio Græcorum ad bellum Troianis inferendum. Castor inde & Pollux dira tempestate submerguntur.

Argumentum libri quarti.

In quarto, descriptio principum Troianorū atq; Græcorum primò, deinde oracula de expugnatione Troiæ, cōflictus præterea Græcorū cū Barbaris, postremò Teuthrātis interitus & sepultura cōtinetur.

Ar-

Argumentum libri quinti.

Libro quinto, comprehenditur exordiũ belli ſub Agamemnone & Priamo geſti, interfectio item Proteſilai, Patrocli, Merionis, monomachiaq; Paridis et Menelai. Hinc ſequitur Hectoris interitus.

Argumentum libri ſexti.

In ſexto, deſcribuntur aliquot prælia ac cædes duum quorundam, uidelicet Deiphobi, Sarpedonis, Palamedis, Troili, Memnonis, Achillis, Paridis, &c. expugnatio Troiæ, Priami regis interfectio, Hecubæ lamentatio, reditus Græcorum in patriam.

C. CRISPO SALLVSTIO PRINcipi Hiſtorico Cornelius Nepos S.

QVVM multa Athenis curioſè agerẽ, inueni hiſtoriam Daretis Phrygij ipſius manu ſcriptã, ut titulus indicat, qui de Græcis & Troianis memorię cõmendauit. Quã ego ſummo amore cõplexus, cõtinuò trãſtuli. Cui nihil adĳciendũ uel diminuendũ rei formidãdę cauſa putaui, alioquin meam eſſe poſſet dubitari. Optimũ ergo duxi ita ut fuit uerè & ſimpliciter perſcripta, ſic eã ad uerbũ in latinitatẽ trãſuerterẽ, ut legentes cognoſcere poſſint quomodo res geſtę eſſent, quas Dares Phrygius memorię cõmẽdauit, qui per id tẽpus uixit et militauit, quo Græci Troianos oppugnarẽt. Minimè Homero credendũ, qui poſt multos annos natus eſt: de quo Athenis iudiciũ fuit, cũ pro inſano Homerus haberetur, qui deos cũ hominib. belligeraſſe deſcripſerit. Sed hactenus iſta. Nũc ad pollicitũ reuertamur.

HYPOTHESIS LIBRI PRIMI Daretis Phrygij.

Protinus in Colchos primus liber expedit arma
Argonautarum, rapiunt qui uellera auruꝫ.
Et parat Aesonidi redeunti prandia lauta.
Excidium Troiæ sub Laomedonte uidebis,
Inde statum & formam graphicè depingier urbis.



DARETIS

PHRYGII POETARVM ET Hystoricorum omnium primi, de Bello Troiano liber primus, Latio iure à CORNELIO NEPOTE carmine festiuo donatus.

TROIADVM lachrymas, cõcessáq; Pergama fatis,
Prælia bina ducũ, bis adæctam cladibus urbem
In cineres, querimur: flemusq; q̃ Herculis ira,
Hesiones raptus, Helenæ fuga fregerit arcem,
Impulerit Phrygios, Danaas exciuerit urbes.

Vt quid ab antiquo uatum proſcripta tumultu
Veri ſacra fides longum ſylueſcis in æuum?
An quia ſpreta lates? mundoq; infenſa priori
Nos etiam noſcenda fugis? mecũ inclyta, mecũ
Exorere, & uultum ruga leuiore reſumens
Phœbeam dignare tubam, ſterilisq; uetuſtas
Erubeat, dum culta uenis, dum libera frontem
Exeris. en aureis blandas, en pectus amicum
Mulces, uulgarem leuius paſſura cachinnum.
Si noſtris nil dulce nouum, nil utile uiſum
Quod teneri pariunt anni, ſi ſecula tantum
Aurea Saturni memorant, & nulla recentis
Gratia uirtutis: aude tamen ardua, pubes.
Mento caneſcant alij, nos mente: capillo,
Nos animo: facie, nos pectore. Tempora certè
Virtutem non prima negant, non ultima donãt.
Quũq; duplex ætas uarios contendat in uſus,
Hæc uiget, illa iacet: hæc pullulat, illa fatiſcit.
Mira quidem dictu, ſed uera (aduertite) pandã.
Nam uati Phrygio Martem certiſſimus index
Explicuit præſens oculus, quem fabula neſcit.
Hunc ubi combiberit auidæ ſpes ardua mentis,

Quos

Quos ſuperos in uota uocẽ? mens * cõſcia ueri æmula
Proſcripſit longè ludentem ficta poëtam.
Quin te Cecropij mentita licentia pagi
Et lædant figmenta pater, quo præſide floret
* Tantia, & in priſcas reſpirat libera leges. Pontia
Felices quos nõ trahit ambitus. ardua nactus
Non in ſe deſcendit honos, non cæca poteſtas
Quid poſſit fortuna uidet: non perfida ſentit
Proſperitas, fleuiſſe humilem, qui ridet in altis.
Parcite ſacrilega ſuperos inceſſere præda,
Parcite. uenales quiſquis uenatur honores,
Vnde ruat tabulata ſtruit. Premit ultio noxas
Tũc grauior, cũ tarda uenit: tũc plena timoris,
Quum terrore caret: blanda nil ſæuius ira,
Quum floret miſeri felix iniuria uoti.
At tu diſſimilis longè, cui fronte ſerena
Sanguinis egregij lucrum, pacemq; litata
Emptã anima pater ille pius, ſummũq; cacumẽ
In curam ueniſſe uelit, cui cẽderet ipſe
Prorſus, uel proprias lætus ſociarẽt habenas.
Hactenus hæc, tuq; (oro) tuo da maxime uati
Ire iter incœptum, Troiamq; aperire iacentem.

Te ſacræ aſſument acies, diuinaq; bella.
Tunc dignum maiore tuba, tunc pectore toto
Nitar, & immenſum mecũ ſpargêre per orbẽ.
Luſerat omnificæ quondam ſolertia curæ,
Ignotas molita rates, auriq; cupido
Audendi tranſgreſſa modũ, trans æquora miſit
Qui caperẽt thalamos, ſpoliarẽt tẽpla metallis.
Siccine mortalis finem metitur hiatus?
Egeſtæ ſic Ditis opes, quas ambitus audax,
Quas prædo pallẽs Stygijs extorquet ab antris
Sufficiũt? cui iam ſatiesſt q. regna, quòd urbes,
Ipſaq; quòd pateant rapiendis tartara gazis?
Itur in ignotos fluctus, ultroq; procellis
Inſultare iuuat, & ſoli uiuere fato.
Aeſonides primus undas aſſumpſit in uſus,
Phrixeam rapturus ouem: cui laudis alumnus
Alcides ſocias indulſit in ardua uires.
His Peleus, Thelamõq; duces, his cætera pubes
Emathiæ, caſus pelagi coniurat in omnes.
Pars * inuita ratem, pars famæ prona petendæ,
Pars mundum uiſura nouum, gentesq; remotas.
Ergo ſequi docilis quas nõdum nouerat undas,

Argonautarũ ad Colchos profectio.

munita

Thetyos in gremium migrat. prærepta Dianæ
Pinus, & è ramis remos habet: inq; profundum
Ornatu contenta rudi, plus robore, cultu
Fiſa minus, paucis exul peregrinat in armis.
Nondum ſæua deos ponto obiectare natantes
Religio, non fluxa ſinu tumuere * ſecundo recuruo
Carbaſa: delicias dat faſtiditior uſus,
Exornatq; ſuum nouitas operoſa periclum.
Prima inopem pinus cultũ, quo ſtabat in Hemo,
Detulit in fures. autor ratis Argus, & Argo
Nauis erat, ſed uterq; rudis: nil illa ſuperbẽ,
Non auro ſuperos læſit, non rupibus aurum.
Stat dubius nouus hoſpes aqua, reditũq; fu-
Ludẽtis pelagi miratur, & æquora uiſu (gãq;
Metitur, patri æq; pium conſultat amorem,
Virtuti nutu facili ceſſurus, & undis.
Sed rapit aura ratẽ. quónã, quò naufraga tẽdis?
Quò populos in fata trahis? te ne angue uel ar-
Patrandum faſtidit opus? ſcio tædia tollis, (mis
Delitias lethi quæris. nunc utere ſaxo
Terra potens, atq; iniectæ Symplegadis ictu.
Nulla prius * cõſumpta refer. ferat ipſa cruẽtũ cecidiſſe

Quod peperit fatum, primáq; superbiat ira.
Fata obstãt, hominũ prædatrix Atropos arcet.
Plus superi q̃ fata queunt. trabs Thessala diuos
Præsentes quos fecit habet. contẽptus in antris
Hippotades, in aquis Triton, in carcere Corus,
Hac rate prærepta summos senuisset in annos.
Quippe deũ genitore metu mens cæca creauit
Ditem umbris, cœlo superos, & numina põto.
Vix pelagi sensere minas, iamq; Aeole clamant,
Aeole, tuq; dato mulces qui cœrula sceptro
Vndarum Neptune potens, date numen ituris.
Si reduces, meritis nomen sacrabitur aris.
uocari Mox ierant in uota dei, gaudentq; *uocati.
Hic faciles proclinat aquas, hic euocat antro
Qui uela imprægnet Zephyrũ, qui purget aba
Nube diẽ. cursu tandẽ producta sereno (cta
Labitur in portus Phrygios ratis. impba pubes
Emicat, & uetita certant tellure potiri.
Fama nocens subitum Sygea in regna tumultũ
Spargit, & insidias populo regiq; minatur,
Dardana si coëant peregrinæ ad littora classes.
Plebs excita furit, nec abest qui Laomedontem
In-

Intentet Danais, ultro ni littore cedant.
O superis inuisa manus, sic pignora cœli
Crescentesq; deos in syrtes cogis? an unam
Extimeas gens tãta ratẽ? sed cæca quid horres?
Huc hospes, non hostis adest, cui mõstra potẽti
Debentur frangẽda manu. reuerere tonãtem,
Vel saltẽ cognosce hominẽ. Si pẽdimus æquũ,
Si rerum iustis metimur partibus usum,
Omne homini cõmune solum. sed iura perosus
Publica sacrilegis naturam barbarus ausis
Contrahit, & proprios Phrygiam phariscat in (usus.
O Asiæ pollẽtis opes, ò Pergama nulli
Tranquillo cessura deo. nil dura sororum
Licia, nil superi peccant, gens incola fatum
Ipsa facit, cœlo Phrygius parcente meretur
Exilium, gladios, incendia. Pellitur Argo,
Armatumq; Iouem medijs exorat in undis,
Ac Danai flagrant animis poscentibus arma
Quò rapit ira sequi, gladioq; ultore pudendam
Excusare fugam. contrà, prudentia turbæ
Rara comes, raro Phrygiam cũ milite pendit.
Excipit ancipites docti tuba Nestoris aureis,

Suſpenſosq; regit, irataq; pectora mulcet.

Nestor ſocijs

O qui magnanimo domuiſtis remige fluctus,
Qui freta, qui uentos primi libaſtis, & aſtra
Iratum didiciſtis iter non nota ſequuti,
Diſcite dura pati. ſola eſt quæ conterit hoſtem,
Virtutesq; regit Patientia: ſola triumphis
Militat innocuis, & honeſtæ conſulit iræ.
Eſt tẽpus quãdo, locus eſt ubi. lædimur omnes,
Lædimur immeriti, patimurq; indigna priores,
Vt cauſſa meliore frui ſuperisq; ſecundis
Marte dato liceat. non hic iniuria nobis,
Sed Danais facta eſt. ueniet qui probra ſuorũ
Enſe pio redimat. Sic fatur, & accipit omnes
Delinita Thetys, gremiumq; exponit ituris.
Iam fluctus emenſa uagos, in Phaſidis undas
Declinat Pegaſæa ratis: pelagoq; relicto,
Pauperiore ſinu, ſed liberiore potita,
Multa prius metuenda tulit, dum littore in alto
Diſcordes agerent undarum prælia motus.
Improbus audaci ſuſpendit gurgite pontum
Phaſis, & obnitens caſtigat in arua ruentem,
Ceſſuram miſeratus humum. furit ille, feroxq;

Potandas inceſtat aquas, bilemq; refundit
In uada blanda ſuam, dedignaturq; teneri.
Ipſa etiam clauſisq; notis, cœloq; ſereno,
Continuas hyemes portus anguſtia uoluit.
Nec ſpacio laxum languet mare. creſcit arena
Conſumptura rates, telluſq; occulta uadoſas
In cumulũ ſuſpendit aquas, mentita profundũ.
Fluctuat ambiguus Tiphys, prope littora ſpe-
Suſpectã formidat humũ, diſcitq; timere (ctat:
Quo tutum ſperabat iter. timor elicit artem
Cõſultura uadũ medias minor alnus in undas
Pellitur, & conto metitur iudice pontum.
Littoris inſidiæ poſtquam patuere, coacto
Inter utrunq; ſolum decurrens limite puppis
Arua petita premit, fractasq; offendit arenas.
Quid *memorẽ Aeſonidæ duras incũbere le moror
Oẽtæ imperio? qd ſemina iacta? qd hoſtes (ges
Terrigenas, Martisq; boues, ſæuiq; draconis
Excubias? ignis uirtuti cedit & enſis.
Eripiturq; emptum ſummo diſcrimine uellus.
Neptunum ſenſiſſe putes, fugientibus æquor
Altius intumuit, fractiq; in littore fluctus

Intonuere ſimul. Procul ò procul ite prophani,
Nõ licet in ſanctum cum præda tendere pontũ.
Has notus haud paſſus cauſſas inſtare timoris,
Præripuit uoces, nec iter conceſſit in aures.

Reditus Iaſonis cum aureo uellere.

Nauigat auricomo ſpoliatis uellere Colchis
Prædo potẽs. culpẽ ne ratẽ quæ prima p undas
Ad facinus molita uias, atq; Atropon auxit?
An cauſſa potiore probem? ſine remigis uſu
Non noſſet Memphis Romã, nõ Indus Hiberũ,
Nõ Scytha Cecropidẽ, nõ noſtra Britãnia Gal
Primus ab excubijs mõtes proreta pelaſgos (lũ.
Anticipat ſaluere iubens: at cætera pubes
Remorum aſſurgit ſtudio, uictrixq; carina
Theſſalicis reddit quos in freta duxerat aruis.
Quis uarios memoret plauſus, quis gaudia uul-
Si parcus meminiſſe uelim, uel nolle fateri, (gi?
Vel ſeriem non noſſe putent: ſi prodigus, auris
Faſtidita neget faciles ad ſingula nutus.
Pelea miratur reducem Lariſſa, Pylonq;
Neſtor habet, Telamone ſuo Salamina ſupbit,
Leda Cerauneis & fratribus Orithyia
Hyſmarijs, laudatq; ſuum Calydonia mater

Oeni-

Oeniden, nõdũ tantũ ſoror, Orphea Thraces,
Archades Admetũ, Talaũq; & Theſea & Idã
Anthæumq; urbes uariæ, ſua mœnia quenq;,
At Pelopõneſum cum præda diuite Iaſon
Occupat, inſigni laſciuit regia cultu,
Victoriq; ſuo gratas plebs obuia uoces
Elicit, & uero diſpenſant gaudia uultu.
Solus inexplicita Pelias ſub fronte ſerena
Inuidia ægreſcit, ſeſe cauſatur, in omnes
Vota deos conſumpta gemit, Martemq; laceſſit
Qui gratis domitos tulerit deferuere tauros.
Eluctata diu rapidis * impulſibus ira — ſingultib.
In uerbum ſingultat atrox, quæſtusq; ſuperbos.
O ſuperi, quò thura meant? ò fata, quis error
Imperat? ò hominum caſus, paucos ne reſeruat
Vt multos fortuna premat? iam ſentio, traxi
Inuito mea regna deo. cape maxime tandem
Quorum faſtidit uſus regnare negantem,
Quæ longo emiſti uoto: tumeasq; relictis,
Non raptis. tenui certè non ſponte deorum.
Hisq; uelim regnis emptum uiciſſe tonantem.
Me mage (ſi qua fides) uotorum offenſa laceſſit,

Querela Peliæ de reditu Iaſonis.

Quam

q; Quàm sceptri iactura mei. uolui * ne sub Arctõ
Proscripsisse uirum? regnat. fregisse? superbit.
Extinxisse? uiget. titulos minuisse? triumphat.
Ergo deos dico ingratos. da thura tonanti:
Quum dederis, sperata neget, donisq; retentis
Rideat elusum. melius fortuna pianda est,
Quæ pacẽ, quæ fulmen habet, quæ prima tyrã
Imperium partita tribus cõceßit, abegit. (nis
Mutato lusit cœlo, rursusq; iubebit
Quos fecit reges mecum migrare sub umbras,
Et Ioue proscripto Saturni leniat iras.
Sic fatur, diroq; animam depascitur æstu.
Has tamen has cordis rugas, hæc prælia mẽtis
Frontis oliua domat, faciesq; dolosa sophistam
Mendicat uultũ, & blandos peregrinat in usus.
Conuiuium. Gaudia prima ducum, solenni mẽsa tumultu
Excipit. At cœli prædo terræq; marisq;
Ambitus acceptas uenatur regibus escas.
Iuno lyram uolucrũ languescere sentit, alũnos
Aequoris emungi Thetys dolet: aspera Phœbe
Indignata sui numerum rarescere ciuis,
Excubat, ultoremq; humeris accõmodat arcũ,
Ve-

Venantes uenata uiros, prædamq; petentes
In prædam petit, & lucos uigilantius ambit.
Ergo thoros conuiua premit, donumq; dearum
Interpres blandus hilarat deus, humida siccis
Mirè concilians. comptos discreta clientes
Cura agit, hi cererẽ cumulãt, hi fercula mutãt.
Illi hilares iterant calices. at rege superbo
Emeritum libante merum mensalibus hærent,
Summißiq; haustum Bacchi regalis adorant.
Has mensæ genialis opes, hæc ocia curæ
Dapsilis, hoc grati certatum dulce laboris
Incolumi uirtus delibat sobria gustu.
Non ignaua graui peperere obliuia menti
Deliciæ, non in somnos elanguit ira
Amphitrioniadæ. Troiam bis terq; resumens
Se uultu reserat, animumq; his asperat ægrum.
Ergo Iouem meritus cunali Marte parentem
Cœlestes docui mecum uagire dracones,
Præueniq; minas? pudet heu. uir, uictor, adultus
Barbaricis ceßi, non uiso milite, iussus.
Ergo minis frãgendus eram? proh fata pudẽda,
Proh crimen superum. fato * Iunonior omni q; imma-
Ne nior

Nescio quis famæ meritum scidit: arma tenebã
Nec deerant hostes. i nunc, & prisca reuoluẽs
Priuignum mirare tuum, Iouis inclyta coniũx.
Vicisti, fateor, fugi, victoria summa
Alciden fugisse fuit. rursus ne seuerum
Dignere artificem nostris Eurystea pœnis?
Si Lernam edomui, si Cerberus ore trifauci
In scopulos Dodona tuos aconita refudit:
Si grauis Anthæus, gratam suspensus arenam
Dedidicit mirante Rhea: si cætera mundi
Monstra triumphali potui consumere dextra,
In Phrygios dicam ne uiros? humanaq; bella
Depotuisse pudet. sed cur clarè acta reuoluo?
Degeneri grauius accedit gloria facto.
Quin potius seris gladius quid conferat ausis
Mõstrorum domitor reminiscere, Pergama pœ-
Pendãt, & meritis periuros perde ruinis. (nas
Sic Phœbo liquidoq; Ioui ducture triumphum,
Sic tibi, sic Danais, docilesq; instare Pelasgos,
Non fugisse sciant, qui quum potuere minari,
Et potuere pati. Tacitis sic quæstibus iram
Exacuens, summos animum procudit in ausus.

Haud

Haud secus exilium gratæ dequestus arenæ
Armenti princeps lunatum robur in ornos
Asperat obiectas, & se præmensus in hostem
Ocia dura gerit, & prælia pulchra figurat,
Frõte furens, pulsasq; pudet nõ frangere syluas
Inde thoro meliore redit, ueteremq; repulsam
Excusans, uictor regnat, lauroq; superbit.
Vix primos belli motus librauerat heros,
Et iam fama loquax rapiens ex aure potentum
Quod ferat in uulgus, pauidas quod spargat in
Prælia mota canit. illã ne nocẽtis auerni (urbes
Progeniem, cœli ne rear? quæ murmura rerum
Occulta extenebrat, reddituq; latentia luci.
Immò quis è supera contendat pace creatam
Turbatricẽ hominũ? quæ sancta silentia regũ
In mundi perfert aures, & plebis in ora
Dissipat, arcanum curæ furata silentis.
Haud mora, non iussi lituis, non ære uocati
Conspirant ad bella uiri, sed & arma tumultu
Plebs rapit, & uibrans quos non bene nouerat
Ingenuè iracsci discit, multũq; minatur, (enses,
Sed factura parum. terit hic in frena iugales,

Apparatus Herculis ad bellum.

Non

Non longũ mansurus eques, rapta ille superbit
Cassidе & impatiens captos decrescere uisus.
Hi suras riguisse stupent, hi pondere uicti
In clypeos nutant, pars barbara regna lacessit
Litigijs audax & citra prælia fortis,
Obiecto secura freto. gemit anxia matrum
Turba, nec infaustis solatia mœsta querelis
Ire negãt lachrymæ, lachrymis certatur, & o-
Excessisse putat flendi parcissima luctũ. (mnem
Hæc inter medios enses timet, illa Charybdim
Incurrit, pietas nunquam secura quiescit.
Mens ò prona uirûm, non hæc suspiria uirtus
Infracta admittit, non dant complexibus artus,
Oscula non iterant, ne uel sic bella morentur.
Vix memores dixisse uale, mulcetur alumnus
Fatorum Alcides, & spe meliore superbis
Assidet inceptis, fremitu naualia feruent,
Aegæosq; sinus ter quino remige frangit
Lecta cohors, totidẽq; mouet, per cærula pinus.
At notus incumbens humeris, puppiq; sequaci
Ducit inoffensam Simountis in hostia classem.

Bellũ Herculis & Troianorum.

Puppibus emigrat primus Thelamone secũdo

La-

Larissæ pollentis honos, cui cærula nupsit
Nereis, amplexus non aspernata minores,
Mortalemq; thorum, quo principe gloria spirat
Myrmidonum, quem tota suis obnoxia fatis
Dorica castra * canũt. danais hic debet Achillẽ, tonant
Aiacem Thelamon, æquale in * prælia fulmen. Pergama
Diuidit ergo acies æqui libraminis instar
Alcides, pars in Phrygios armata penates
Iam dictos sortita duces, pars cura relictæ
Classis disponit cum Nestore, parsq; sequuta
Amphitrioniaden, socijs partitur utrisq;
Excubias hinc inde suas. sic agmine trino
Consulitur bello, patriumq; armauerat orbem
Principis edictum Phrygij. ruit omnis in arma
Barbaries: flammisq; rates consumere fisus,
Et Danaos sparsurus aquis, ad littora Martem
Dux migrare iubet. paretur, & ocyus omnes
Fluctibus insiliunt. solitæ nil tale timere
Nereides uisa arma stupẽt, horrentq; tumultũ.
Hi telis instant, alij face: pectora telum,
Fax puppes iniecta petit, cunabula Mauors
Cypridis infestat armis, & Lemnius igne.

b Tunc

Tunc primũ bellis rubuit mare. sanguinis illas
Murex hausit opes, quas nõdũ oblitus in annos
Præsentes meminit, regũq; expendit in usum.
Scyllæos noua præda canes ad funera mœsti
Gurgitis inuitat, coëunt latrantibus undis
Monstra sinus Siculi, dehinc hausto nectare di
In freta sparguntur similem uenantia potũ. (ro
At fremitu accepto Nereus excussus ab antris,
Mutatis horrescit aquis: fontiq; relapsus
Nascentem explorat lunam, uisoq; meatu
Quem genitrix natura dedit, securior exit.
Immò agitè, immisso bellum consumite põto,
Dij si qui undarum: raptæq; Athlante repulso
Euoluantur aquæ. fatis iniuria prima
Excusanda fuit, an & hos impunè furores
Ferre iuuat? misero completus sanguine pontus
Spumat et incẽsum fumat mare, scylla charybdi
Excitat, & nostris pinguescũt mõstra ruinis.
Si neutros superesse ratum, si iudice pœna
Elicitis pœnas, Phrygios periuria mergent,
Exẽplũ sceleris Danaos quæ iam mora segnes.
Pronius in facinus tardis ultoribus itur.

Ar-

Ardua iam trepidis murorum septa cateruis
Iliacæ traxere manus. stat Dardana pubes
Pro iugulis armata suis: nec enim inuida regni
Ambitio ludit pugnas, sed & ira, minæq;,
Et non extorti per uulnera cruda furores
Bella cient, hinc inde odijs flammata superbis.
Primus in aduersos uibrata cuspide muros
Torquet equũ Peleus, fractaq; accẽditur hasta.
Hac (ait) hospitijs aditus, & in hospita tecta
Pulsanti reseranda manu. nos urbe fruamur,
Portu alij, dixit. cunctiq; instare Pelasgi
Ceu belli tunc caussa recens, nec tẽpore longo
Ira minor, minus accẽdant in prælia mentes
Iussa, tubæ, promissa, preces: asperrima cernas
Bella geri. non præcipites telluris hiatus,
Non undas timuere uiri: sibi quisq; uideri
Dux alijs, milesq; sibi. pars cratibus instat
Continuas molita uias, uallemq; profundam
Molibus iniectis uincunt: pars aspera cliui
Impatiens hæsisse subit: iam copia muri,
Iam silices laxare licet. sed desuper urgent
Dardanidæ, incussasq; trabes & saxea uoluunt
Fragmina: pars iaculis audax, pars aspera flãmis

immergit Flagrãtes × inuergit aquas. septũ arbore Dymus
Affectabat iter, fixoq; in mœnia uultu
Hæserat: hunc latices decaluauere profusi,
Flumineiq; imbres, nudum spoliatur utroq;
Crine caput, penetratq; fluẽs in uiscera uulnꝰ.
At testudineo Telamon defensus amictu
Occultum furatur iter, silicumq; tenorem
Aere domat, iamq; in præceps pendente ruina
Cedit, & effracta tandem prior urbe potitur.
Interea flammis populari uela parantem
Percellit uox dira ducem: Cui strenue ductor
Dardanidũm, cui bella geris? ciues ne perosus
Monstripari pacem pelagi sancire laboras?
An pauidis pfugisq; instas? et ne qua superstes
Sit fuga, consumis classes? propioribus austis
Intendêre manus hostes, huc lumina flecte,
Atq; urbem miserare tuam. uix credulus hæret
Laomedon, cernitq; tamẽ iam Pergama rumpi,
Stare hostes, nutare Phryges: rapit ocyus agmẽ
Attonitum, belliq; rudis non colligit alas,
Sed sparsis properat signis. quẽ præpete gaudẽs
Excipit occursu Tirynthius: hisq;, ait, olim

Quum

Quũ premerent portus optataq; littora fessi,
Exilem telluris opem tenuemq; negasti
Sæue moram, spreta pacis cũ fronde Minerua.
Sume uices, rediit hostis, qui uenerat hospes.
Sic fatur, strictoq; ducem transuerberat ense:
Thoracisq; moras, clypeiq; umbramina raptim
Dissipat, atq; animam tot defensoribus usam
Elicit, & Stygios iubet irrupisse penates.
Fit fuga Dardanidũ mactato principe. at hostis
Ciuiles prædatur opes, pars cædibus iras
Innumeris explere sitit. uox regia tandem
Castigat rapidos Danao grassante tumultus.
Parcite uictores Danai, compescite dextras.
Labe pari peccat, pariter crudelis uterq;,
Qui cunctis parcit, & nulli nobilis iræ est
Citra iram punire reos. iam copia regni,
Vrbs cecidit, cessit hostis. cæsoq; tyranno
Vt miseris faciles Graiorum exempla secuti
Esse Phryges discãt, damus ultro rura colono,
Castra uiris, pontum nautis, & ciuibus urbem.
At pereat dira si quis de stirpe superstes,
Hanc quoniam delere iuuat. Sic fatur, & ecce

Laomedõtis cædes.

Amphitº, Hyſiphilº, Volcontus, & inclyta uul
Heſione, ſæuis uincti poſt terga catenis (tu
Tradũtur ducibº. hi dira in funera rapti, (ctor,
Hæc Telamõ tibi præda datur, quòd Pergama ui
Quòd prior effractis facilem das hoſtib. urbẽ.
Ilicet, Argolici præda Heſioneq; potiti
Incumbunt pelago, laurumq; inſigne triumphi
Puppib. exponũt, penetrantq; ad ſidera plauſu.
His aberat Priamus, aliam ſeruatus in iram
Fatorum, caſusq; alios: cui Marte ſecundo
Eoos populata Phryges uictoria læta
Fauerat, & reduci comites plauſere triumphi.
Dura hominũ Lacheſis, ſors perfida, luditur an
Imperiũ, Priamº natales ampliat agros, (ceps
Troia ruit: ſceptroq; nouus dũ quæritur orbis,
Sceptri nutat honos. fauſtos in regna meatus
Fata dabant reduci: ſed dira, ſed aſpera donis
Inuidit fortuna ſuis, quæ quum ardua donet,
Guſtatos grauiore fauos ulciſcitur ira.
Iamq; urbis trepido conſpectum pectore ductor
Hauſerat, occurrit luctus, uiſumq; ſalutat
E muris manuũ plauſus lachrymabilis, horror

Aggreditur, turbatq; ducem, totamq; pererrat
Infelix planctus aciem, ſtant undiq; ciues,
Solanturq; ſuam Priamo ſpirante ruinam.
Ille autem licet interno complura dolore
Corda gemãt, uultu lachrymas caſtigat adul-
Vt ſaltem ſperet ducis ad ſolatia uulgus. (tas,
Nã ſummè miſer eſt, cui nec ſperare relictũ eſt.
Nec mora, diffuſam ſpaciis maioribus urbẽ Troiæ deſcri-
Integrat, ac potior conſtructio barbara Græcã ptio.
Excludit Nemeſim. medicati uulnera muri
Reſpirant meliore manu, contemptaq; moles
In ſeuum patuiſſe aditum: & quâ ſaxa recedũt,
Continuant ualuæ duplices. hæc cardine laxo
Alternos pandit aditus, hæc robur acernum
Pectine ferrato tacitos ſuſpendit in uſus.
Iamq; arces cecidiſſe iuuat, iã machina maior:
Et lucro iactura fuit. muralia primas
Propulſura manus, pinnarum culmine denſo
Conſpicuos tollunt apices, nec mœnia munit
Rarior excubias turris factura ſecundas.
Celſior in ſuperas contendens uertice nubes
Ilios, æquaret gemini diſcrimina mundi,

Si spacio contenta suo, minus improba cœlo
Parceret, atq; alium iam nõ præsumeret orbem.
Si Phlegram conferre uelis, si uirginis arces
Assyriæ, feret hæc potius discrimina linguæ,
Tela Iouis. nulli spacioſior æthere tractus
Cõtigit, aut tantum patiens indulsit Olympus.
Penè pares totam turres sparguntur in urbem,
Cyclopum fassæ studium, ciuisq; superbus
Celsa petens, fastidit humum: surgentia passim
Exhalant piceas incensa pyralia flammas.
Ingenti Vcalegon consumẽs aëra tecto
Arduus alta petit, Anthenor mœnibus æquis
Certat: at incõstãs, nec maior, nec minor, ægris
Anchises parcit pedibus, gressumq; perosus
E speculis uidet urbis opes, plaususq; uiarum.
Haud procul incũbens urbi mediantib⁹ aruis
Idæus consurgit apex, uetus incola montis
Sylua uiret, uernat abies procera, cupressus
Flebilis, interpres laurus, uaga pinus, oliua
Concilians, cornus uenatrix, fraxinus audax,
Stat comitis patiens ulmus, nunq; senescens
Cantatrix buxus: paulo procliuius aruum

Ebria

Ebria uitis habet, & dedignata latêre
*Canicolam poscit Phœbum, uicinus aristas Canocolã
Prægnantes fœcũdat ager, nec plura Phalern⁹
Vina bibit, non tot pascit Campania messes.
Proxima rura rigans, alio peregrinat ab orbe
Visurus Troiam Simois, longoq; meatu
Emeruisse uelit, ut per tot regna, tot urbes,
Exeat æquoreas tandem Troianus in undas.
Dumq; indefesso miratur Pergama uisu
Lapsurum suspendit iter, fluuiumq; moratur
Tardior, & totam complecti destinat urbem.
Suspensis infensus aquis uiolentior instat
Nereus, atq; amnem cogens procul ire minorẽ
Proximus accedit urbi. contendere credas
Quis propior: sic alternis concurritur undis,
Sic crebras iterant uoces, sic iurgia miscent.
Vndiq; siderei maiestas conflua mundi
Iliacum dignata solum, iuga, mœnia, pontum
Vestit, & astrifero dat respiramina collo.
Idæos Cybele colles colit, ipsa superbis
Regnatura iugis, reliquos tibi Delia saltus
Donat, & Idæis pensant uenatibus orbem.

Pampineum te Bacche nemus, te ſpicea cingit
Sylua Ceres, Neptunus aquas, naualia Phœbꝰ,
Arces Pallas habet, & habetur Pallade fatum.
Eſt ſacer urbe locus media, modicũq; laborat
In cumulũ Pygmæus apex, quẽ ſurgere plenè,
Quem planè reſidere neges. hic celſa ſuperbi
Fulgurat ara Iouis, nõ ſceptro & fulmine nudi,
Non qualẽ Tyrius, nõ qualem prædicat Indꝰ.

DARETIS PHRYGII LIBRI PRIMI FINIS.

HYPOTHESIS LIBRI SECUNDI Daretis Phrygij.

Mittitur à Priamo legatio ſancta Secundo
Ad proceres Danaũm, repetant qui pace ſororẽ
Heſionam, magna ui nuper ab Hercule raptam.
Iudicium Paridis ſequitur, quo iudice diſces,
An Venus, an Iuno, uicit'ue decore Minerua.

DARETIS PHRYGII POETARVM ET Hiſtoricorum omnium primi, de Bello Troiano liber Secũdus, Latío iure à CORNELIO NEPOTE carmine feſtiuo donatus.

IAM floret Priamus populoſo pignore felix,
Felix coniugio, felix natalibus * aruis, armis
Si ſuperi, ſi fata ſinant, ſi ſtare beatis
Permiſſum. uidet Alecto quas fregerat arces
Fortuna meliore frui: uidet, ardet, & hydris
Iraſcens circumq; genas & tempora crebris,
Mé ne, inquit, reginam Herebi, mũdiq; potentẽ,
Atq; utinam cœli, regnum mortale laceſſet
Aeternùm? pudet heu. laſciuit terra ſuperſtes
Poſt Danaos quibus uſa fui, noſtris ne triũphis
Con-

Contendit, uinciq; negat. ruat ocyus ergo
A cunis conceſſa mihi. Sic quæſta, quietem
Inuidet exiguam Priamo, raptumq; ſororis,
Seruilẽq; colũ, & lachrymas obiectat inultas.
O hominũ ſuperũq; pater. ſi numina curas,
Cur hominẽ plectis? miſeræne q; incola terræ
Deſpicitur? certè lachrymis noctiq; dediſti
Proſcriptas à luce animas. pater optime tandem
Flectere, redde polo reduces, uel funera ſaltem
Exilij tutare tui. quur impia ſæuit
Alecto in miſeros? cur Pergama dia fatigat
Tot ſuperis conſiſa ſuis? tolle inclyta, tolle
Virgo moras, nec paſſa premi quas incolis arces
Gorgone prætẽta Stygias perſtringe Meduſas.
ſibi En aras, en thura * tibi communia poſcunt
Nutrices ſcelerum Furiæ: noctisq; tyrannos
Exorare iubent, cœlum inter mœnia clauſum,
Conciues habuiſſe deos. hem linquet inultum
Tiſiphone: regiq; ſuo cultore negato (fundis
Quam dedit inuidiam Phrygius luet. Ecce pro-
Curarũ furijs, uigiliq; impulſa dolore (ſcit
Mens Priamũ in diuerſa trahit, nec Marte repo

He-

Heſionen, nunc bella timet: ſententia tandem
Fortior, inniti precibus, tentare Pelaſgos
Blandicijs. uoce hac legatum Anthenora demũ
Inſtruit, & paruo claudit mandata libello.
Priami epiſtola ad Græcos
Hactenus inuicti gens imperioſa Pelaſgi,
Libertas Aſiæ nullis concuſſa uigebat
Caſibus: inuidit ſolitum fortuna fauorem,
Et rerum decreuit apex. uerùm Hercule uinci
Turpe minus, tantoq; leues autore ruinæ.
Nunc quia conciliat humiles fauor, exuo regẽ,
In miſeras deſcendo preces. ſic India Bacchũ,
Sic Cyrũ Crœſus, Thamirĩ ſic Cyre rogabas.
At ſi Parca prior quâ cœperat ire mearet,
Ipſe orãdus eram, geminũq; impenſus in uſum,
Aut pacem regerem iudex, aut prælia princeps.
Proh ſuperi, quæ dira orbem deludit Erynnis?
Exieram miles, tractabam prælia ductor,
Victor eram: ſed quid eoo blanda triumpho,
Si mœſtos læto reditus fortuna parabas?
Hæccine poſt tantos mihi debita põpa labores?
Sic metui tibi Troia dari, quæ læta parabas
Quũ redij? ſæua illa dies ſempiq; gemenda,

Qua

Quareduci primùm patriæ mœstißima clades
Viſa audita ſimul. melius quem fecimus hoſtis,
Aut cui factus eram, uitã hanc tot triſtia paſſam
Rupiſſet gladio. ſceptro'ne & culmine regni
Dulce frui? ſic ſic fratrum patriſq; perempti,
Sic raptæ memor Heſiones? miſereſcite magni
Myrmidonũ proceres. cæſum lugere parentẽ,
Exhauſtam uidiſſe domum lapſoſq; penates,
Sit ſatis: Heſionen lachrymis ſolatia tantis
Reddite. parua quidẽ poſco, ſed muneris inſtar
Maioris, uitæ pariter, pariterq; ſaluti
Exanimem dabitis. Sic poſtq̃ queſtus, & ipſi,
Et cui charta datur, tepidus fluit humor in ora.
Anthenor Zephyris blãdũ ſpondẽtib. æquor
Haurit iter: rapiensq; ducis mandata, per undas
Magneſij fines, Sparten præteruolat altam,
Fatidicamq; Pylon, paucis ubi tracta diebus
Ocia dequeſtus cedit: non Pelea magnum,
Tyndaridas geminos, Pyliam flexere ſenectã
Verba ducis. læti tandem Telamonis ad urbem
Flectit iter. Lacheſisq; fugam ueſtigat in omnes
Regia celſa nitet, complutaq; murice multo

Heſiones & Telamonis nuptiæ.

Pur

Purpura Sydonios diſpergit in atria luxus,
Solennem confeſſa diem, qua iungit herilem
Iuno thorum. læto cuncti connubia plauſu
Concelebrant, populoq; ſuo certamina prima
Ventripotens ponit genius. cœnare decorum,
Et menſas uariare iuuat: nec pocula deſunt
Fœcundam factura ſitim. repetiſſe uoluptas,
Et uires conferre libet, ciuiliter ipſi
Indulgent proceres cyathis, bibuliq; clientes
Heus Hymenæe ſonant, & in aurea pocula fuſi
Inuitant ſeſe pateris. plebs mixta Britanni
Certatura ſiti, longiq; potentior hauſtus
Plebeios gaudet calices & ſobria uina
Regali mutaſſe mero, redimitq; uoluptas
Rara moras, nec ceßat hiãs, dum pectore uicto
Lingua fluat, creſcant lychni, ueſtigia nutent.
Cætera multiplici laſciuit curia plauſu,
Pars ſyrtis, pars grata lyris, pars ore canoro
Natiuas oſtentat opes, contentaq; neruis
Arteriæ non artis opem, non carmina nerui
Ad uocis mendicat opus: ſe quælibet ornat
Muſa libens, quæ uoce placet, quæ dote ſupbit.

Nõ

Non tamen indulgent studijs cõmunib. omnes.
Aetatum parium similis concordia: narrat
Cum sene canicies, ludit cum pube iuuẽtus,
At moduli alternat libamina prima choraules
Præuius, & dociles hoc explicat ore choreas:
Plaudite conciues, Salaminæ ditis alumni
Plaudite: victori nubit Priameia nostro
Hesione. clamant unà feliciter omnes,
Congeminãtq; iterum feliciter. Ille canoros
Concilians in plectra modos, his exit in aures:
Herculis laus: Quid gentis Danaæ proauos, quid prisca stu
Prælia? miremur potiꝰ quẽ protulit ætas (pemꝰ
Qua fruimur, rerũ patrẽ, mundiq; patronum
Amphitrioniaden, axis quem laudat uterq;,
Cuius opem sæuos debellatura Gigantes
Astra petunt, geminoq; armari fulmine poscũt
Hunc non Iuno ferox, non accusator iniquus,
Non labor exhausit. redolent cunabula primũ
Vix ortæ uirtutis opus. Nemeæus adultos
Expauit terror humeros. Erymanthus abacto
Respirauit apro. victricis uictima clauæ
Absoluit Creten taurus. dux flebat Hiberus

Damnatis quas Caccus opes abscõderat antris.
Nõ angues Lernæ reduces, nõ Cerberus ingẽs,
Non Lapithæ domuere uirum. uigilata draconi
Poma tulit. pestem Libycam librauit in auras,
Edocuitq; hostem nocituris artibus astra,
Qui quõdã geometer erat, Achelous in armis,
Nessus in effugio nimis effugisse queruntur.
Othrisios mactauit equos, reuocauit ab armis
Hippolyten, domuitq; fero Stymphalidas arcu.
Nec solùm tibi se tellus, sed sidera debent.
Vector eras, & uector eris. da maxime felix
Auspicium, lætum tribuas nubentibus omen,
Et prosit cecinisse tibi. si iusseris, ibunt
Monstra procul, ridebit Hymẽ, uinoq; fauebit.
Iam tua sic Hebe pariat Saturnia cœlo,
Et nostro noua nupta duci. Plaudentia rursus
Tecta sonant, festoq; fauet plebs læta tumultu.
Sola tamen * duro turbat conuiuia * uultu — tristi * luctu
Hesione, spernit plausus, oditq; fauentes,
Nil titulis permota suis, non dote superba,
Non cultus mirata nouos, sibi capta uideri, (mẽ
Mœsta queri, & quotiens sibi plaudit regia, no

Reginæ captiua pauet, nec libera fidit,
Sed iussa in thalamos timidè uentura coactos.
Cumq; alijs modulentur aues, quæ cõiuga fatæ
Exhilarãt *Expirant meliore lyra, sibi credula fingit
Noctiuagas ululasse striges, bubone sinistro
Tecta premi, Stygioq; satas Acheronte sorores
Funestas gessisse faces. heu cæca futuri,
Quàm sæuum patris paritura nepotibus hostẽ.
Quinetiam oblatos calices, oblata recusat
Cymbia: nunc tacito perfundit pocula luctu,
Et lachrymas bibit ipsa suas, segniq; morantes
Crescentesq; cibos gustu ieiuna fatigat.
Tristior interea Phrygius delabitur hospes
In portus Salamina tuos, ramoq; uerendus
Palladio, celsas subit arces. cætera nosse
Curia cunctatur, conciuem sola Phrygemq;
Agnoscit noua nupta uirum, pudibũdaq; uultũ
Flectit, & orantem miratur talibus illum:
Antenoris oratio. Inclyta sceptrigeri proles Iouis, & min⁹ uno
In natum perducte gradu, reuerende Pelasgis
Iustitia, belloq; potens, tibi supplicat omnis
Cũ duce Troia suo Telamon. miserescite ciues.

Tuq;

Tuq; prior: non tot terraq; mariq; labores
Incassum fluxisse sinas, post aspera multa
Huc tandem huc ueni. cerno quã quærere iuss⁹
Hesionen, cerno: non hæc commercia certè
Iuno probat: uictore suo captiua fruetur,
Flẽs hilari, famulãs domino, uel barbara græco.
Redde magis. tot uestra nurus Europa supbas,
Tot celebres habet illa faces: melioribus ortam
Quære aliam fatis: hæc edita sidere diro
In raptus damnata fuit, facilisq; uel omni
Præda uenit, semperq; suis rapiẽda minatur.
Nouerat Argolicas Alcides, nouerat alter
Cum Polluce error, nouit cũ Nestore Peleus,
Quum leuis ascensu facili tibi præda daretur
Hesione, meq; haud fines trusissẽt in istos
Infelix Priamus, si quid de gente superstes
Cognata, patriæ pensaret damna ruinæ,
Hanc tibi, non superis, animam debere fatetur
Quam sibi seruatã gaudet, *sibi, sed Telamoni non
Dic potius subicit Telamon, inuitaq; flentis
Oscula prædatur, & in hos ait ire lacertos
Emerui gladio. Sic interfatur, & illud

Dircæum memorat, Teneo longumq; tenebo.
Pulsus abit Phrygi⁹, relegẽsq; quod hauserat
In patrios delat⁹ agros, iter explicat oẽ (æquor
Ciuibus, Heſiones thalamos, & nulla Pelaſgos
Iura ſequi, bellumq; hortatur. At æger iniqua
Suſpicione Paris, Ne credite, ludimur (inquit)
Dardanidæ, miror hilarem. ſibi commodus uni
Non ſperata refert, non quod cõmune decorũ,
Molitus ſpeciale bonum. malè publica curat
Qui ſua pluris habet: gelidoq; haud utitur enſe
Saucia proximitas. mihi claſſem ac uela parate,
Ibo, ibo. non me pauidus quas obijcit Hector
Terruerint Syrtes, nõ arma aduerſa uel hoſtes,
Non aditus in regna graues: mihi numẽ ab alto
Indulget, dictatq; uias, ſpemq; addit ituro.
Mira quidem, ſed uera (duces aduertite) pandã.
Deſertura uirum flebat Pallantias ortum
Proceſſiſſe diem, ſed iam maturior æſtus
Soluerat algẽtes lachrymas. me dulce trahebat
Certamen nemorum, populari luſtra, fugaces
Indagare feras, facilique inſtare moloſſo.
Ocyus exciti qui caſſe, uel ore, uel aure,

Frau-

Fraude, ſono, ſenſu, ludentes prælia caſſe
Fallunt, ore cient, ueſtigant aure, ſimulq;
Inuadunt ſaltus. me nutu numinis error
Deuius in ſpacium ſeductius, in nemus altum
Egit, uenariq; dedit ſecreta dearum.
Idæi regina ſinus digniſſima Phœbo
Laurus inoffenſo frondoſum uertice crinem
Explicat, & nemoris proſcripta plebe minoris
Sola uiret, nulliq; ſuas communicat umbras.
Cætera Cyrrheam ueneratur ſylua iuuentam
Celſum ſubmittens apicem, longeq; reducta
Maiorem temerè poſcentes aëra frondes
Caſtigat, metuitq; ſacris occurrere ramis.
Huc deus aut caſus, certè gratiſſimus error,
Pertulit ereptum ſocijs. hac lætus in umbra
Mirabar laurum uiuacis lege iuuentæ
Nil Ioue mutato paſſam. mirabar & Eurum
Murmure adulantem foliis, & frondibus aurã
Secretum ſpirare ſuum, quum languida ſenſim
Fur oculi ſomnus inuitans ocia, blandum
Pectoris eluſit ſtudium, curasq; fefellit.
Sic caput herboſo proiectum ceſpite fultus,

Delicias hauſi ſuperûm: nec friuola ſuetus
In plebem luſiſſe ſopor, ſed ſomnia regum
Certamen dearum de præiudicio formæ. Dignatus ſubijt. magni mox nupta tonantis,
Et Venus, & Pallas, ſeſe languentibus ultro
Ingeſſere oculis: quarum quæ maxima, fando
Vix bene maturam uiſa eſt ſoluiſſe quietem.
Oratio Iunonis. Venimus in ſaltus Phrygios ô Dardane, ueni
Magni nupta Iouis, uenit Mauortia Pallas,
Venit blanda Venus. gratare, en noſter alũnus
Quod dare Parca neget, timeat ꝓmittere uotũ.
Sidereæ libram formæ dedit ipſa tonantis
Vnica, quæ trini diſpenſo fœdera regni,
Cui parent undæ Neptuni, tartara Ditis,
Aſtra Iouis. non ſi laudor cenſore caduco,
Indignor, non grata minus reditura tonanti
Si noſtro dubius hæſit mortalis in ore.
Quod longũ eſt mirãtis erit. neu fortè putetur
Mendax, quem debet famulatrix fama fauorẽ,
Quod rarum ſuperis, nudos en aſpice uultus:
Talis in amplexus uenio Iouis. ergo quis auſus
Pallada Gorgoneam bellatricemq; Meduſam
His conferre genis? nõ ſic pudor exulat omnis,
Vt

Vt populi terror, uulgi fuga, baiula lethi.
Quòd terret, placuiſſe uelit. uis dira doceri,
Diua tamen dictura fui. non hic opus enſe,
Angues tolle tuos, armatos exue uultus,
Da facilem uiſu faciem, frontem exere, cedat
Caſſis, & incluſum ſine reſpirare ceraſten:
Detege quod galea horrendũ, quod parma pu-
Occulit, atq; aude præconia uera mereri. (dẽdũ
Hic ne nitor calybis, hic aurum hoſtile, decoris
Extorquebit opem? neſcis ſæuiſſima, neſcis.
In calybe horror ineſt, in caſſide fulgurat aurũ,
In capulo crudeſcit ebur. ſic docta minaces
Delicias adfert, & uult placuiſſe Minerua.
Tu ne Iouem mentita patrem? qua pellice noſtra
In luctus audente ſuos? Sed matre carere
Creditur. ô ſuperûm pudor, hæc ne animoſa ſu-
Solius meminiſſe uiri? diciq; uirago (perbit
Emeruit? certè ſuperos inuiſa fatigat,
Mortales conſumit. At eſt Mauortia, dicunt.
Ergo mares uorat. At Pallas. ſit: ſed quia pallet,
Vel quia Pallanti iugulũ ſcidit: hinc color, inde
Dextra nocens nomen alterno iure meretur.

Tuq;, ſed ò facinus, tu'ne, inq;, prodiga ſexus
Fœmina plus q̃ iura ſinant, & mollior æquo,
Tu'ne ergo Venꝰ auſa uenis in præmia formæ?
An neſcis cui iura petis cõmunia? ſed quis
Credet? tot Iuno ſimiles habet. unica quondam
Et nullis æquanda fui. quum prouida mundum
Digereret natura ſuum, ſine coniuge coniunx
Stabat, & in florem uultu creſcente ſeuerum
Stabat adhuc, cũ ſic mater Natura, quid hæres
Cœli hæres? qđ poſcis habes. hæc ſanguine iũ-
Iũctior amplexu: ſoror eſt, cõiũx erit, una (ſta,
E numero ſelecta tibi, una, ſed unica, cuius
Nec ſimilẽ memoret tellus, nec ſidera norint.
Abſq; pari parit illa tibi. ſic fata negantem
In fratris cupidi dedit oſcula. conſcius ille
Optati ſceptrum tribuit commune ſorori.
Ergo eat, & uultus noſtros Erycina laceſſat.
Nuptum iui ſelecta Ioui: ſed fallitur, iſſet
Diua Paphi potius: quoniã ortus nacta ſerenos
Concreuit ſpumante freto, cæſiſq; pudendis.
Hæc patrem factura Iouem, tibi bellice Mauors
Et populo pareret: hac anceps ætheris hæres

Au-

Aurea degeneri uiolaret regna metallo.
Quiq; nec indicio Phœbi, nec uindice textu
Securam potuit noctemq; fidemq; mereri
Lemnius, ultum iret alieni probra pudoris
Lemnius, & proprios non ſuſpiraret amores.
Vt Phrygium ſileam, quis uulgatiſſima neſcit
Furta deæ? ſed blãda, ſed alma, ſed aurea, nectit
Blanda dolos, alit alma malũ, petit aurea donũ.
Olim (nam memini) certandi ſola poteſtas
Cũ Ioue noſtra fuit. ubi tũc Venus? illa'ne uenit
Tertia? ubi Pallas? an quarta ut iuſſa ueniret?
Tireſia certè ſteterat ſub iudice Iuno.
Sed taceo. tu Phryx potior, tu diſce mereri
Iunonẽ, quæ ſceptra ferat, quæ cõmodet aurũ.
Tot mundus miratur opes, tot regna cometæ
Diſpẽſant: quæ ſceptra uelis, quas elige terras.
Quidquid agas, quacunq; fluat ſententia, noſti
Iunonem placuiſſe Ioui. *Iunonie iudex iuſtiſſime
Cenſorem ne ſperne Iouem. Sic alta profando,
Reginæ multum meminit, ultumq; ſuperbum
Vocibus ingeſſit, contempta fronte precantis.
Prodit in aſpectum Pallas, fandiq; ſecundas

Nacta uices, propriæ fidens & cõscia cauſſæ
Irriguo ſacras haurit de pectore uoces. (tonãti
Oratio Pallados. Magna parẽs ſuperũ, nec enim nego: magna
Nupta, nec ĩuideo: meritũ Phryx ĩclyte noſtrũ
Si quod erat, carpit. teſtor freta, teſtor olympũ,
Teſtor humum, non armatas in prælia linguæ
Credideram ueniſſe deas: hac parte loquacem
Erubeo ſexum, minus hic quã fœmina poſſum.
Martem alium didici. uictoria fœda, ubi uictus
Plus laudis uictore ferat noſtriſq; triumphis
Hic haud notus honos. ſed quo regina decoro
Effatu tendit? dea ſit cedo, immò dearum
Maxima: non dextræ ſortiri ſceptra potentis,
Partiri ue Iouem certatim uenimus: illa,
Illa habeat quæ ſe oſtentat, nos gloria ſaltem,
Quũ titulis opus eſt, ornat minor. & qa cogor
In laudes ire, haud omni ſine dote Minerua,
Si gena, ſi generis autor, ſi deniq; mores
Quærẽdi, ĩ curis regnat pudor, à Ioue ſanguis,
Cenſori facies oculo patet. hæccine forma,
Hoc genus, hic mentis cultus? ſi coniuga diuæ
Gaudia, nuptarum dotes, & pignora iactant:
Vir-

Virginitas me ſola iuuat, nil paſſa pudẽdum,
Non læſura thoros, non deprenſura maritos.
Macte Paris, mea bella uiri, mea penſa puellæ,
Et mea laurigeri meditantur carmina uates:
Sic populis utriſq; fruor, ſic grata per omnes.
Sed qd ego hæc? qd ad hæc ſubnectere plura la
Morib. indignũ, fateor, ſtudijſq; pudicis, (borẽ?
Oſtentare ſuum: propriæ nam uenditor artis
Detitulat titulos quos ingerit. at quia præſens
Viribus & uitijs armatur cauſſa, Mineruam
Accipe plus tacitè meritam, q̃ uoce ſequutam.
Quũ uetus efflueret in regnũ mobile mũdo,
Terrarumq; notas ultrix detergeret unda,
Emerſit cum ſole fides. mox cætera dudum
Nacta fugam uirtus terris offenſa prophanis,
Iam mundo meliore redit, prudentia nunq̃
Velox, indulgens pietas, patientia uictrix,
Strenua ſimplicitas, hilaris pudor, ardor agendi
Sobrius, & nullo nutans conſtantia caſu,
Non uaga pax aderat, rerum concordia cuſtos,
Iuſtitiæ rectiq; tenor, ſine indice ſtabant
Viſuræ populos & Deucaliona ſorores,

Po-

Poscebantq; ducem: nec enim secura meandi
Copia, nec prorsus furijs in tartara pulsis
Cessauere metus. tandem genitura Mineruam
Contremuit frons celsa Iouis, totusq; rotatu
Intonuit maiore polus, nec gratior unquam
Lux superis. hoc patre fluens, hoc edita partu
Diuum pandit iter, diras & monstra relegat
Virtutum custos, uirtutũ præuia Pallas. (nis,
Hæc illa est quã Iuno notat, quã Dardane cer-
Marte Minerua potẽs, hæc cui⁹ dextra minacẽ
Exhausit Phlegram. uidi, dicam'ne? sed omnes
Nouimus, Enceladi cõsumpsit flãma cyclopes.
Cẽtimanus pharetras centũ, Niobesq; sagittas
Spreuit, anhelanti iam maior Marte Typhoeus
Cœlum poscebat. ubi tunc Mauortia Iuno
Iuuisset numero saltem, propiorq; stetisset
Pro sceptris armata suis? iam penè supernos
Persephone thalamos, Ditem cõplexa tenebat:
Quum tandẽ exiliens trepidis Saturnia stratis,
Exclamat Pallas, Pallas, proh fata, moraris?
Pellimur. accessi, sensit ualuisse Medusam
Gorgoneamq; deã, sensit quod fulgurat aurum

Plus

Plus splendore potẽs, cũ cœlũ, sceptra, penates
Reddidimus trepidæ. sit nunc ingrata, sit hostis:
Nostrũ est quod regnat, nostrũ quod cũ Ioue so
Securo fruitur. at curã imbellis Olympi (mno
Quũ subij, tunc diua fui, tunc dicta uirago.
Vos superi testor, quantis sudauerit ausis
Hoc caput, hoc pectus nostrũ (ac ostẽdit utrũq;
Cœlum suspiciẽs) pudor hic, hic cassidis horror
Et parmæ quã Iuno notat. genuit'ne cerastas
Iuppiter? aduertat cuius conuitia tractat
Diua memor, parcatq; suis. parit illa potentem
Vulcanũ, pariatq; uelim. non quòd pede molli
Militat inuideo, nectit'ue quòd arte catenas.
Sic fatur, Veneremq; obliquo figit ocello,
Atq; iterat. Res ò uatum dignissima risu,
En generat uoces, euoluit nomina, nugas
Pieridũ, & nostras dignatur noscere frondes.
Sed malè uel didicit, meminit uel mollius æquo?
Vera uoce fluit à Polleo. Pallas, & alti
Splendorem meriti uix gloria nominis æquat.
Macte Paris, quid enim numerãdis impba ueris
Effluo, & in titulos suspiro prodiga? læsi

For-

Fortè deos, exempla sequor, ueniãq; coactus
Error habet, nosti Iunonem indigna locutã.
Sed taceo, prompsi (fateor doleoq;) superba,
Vera tamen, sed molle decus formæq; triũphũ
Non hac mente peto, uiles ut soluat in usus
Vulgaresq; iocos. hac fronte, hoc oris honore
Venatrix hominũ uernet Venus. ò fuga morũ,
Dijs utinã librãda forem. Nunc Cypris in oës
Bella ciet, uictrixq; placet, mundũq; superbit
Imperijs cessisse suis. heu rara securis
Aurea, rarus amor morum, quippe ardua frãgit
Virus dulce, piæ syrtes, amentia supplex,
Molle malũ, morbus hilaris. sic uendicat orbẽ
Exitium uenale Venus, sic exit in omnes
Teligerum complexa suum: exẽplumq; datura
Vulcano Martiq; parit. moderantior olim
Mortali contenta iugo non astra coëgit
numerum In ×numen laqueũq; suũ, non fulmine blando
Fulminis autorem fregit, non Cynthius ignes
Maiores miratus erat, non cura tridentis
In medijs feruebat aquis, sed nomine uero
Bacchus liber erat. pudet, Aegæonis alumna,

Sera ultrix superos uexat, cœlumq; reposcit
Cum patrio proiecta gelu, cumq; exule mentu
Erubeo ulteriora loqui. me strenua certè
Omnipotẽsq; Venus tentabat flectere, cessit,
Sensi etenim, mecũq; utinam deprenderet orbis
Quàm fallax & blanda uenit. nil hoste polito
Sæuius. omnifico uultu mentita fauorem
Amplexum in luctus soluit, defœderat urbes,
Arces frangit, & in subitũ rapit omnia Martẽ.
Quũ uentũ in cædes, cedit: quũ prælia feruẽt,
Frigescit: tunc arma iuuant, tũc Pallas in usu,
Et Venus in probris. cõmercia turpia, molles
Exacuit, duros emasculat, & rapit orbem
In prædam cui præda uenit. sic mutuus error
Inuenit alterni solatia digna pudoris.
Nõ cogo in certos numerosum Prothea uultº,
Non Venerem semper uariã moresq; pererro
Implicitos, satis est aliquo si cognita casu
Non trahat incautũ prorsus. sed uoce monẽtis,
Exemplum cui mũdus erit, quis dicat egere?
Maxime Priamidûm, nostra est si gloria qcquid
Mars audet, qđ Clio docet, qđ certat Arachne

Si tibi mixta manus & partitura Mineruam,
Si tutoris egent arces, & in arce triumphat
Palladium, formæ titulum si uirgo meretur,
Annue, & Iliacum iudex ne despice fatum.
Desierat, uultuq; animum uocēq; sequuto
In girum flectens aciem, sedet. emicat axe
Idalio prouecta Venus, tandemq; profatur
Mœsta parū, sed blanda oculis, & frōte serena.

Oratio Veneris.

Heu quib⁹ exiliū populis posītura relinquar
Libera Saturni proles? cui grata uel æqua,
Si superis inuisa uagor, si transfuga cœli
Fata sequor? uos ò spirat quibus orbe secundo
Indefessa fides, quos non liuescere certum est,
Si pia, si facilis, si nulli dura Dione,
Pĕdite quis caussă casus premat, unde tumult⁹,
Vnde minæ, cū prima meos lux extulit ortus,
Foui hominem, duros tenerè solata labores,
Et casus miserata graues: sic publica grati
Templa mihi struxere uiri, sic thura merebar.
Hinc iræ, hinc odij caussæ. miserescite saltem
Vos quibus exul agor, cœli rea deprecor orbĕ
Quem colui, uestram populi defendite ciuem.

Flos

Flos iuuenū, spes nostra Paris, nō uexo locutas,
Non incuso deas: quis enim uel carpere possit,
Vel sacros æquare modos? at si qua fatendi
Libertas ueri, nosti puer inclyte, nosti
Quæ rerum series, steterit quo cardine caussa,
Quam bene rem sermo digesserit. indice uultu,
Eloquio frontis, oculo censore secanda
Lis erat. unde igitur armata licentia fandi
Infremuit, si dura minus reuerensq; pudoris,
Et Ioue progenita, & uirgo Tritonia credi
Posset? At emeruit Musarum maxima dici,
Nō nego, fingit enim, nulliq; hac parte secūdæ
Falsigraphos cōmenta docet, docet auribus utī
Mollibus, & cæcos per friuola ducere sensus.
Cumq; per ambages nugis pomposa uenustis
Phillidas, Hysiphilas, & prælia nostra retrā
Lucratur sacrā uenalis fabula laurū. (ctet,
At si militiam fingendi fœda facultas
Hanc habitura fuit, saltem discrimen habendū
In quam, quid, quare. nec enim si nata cerebro
Nostri plena Iouis, gelidæ nil improba fando
Virginis elidit titulum doctissima uirgo.

Illa uirûm titulos raptis mendicet ab armis,
Sit ſeſe contenta Venus: tumidè illa minetur,
Nos humiles facilesq; pati: rorantia tabo
Signa ferat uictrix, noſtri ſine cæde triumphi,
An quia naturæ non obluctata, fatigor?
Anchiſæ ſi blanda fui, ſexum ne refelli?
Si peperi, cui facta nocens? meus aſtra Cupido,
Aeneas Phrygiam ueſter colit. hæccine culpa?
Hoc Venus exitiũ ſuperis molitur & orbi?
His homines, his dono deos. ergo innuba Pallas
Sic meritæ mores Veneris notet. illa ne grata,
Grata uiris, quos marte uorat placãda puellis,
Quarum faſtidit ſexum? dijs digna ſerenis,
Quos reſidos timidosq; uocat? ſic exit in oẽs,
Sic telis placitura ſuis, ſic omnibus æqua.
At uirgo eſt: negat Aglauros, negat anguis opẽ
At taceo. At facie pollet: conſulta reclamat
Vnda, tumorq; genæ. gladijs at ſtrenua ſumptis:
Nõ propriũ quod fingat habet. mentita poteſtas
Læta breui, probroſa diu: poſt pauca ſerena,
Spuria perpetuo ſordeſcit gloria luctu.
Quondam certa fides, bella imperioſa deorum

Non

Non una confecta manu, laurusq; per omnes
Dicta dari. at uictrix Perſeæ Gorgonis umbra
Extorſit titulos, palmamq; imbellis Olympi.
Sic de ſe meminit Pallas, ſic credere oportet.
Crede Paris, res digna fide, tradendaq; faſtis.
Plº Ioue, plº Phœbo potuit, plº fœmina Marte,
Marte utinãq; meo: nec enim tibi Iuno nepotes
Inuideo, ſi digna tamẽ: nec turpe Mineruam
Vt ſocium numerare genus. tot freta Dione
Vindicibus potuit ſaltem, ſi fata tuliſſent,
Serpentum non eſſe parens, miſeriq; per urbem
Exulis explicito raperet ueſtigia giro.
Hermione Martis, uidi uidi ipſa nephandè
Cæſum quem peperit populũ. Sic fata, madẽtẽ
Inclinat uultum, rurſusq; accenſa profatur:
De fatis nil læſa quæror, metuenda deorum
Inuidia eſt. blando Semele conceperat aſtro,
Plena deo, paritura deum, denusq; tumebat
Menſis, quũ Iuno uultum mentita ſeuerum
Accedit, perſuadet, abit: quid credula, ſimplex,
Inſcia, iurato premitur Ioue? ſic tua longis
Cadme fides perfecta uijs, ſic annuus error

Emeruit, cũ rapta soror, uiduamq; pararet
Iunonem sancire Ioui, te luctibus ecce
Munerat, inq; tuos flammis armatur alumnos.
Gaudeat, en quali deitas rugosa triumpho
Molitur titulos, tremula dum militat hasta
Altricis mentita fidem: nam cætera nullus
Confinxisse labor, faciles ad tempora cani,
Ad faciem rugæ ueniunt. fallenda senectus,
Non fingenda fuit. ò si ad certamina formæ
Illa potens Beroe staret socianda Dionæ,
Incuteret celebrem simulatrix simia risum.
Stulte qd Europẽ genero Ioue quæris Agenor?
Illa rapi meruit, raptorem excusat egestas,
Et thalami potioris amor. sibi maxima debet,
Quod totiens uidua est cõiũx Iouis: alite fausto
Nupsisset stabiliq; thoro, si prima tulissent
Fœdera plus formæ, linguæ min⁹. improba, tur
Garrula, legitimi mores incestat amãtis. (pis,
At soror est coniunxq; Iouis: bene cessit, in uno
Cõiugis offensam redimit soror. ardua regnat:
At patris in sõlio: fruiturq; iugalibus astris,
Stirpis non thalami merito. fuit aureus olim

Ille

Ille senex, quo nata feror, fuit unicus hæres:
Nec dum sortilegam mundus nutabat in urnã,
Cũ pia Saturni proles, æquanda Mineruæ,
Vel saltem non exul erat. regnoq; tyrannis
Concedente tribus, triplicem processit in orbẽ
Cõmunis regina Venus. quod cũ Ioue Iuno,
Cũ Ioue, cũ Tritone fuit, cũ Dite Dione.
Non mea sideribus famulis contenta potestas,
Tartara solatur, mulcet freta: uos pia ponti
Turba dei, uestræ scelus excusate sororis,
Si scelus hinc traxisse gen⁹: tuq; optima uindex
Imperiosa Thetys cœlum Iunone fugata
Posce tuum, raptasq; faces. iam pellice pulsa,
Iam non sollicito ueniet paritura tonanti.
Fatis nulla fides, precium Saturnia formæ
Perdet opes, perdet. non hunc emptura decorẽ
Venisset, si pulchra domi. malè Dardane mores
Consuluit dare prõpta tuos. nõ flectitur auro,
Qui titulũ paritatis habet. uictricibus olim
Armentis impensa fides, librantis habenæ
Non uendit nutum, ueteris nõ ĩmemor æqui.
Illa ne blande Paris uultu uictore fruetur,

Cui gemit Heſione, ſanguis cui fluxit auitus,
Alcide quæ tela ſui librauit in arces
Bellica uirgo tuas? ubi tunc quæ prælia iactas?
Fatum ubi? plus actum eſt rapto Phryge, pocula
Eripuit, thalamũq; deæ. ſic molliter ultus (natæ
Aſpera miſcet adhuc ſuperis dotatus Olympo
Flos Aſiæ, uenerandaq; deũm regumq; propago.
Non meus inſtabilis labor eſt, aut gloria uerſus
Texere, non trepidas penſis urgere puellas.
Non mecum Phœbus, mecũ certauit Arachne.
Hos Pallas tibi pacta pedes, hæc ſtamina nectit
Plurima. dij (fateor) faciles & ſumma paciſci
Et dare: ſed qd opes, quid regna, qd arma potẽtia
Adijciunt? cuius ſceptrum pars amplior orbis,
Cuius opes Phrygiæ, cuius gẽs Dardana uires
At ſi ſolanda eſt thalami regalis egeſtas,
Si uires, ſi ſceptra nihil ſine coniugis uſu,
Munꝰ habe Veneris, munꝰ quo Sparta ſupbit,
Munus quod dici Iuno uelit, eſſe Minerua.
Quid moror? internam propius rimare Dionẽ.
Res agitur tractanda palàm: iam pectora nuda
Pandimus. hac facie Phœbo duce metior aſtra.

Hoc

Hoc uultu produco diem. formoſe merenti
Gratare, & ſimilem iudex ne deſpice uultum.
Sic effata, genas rapto depromit amictu,
Nuda humeros, exerta ſinus, totoq; dieſcit
Ore. pudet diuas Veneri ceſſiſſe triumphum.
Cõſulite ultores Phrygij, Venꝰ excitat ægros.
Hac cõſtant mihi uiſa fide: uel ſomnia certè
Pondus habent, hic fata ſequor. parcite Dionæ,
Quæ ciui lachrymas, riſus quæ terminet hoſti.

LIBRI SECVNDI FINIS.

PERIOCHA LIBRI Tertij.

Tertius extremum Troiæ diuinat, & inde
Adraptus Helenæ Paridem tranſmittit ad Argos.
Qui prius Heſionen captiuam reddere nollent.
Agmina Græcorum conſpirant illico ad arma.
Et duo nymboſo mergunturin æquore fratres
Tyndaridæ, tumido extendunt in gurgite palmas.

DARETIS PHRYGII POETARVM ET Historicorum omnium primi, de Bello Troiano liber Tertius, Latio iure à CORNELIO NEPOTE carmine festiuo donatus.

SOLVVNTVR uario consulta silentia plausu:
Idalium Pæana canunt, plebs, aula, senatus.
Hic fatis uouet, ille deis, una omnibus una
Voce aŭoq; frequens plaudit Venus, altus ubiq;
Sanguis obit, sacris ultro cessantia cedunt
Arua, coronato luget spoliata marito
Inachis, & raptos gemebunda reposcit alūnos.
Illustres superis epulas molita potestas,
Sacrificis bibulos lictoribus instruit ignes,
Totaq; thuricremis Panchaïa spirat in aris

Venales emptura deos. at pauper acerra
Principe digna deo, nostro placitura tonanti,
Mente litat pura, uotis exorat honestis.
Celsior explicitas rapturus in ardua flammas,
Regius extruitur comestis floribus ignis,
Perstringitq; aciem. procul his expirat ab aris
Hostia dira cruor, Veneri quod dulce propinat
Ductor, Aristæos latices, Melibœa fluenta,
Icarios haustus, fracti phœnicis odores.
Fronde comas nexæ, sanctoq; astare parenti
Iliades iussæ, spumantia lacte serenis
Cymbia deuoluunt flammis. rex ipse ministrās
Idaliam delibat auem, sic ante precatus:
Diua potēs hominū, diuū īperiosa uoluptas,
Vera deūm soboles, nostri Tritonis alumna
Alma Venus, seu te cōuiuam Thetyos urna
Poscit, seu nectar superūm, seu fortè papauer
Elisium, flecte hæc teneros ad dona iugales,
Hos dignare fauos: nec enim mactante securi
Grata minus pia sacra tibi. si digna litamus,
Exorata ueni, partemq; haustura recumbe.
Celsa licet caleant centeno thure Cithæra,

Idalium modulos nectat nemus, ardua Cypri
In flores crescant uarios: incensa Cithæra,
Idalias uolucres, Cypri thyma, Pergama uĩcẽt.
His mentis, his (si qua tamen) ueneranda Dione
Adde fidem uisis, sponsi memor adde fauorem,
Solatam solare domum. non improbus oro,
Vt tuus Inachias prædo prædetur alumnas:
Hesione contentus eat, Tritonia certè
Non neget hosq; uelit melior Saturnia raptus.
Olim Asiæ (sed quid uulgata ac flẽda reuoluo?)
Claruit imperium, formidandusq; Pelasgis
Phryx erat: inuersa est uetꝰ alea. respice Diua,
Aeneadas miserare tuos. Sic fatus in ignes
Hyblæas inclinat opes, ieiunaq; spirans
Nidor odorifero solatur sidera fumo.
Iam uotis sacrisq; modus, iam fessa reclinat
Vaticinium Heleni. Flãma apices: alios Helenus pror ũpit in æstus,
Bacchantẽq; deũ flagranti pectore nactus,
Vocales tripodum furias augustat in usus,
Orsus ita: Heu Phrygij, gẽs nõ præmẽsa futuri
Qu noster spoliator abit? quæ nam illa carina,
Quæ Troiã mensura uenit? iam littora tangit.

Ite

Ite duces contrà. sic interrupta profatus,
Plus dubios urit, pleno tamen arguit ore
Deiphobum, cui summa fides & sola medendi
Copia, iussa sequi Veneris, raptum ire Lacænas,
Autores sperare deos. Quæ nã ista nephanda
Spes? inquit. superum ne fides, cœliq; potestas
Incestum dispensat iter? prædantibus adsit?
Macte Paris sceleris, alios molite ministros,
Et somnũ tibi finge nouũ. non fallere norunt
Qui falli nequeũt. orantem haud sustinet ultrà
Troilus, utq; animo præceps, belliq; sititor
Et gladio consultor erat: Timidissime fratrum
Vade (ait) ò tenebris antri damnate loquacis:
Vade, inq̃, & quotiens uisum tibi fallere plebẽ,
Finge deum: nobis alius iam constat Apollo.
Ibit Alexander. non si Cumana senectus
Aut aries Libycus, aut Chaonis obstrepat ales,
Iussum flectet iter: ibit, miseramq; reducet
(Quod nolles tamen) Hesionẽ. cõclamat herilẽ
Præceps ad nutum plebes, excire tumultus
Quos nequeat sopire potens, nec mẽsa futurũ,
Audet, cũ præsens metuat nihil. omnibus arma

Ar-

Arma animis, mentiq; frequens illabitur Argo,
Laomedonq; iacens, & inultæ dedecus urbis.
Cõclamantq; iterũ: Quo nã usq; ò libera pubes
Dardanio cognata Ioui, patiemur inultum
Tot iugulos rubuisse senum? tot colla parentũ
Argea nutasse manu? non impia sanxit
Atropos, hoc etiam nostris incumbere fatis
Vltorem non posse dari. si numinis iram
Troia merens sensit, pœnã quoq; iudice Phœbo
Dira Mycenææ debent conuiuia mensæ.
Ite duces, Venꝰ hæc, hæc certior augur Apollo
Bella iubet, fratrumq; exhausta funditus urbe
Posçit inoffensos Phrygio ductore meatus.
Vnde metus, metus unde uiri? cõceßit in ignes
Indutus Neßum Tirynthius, ecce timoris
Caußa prior ceßit. spirat par Herculis Hector,
Ecce animos gẽs nostra dabit. si prima Pelasgis
Laurea, fas Phrygibus palmã sperare secundã,
Et nostros rediisse deos. uos inclyta saltem
Pignora, cæsorum iugulos lugete parentum.
Vos quibus uberior lachrymas iniuria nectit,
Vos pietas armata uocat. Sic uoce precantur,

In-

Intendũtq; manus: ægras quũ Panthus in aures
Priscos fatorum monitus serit, & quod ab ipsis
Extorsit genitor adytis Euphorbius index,
In medium pandit proles: Lapsura sub* armis
Pergama, si phrygias Helene cõscẽdat in urbes.
His iam facta fides ducibus, uulgiq; tumultus
Flectitur. ò quanto priscis noua mollius urgent.
Plus superi constant Pantho memorãte futura,
Quã dicẽte Heleno. Priami tamẽ ægra lacesßit
Cõcilia Hesione, superos premit: audit et audet
Dux falli: fatisq; fauet, quum fata recuset.
Atq; ita, dic (inquit) alio dic ordine fata
Antenor, memora iam facta. necesse peractum
Constat: uenturũ, mutabile transit. habemus
Iam cunctis grauiora minis, perfusa cruore
Pergama, nuptarũ lachrymas, plãctusq; parẽtũ
Tu quoq; uisa refer Phrygiæ repetitor alũnæ,
Atq; ita quæ passus, obiter tot cladibus adde.
His saltem cedat bacchantis fabula fani,
Et moneat potiora fides. prius esse negabit
Vnda fluens, ignis urens, spirabilis aër,
Quàm dictet facienda furor. sic fatur. At ille,

Er-

Vaticinium Panthi.

Argis

Ergo (ait) ò ciues, rerum testanda priorum
Historia? an lapsa est nõdũ uetus? indice questu
Nõ opus est, ubi regna dolos et bella loquũtur.
Vidimus emeritis fœcundam ciuibus urbem,
Atq; alium regnare ducem: nondũ Ilios Argis
Cesserat. has ne uices uelox obliuio transit
Immemor, & longi præcidit tædia luctus
Impatiens languere diu? quin inclyta pubes,
Si iuuat inuiso mentes absoluere questu,
Armata decurru diu. fortuna sequenda est,
Dũ præclarũ aliquid dolor indecoct⁹ anhelat.
Nil grande & longũ: segnẽ timor obruit iram.
fana Hæretis, quia × fata uetant. hæc scilicet angit
Cura deos, æui tacitos uexare recessus,
Et rerum librare uices. stant fata tenore
Fixa suo. certam miseris si parca ruinam
Indixit Phrygibus, moriendum Marte: triũphũ
Si pepigit, meritum minuit uictoria segnis.
O falli facilis, si phas depromere uerum,
Deprendi insidias superũm. Lernæus Apollo
Nostras uexat aues: & quæ metuenda minatur,
Dardanidis timet ipse suis. Sic ficta loquutus

Ac-

Accinctos ad bella Phryges præuertere tẽtat.
Vos contrà cunctis potiora euenta futuris
Pendite. donatos Tirynthius induit ignes,
Aeacidæ senuere duo, nulliq; timendus
Aut puer aut uirgo quẽ fata minãtur Achilles.
Ipse uiri, uidi ipse uiros & mœnia, uidi
Vrbes. sed gelidos nil excitat ite potentes,
Et iugulos aptate iugo, sceptroq; triumpho
Reddite fatidicis uictores ensibus enses.
His uirtus accensa uiris, procul omnis abacta
Religio, cedit Helenus, uittasq; minaces
Abiicit, & lachrymis incusat fata sequutis.
Dux cœpti legitur pastor Paris, aduena quõdã
Regni, nunc regis hæres: nec proficit urbi
Fatalem damnare facem, quum læderet ardens
Prægnantem somnus Ciseida. pullulat altè
Flãma uetus, reuehuntq; fidem præsagia plena.
It fati imperio Danaûm rapturus alumnam
Dardanus, & blandè debellaturus Achiuos
Præuelat fraudes. cæsas non induit alnos,
Pinnarum suspecta strues. numerosa uagatur
Tranquillo classis cultu: regalis oluam

Paridis ad rapiendam Helenam profectio.

Præ-

Prætendit pinus, tandemq; erepta furori
Semimaris galli, non aduersante Cybele,
Miratur similes bacchari ad littora uoces.
Hanc decor insignit, qualem progressior usus
Post longum lucratur opus, tabulata superbis
Præradiant inscripta notis, uestitur herili
Prora Tyro, puppisq; Tago, nitor erigit Indus
Antemnã, spargitq; in trãstra cupressus odorẽ
Vela regens: certant uenti quis lintea tendat.
Purpureos discincta sinus at lene fluentes
Arcessit Zephyros puppi præscripta Dione.
Instabat iam dicta dies, qua classis in altas
Propulsum poscebat aquas, cũ lecta iuuentus
Priamiden sortita ducem per littora ferri
Discursu rapido, qualisq; abeuntibus ardor,
Certatim fremere, & uarios miscere tumultus.
Haud mora, succĩctos nabathæos agmine ducẽ
Hector in arma Phryges, comites per cœrula
Ire iubet, certãtq; rates stipare secuti (fratri
Pæonidæ duce Deiphobo. quin ipse Diones
Spes Anchisiades cum Polydamante secundo
Iungit opes. iamq; effractas rapiebat arenas

In pelagus classis, humerosq; manusq; secuta,
Cũ tandẽ exclamans adytis Cassandra relictis
Fata aperit, turbatq; Phryges. at sæua morãtes
Impellit Lachesis pinus, uncosq; tenaces
Rumpit, & intento percellit flamine uela.
Vltimus in socias fatalis prædo carinas
Prouehitur. multum Priamo frustraq; rogatus
Ne quicq̃ temerè: uictori supplicet hosti,
Hesione contentus eat. sin reddere raptam
Velle negent, bellum intentet. sic format iturũ,
Vẽturosq; Phryges accepto interprete spõdet.
Vix in conspectu Paridi patuere Cythæra,
Cũ patrias permensus aquas, ad Nestora casu
Atrides molitus iter, Simountide pinu
Aspecta, secum uoluit cur, quò, unde: stupentq;
Alternis reges figentes lumina uelis.
En qua fata fide rerum discrimina nectant.
Hostis adest, Menelaꝰ abest, geminosq; Lacones
Hermione sibi nacta duces Agamẽnonis urbẽ
Visum ierat, matrem cupidè uisura secundam.
Plebs quoq; Iunoni celebrẽ confluxerat Argos
Ludificum ductura diem, pontusq; uacabat

Et tellus exuta uiris. sic omnia casus
Expedijt uentura potens, uictrixq; Dione.
Prodit in abruptum prætentis insula saxis
Myrtigeræ sacrata deæ, pars una recessu
Abditiore latens refugos falcatur in artus
Deprensos furata sinus. huc littore blando
Freta Phrygũ pubes, puppes agit. ipse ꝑpinquas
Sanguine sacrifico Latoidos irrigat aras
Princeps, & larga cumulat promissa securi.
Ergo Cytheriacas præceps it fama per urbes
Priamidẽ uenisse Parim, plebs undiq; portus
Decursu complet: ac pollens ore Lacæna
Ignotos uisura uiros ad littora gressus
Dirigit, accliuemq; freto defertur Helæam.
Postq̃ Helenes Paridi patuit præsentia, clas
Deserit: ac formæ fidens, & cõscius oris, (sem
Huc illuc gressum librans, qua Tyndaris ibat,
Indefessa uagis incessibus ocia texit,
Certantesq; offert uultus, incendia nutrit
Mutua, captatumq; breui lucratur amorem.
Quippe nec ad cursum præceps, nec segnior
Librato gestu formã iuuat, actꝰ in armos, (æquo

In caput erectus, tenero delibat arenam
Incessu, figitq; oculo mirante Lacænam.
Oblitosq; gradus sistit: suspectus haberi
Mox metuens, trãsfert celeres ad cætera uisus,
Ceu stupeat quicquid spectat. moderãtius illæ
Obliquos uultus & non ridentia plenè
Ora gerit, totasq; uelit cum pectore nudo
Ostentare genas: sed castigator adultos
Cõprimit excessus animi pudor, ægraq; mixtꝰ
Pulsat corda metꝰ. sentit Paris, ardet et audet:
Promissorq; ingens, facilis præsagia prædæ
Ducit amor, dũ signa iuuant, dũ nutus oberrat
Interpres, cordisq; uagi præsentior index
Leno oculus taciti garrit præludia uoti.
Vt uerò explicitas peregrini Tyndaris auri
Blanditias hausit, complutaq; murice uela
Conspexit, quid agat hæret, præbere rogatas
Prõpta manus cogiq; uolens: ac turba precãdi
Stipatrix, iuueni fas inuidet. inclyte prædo
Ne ꝑpera, dabit illa manus, manꝰ aurea uincet:
Plus opibus, minꝰ ore potes. Cicerone secũdo
Nõ opus est, ubi fantur opes. quin ipsa rapinis

Blanditur fortuna tuis, urbs, aura, Lacæna
Nuda, fauens, facilis, cœptũ iuuat, urbis Helæa
Nomen, in hanc pelagus undis decliuibus actũ
Proxima littoreis delambit tecta procellis,
Et medias impingit aquas. clauditq; profundo.
Hic Latonigenis cognatas struxerat aras
Prisca fides. iubet hic noctẽ regina propinquã
Excubijs hilarare sacris, templũ ipsa superbum
Prima petit, solitoq; deos implorat honore.
Res cupido perlata Phrygi, temeraria sancit
Consilia, indulgetq; aditus in uota secundos
Pollicito maiore Venus: rapere haud mora nu
Victor, & ĩbelles populari destinat aras. (ptam
Tantaq; præcipitem pulsat lasciuia mentem,
Vix noctem expectat, suspenso uespere credẽs
Zelotypum Titana suis liuere secundis.

Helenæ raptus.

Fregerat Hesperias radijs languẽtibus undas
Phœbus, & astrorum medio poscebat in alto
Nauta diem: tellus, aër, mare, celsa remenso
Consopita deo, strepitu defuncta silebant
Vndiq;, & in teneros nutabant ocia somnos.
At Paris obsequio noctis præsentius audet Im-

Impatiens differre, deos Veneremq; secutus.
Primus ad imbelles thyasos, & debile uulgus
Armatum maturat iter, ludentia turbat (cra,
Phana ferox, nõ hospes Hymen, nõ cõiuga sa
Hospitij non obstat honos, non ultor iniqui
Asperior tutela deus. temerè omnia præceps
Aspernata Venus, nil respectura decorum,
In facinus uotumq; ruit. rapit ergo Lacænam
Tendentemq; manus, & lætafronte uocantem
Dardanus: aut rapitur potius. gratare trophæis
Prædo tuis, agnosce deos. post aspera multa
Excidium luctatus abis, reuehisq; parenti
Quas nollet peperisse faces. heu perdite nescis
Quas tecum clades, quantos fugiente tumultus
Classe refers. tuq; Herculea corruptior unda,
Bellerophontæo flagrantior igne, sereno
Certa minus, thalamos linquis Ledæa iugales:
Et spreto totiens iterum quærenda marito,
Nunq; rapta fugis. nunc ô Lilybæa uorago,
Latratus Syculi, Libycus tenor, & quod ĩ omni
Sæuit triste mari, mixtis huc confluat undis,
Has infestet aquas, primosq; ultrice procella

Amplexus mediũ ſoluat mare. multa nocentes
Mutat, ſi uetitis uelox occurrerit auſis.
Poſtq̃ exẽpta quies, & mœſto pulſa fragore
Inſcia turbatas hauſere ſilentia uoces,
Aure prius mẽſi fremitus, ubi & unde tumultꝰ,
Armati cognata petunt oracula ciues.
Hic tritas ſtridere lyras, hic pocula cernũt
Effuſo calcata deo, funalia lucem
Ponere, & effracto lachrymari lampada uitro.
Mirati qua clade noua iocunda ſileret
Relligio, quæ cauſſa pios inopina tumultus
uoces Flexerit, aduertunt alias ad littora * lites
Et toto ſonuiſſe mari: Quò perfide leno
Hoſpitij temerator abis? ſic digna rependis
Regales prædate thoros? his nobile uulgus
Excitũ, arma fremit, raptaq; ſuperſtite turba
Inuadunt Phrygios. illi nec pandere uela
Moliriq; fugam ceſſant, nec iũgere bello
Dignantur dextras: contenta paupere pugna
Sola tamen tumidos pertentat gloria, captis
Iniectare manus, propriũ quũ quiſq; trophæum
Oſtentare paret, aut ciue aut uirgine rapta.

Ecce

Ecce redit Paphiæ meritus uirgulta coronæ
Victrices uinctura comas, Tenedoq; potitus
Iam minus audentem ſolatur prædo Lacænam
Iam tandẽ patriæ memorem, ſed gnarus adulter
Pollicitis fluxis mœchæ ſancire fauorem
Et fictos lenire metus, ebur aggerat Indum,
Thura Sabæa, Midæ fluuios, & uellera Serũ,
Ac mundi maioris opes, quodq; educat aër
Iocundum, pontus clarum, uel fertile tellus.
Hæc faciles emêre thoros, domuere rebelles
Amplexus, pepigere fidem. nõ ĩã oſcula reddit,
Non reddenda negat Helene, ſed pectore toto
Incumbens, gremium ſoluit, premit ore, latentẽ
Furatur Venerem: iamq; expirante Dione,
Conſcia ſecretos teſtatur purpura rores.
Proh ſcelus, an tantis potuiſti peßima uotis
Indulſiſſe moras? expectabatq; uoluptas
Emptorem? ò teneri miranda potentia ſexus,
Præcipitem in lucrum ſuſpendit fœmina luxũ,
Nec niſi conducto dignatur gaudia riſu.
Res hilarat uulgata Phryges, Priamoq; ſere
Clareſcunt uultus, rugas rareſcere ſentit (ni

Reditus Paridis.

Infelix animi morbus, dolor improba paulum
Cedit hyems mentis, uoto dux angere sperat
Reddēdā Hesionen, Helenā si reddat Achiuis.
Nondū Sygæas portu digressus arenas
Dardanus attigerat, meritos mentita triūphos
turba Obuia *pompa subit, pars curru uecta superbo
Aërium suspendit iter, pars cætera casum
Haud metuens, gressu uestigia paupere rexit
Obseqo cōtenta pedum: & quæ cura nouorū,
Inachiam uisura nurū plebs currit anhela
Contēptrix operæ nutricis, & immemor artis,
Nec lucri meminit, prædā dū spectat amœnā.
At cui sublimes humeros proceraq; colla
Inuidit natura breuis, uel desuper altis
Incumbit tectis, uel recto calce fatigat
Articulos, humilesq; gradus suspendit in altum.
Hoc populo dederat uulgati fama decoris
Certamen mirandi Helenam. subit illa pudicè
Ora gerens, oculis nusquam uaga, uoce fauenti
Spectantum pudibunda parū, mixtoq; nitore
Sidereas *neutrata genas. At regia uates
Vt uenisse Parim certo Cassandra relatu

Au-

Audit, & adductam monstrū fatale Lacænam,
Ad tripodas questura fugit, ramosq; loquaces
Ore premit, poscensq; deum non irrita lōgum
Fatis plena redit: claret interprete uultu
Extorti uindicta dei, furiosa potestas
Imbelles uexat artus, ceruice rotata, (ignē,
Crine umbrante humeros, oculis spargētibus
Et *facula prodente fidē, nūc liuida uitrum, facie
Nunc flammata facē superat, nūc pallida buxū.
Tali se medijs procerum tot millibus infert.
Ore ferens, tremulosq; gradus uix ebria figit,
Atq; ita Tyndaridem cernens, Tu ne illa iuuēca Vaticinium Cassandræ.
Quæ saltus ingressa nouos, præsepe paternum
Incesta liquisse fuga taurumq; iugalem
Diceris, & nostros petis importuna penates?
Ite uiri, deus ire iubet, pontoq; uel igne
Maternas abolete faces, ne dura sequatur
Quam cecini clades. sic paucis questa quiescit.
Expediuntq; deum suspiria longa relictum.
His hilares hærent animi, totusq; fauentū
Sopitur strepitus. fauissent agmina uatis
Imperio, motas reuerentia principis iras

Obruit, indignisq; datur Cassandra catenis.
Rex Helenam lenit, inopinaq; probra gementis
Solatur blandus: suspiria uatis, anhelas
Excusat furias, celeresq; ad iurgia uoces,
Et uitio capitis solitos sæuire tumultus.
Nec mora, lasciuit solenni regia cultu
Imperijs ornata ducis, tædasq; pudendas
Tollit adulter Hymen. melius c aligo profunda
Pollutum mersisset opus. quid nomine sacro
Incestum phalerare iuuat? prætendit operta
Bracteolam caries, agnum lupus, ulcera byssũ.
Sed famam fraus nulla latet. non una duorum
Esse potest: nam prima fidẽ dum fœdera seruãt,
Alterius non uxor erit, sed præda cubilis.

Apparatus Græcorum ad bellum.

Interea Graiũ præceps perlabitur orbem
Luctus, & Europæ dotatas nomine terras
Armato rumore quatit. læduntur in uno
Vnà omnes, seu quòd populos iniuria regum
Acrius incendit, seu regnis prælia Liuor
Inducit, seu quisq; suas præsumit in iras
Quod fieri sibi triste potest. quod flere peractũ
Quodq; pati potuere, gemũt. hinc omnibus idẽ,

Idem

Idem animus, similes scelerum præcidere motꝰ,
Et thalamos sancire metu. ruit ocyus ergo,
Non iussa expectat populus. belli ardor inerti
Nascitur, augetur forti. sic prælia uulgus
Præcipit. at uiduos it solatura penates
Clara ducum series, Maleæ quos erigit umbo,
Quos Lariſſa fouet, quos græcia cætera nutrit.
Enumerem? faciles q; fide dictante meatus
Victrices Danaũm certo sequar ordine uires?
Quæ loca, q reges, pelagus quod quisq; fatiget
Classibus? ac celebres hac noui parte camœnas
Fraudari titulis, aures q; offendere molles.
Pauca tamen studio non ægrescente fauentum
Succinctè dixisse uelim, numeriq; figillo
Iuratas signasse rates. fert bella bis una
Bis centum & decies centũ, quas undiq; raptas
Cecropij uocat unda sinꝰ, & Apollinis æquor,
Huc acies, huc arma meant. hinc bellica classis
Ordiri disponit iter, sic culmen herile
Imperij iussit, statuit consulta potestas. (nes

Vt Castor & Pollux tempestate submersi sint.

Ast ubi gesta Phrygũ geminos uulgata Laco-
Cõcussere, fremũt ambo, dolor excitat ambos,

Am

Ambos ira quatit. non sic orbata leones
Lustra indignati lugent, non fulminis ales
Sic gemit elinguis inopina silentia nidi.
Haud mora, cõscendũt classem, Lesboq; relicta
Dum præceps animus, & nil decoctius audet
Ira recens, nullos expectatura sequentes
Haurit iter fluidũ pietas memor. alta tenebat
Castor, et Iliacas iamiam poscebat arenas
Excidium latura ratis, nox obuiat atra
Defensura Phryges, armatiq; aëris ira
Instrepit, & geminis expugnat uela procellis.
O pietas, qua nulla deũ præsentior ambit
Virtus: ò mitis fraterni candor amoris.
Sola hæc in geminos cessit discordia fratres,
Discordes habuisse metus: hic illius, ille
Huius fata timet: quotiensq; illabitur æquor,
Inuergitq; latus puppis subitura profundum,
Aequoris occursum certatim uertice prono
Anticipare parant: & sic proclamat uterq;,
In me dira Thetys, in me sæuissime Triton
Has intende minas, tantos molire tumultus,
Hũc serues, huic parce precor: tãdẽ acrio acto
Incumbente Noto, nil iam sperante carina,

Le-

Ledæi iuuenes nexis per colla lacertis,
Nata simul simili deponunt corpora fato.
Desine Cecropij funesta licentia pagi
Incestos generare deos: non fabula cœlum,
Sed uirtus non ficta dabit. quos cæcus ab alto
Mersit in ima furor, in summos erigis axes,
Et similes Iouis esse iubes: quos ignis in auras,
In scopulos sparsit fluctus, mentiris adeptos
Sidera, gentilisq; preces deludis acerræ.
Tyndaridis quos hausit hyẽs, dans Attica cœlũ
Fabula, Castoreos casus Pollucis in ortum
Fingit, & alterni redimit dispendia fati.
Ac neutrum testata deum, feralis utriq;
Atropos iniecit laqueũ, quo fortibus ægros,
Quo sontes placidis, inopes quo regib. æquat.
Sola tamen fatis Ledæum Lesbos amorem
Cõcessisse negat, captosq; secuta Lacones (ũdis,
Quos nec apud Phrygios, medijs nec repperit
Credidit esse deos: sterilisq; reuersa fauore,
Dijs urbes auxit, thure aras, marmore templa.
Sic Britonum ridenda fides & credulus error
Arturum expectat, expectabitq; perenne.

TERTII LIBRI FINIS.

HYPOTHESIS LIBRI Quarti.

Argolicos Phrygiosq; duces locat ordine Quartus.
Dira canunt tri deſtructum oracula Troiam.
Barbarica cum gente manus mox Græcia pugnax
Conſerit, & Teuthras expirat uulnere tactus,
Mandat ad Eliſios campos quem pompa celebris.

DARETIS PHRYGII POETARVM ET Hiſtoricorum omnium primi, de Bello Troiano liber Quartus, Latio iure à CORNELIO NEPOTE carmine feſtiuo donatus.



OSTQVAM Mygdonias bellatrix fama per urbes
Armorum uulgauit opus, concuſſa minaci
Barbaries motu, trepidis cõiurat in arma
Viribus, & totos Priamo Mars excitat ortus.
Primus opes Phrygibus Zelia tradẽte ſequaces
Cõmodat Amphion, ſocium cui Pãdarus arcũ,
Cõſortem Adraſtrus gladiũ rapit. hoſtes iturũ
Inſtruit Amphimachũ Colophonia. ducit alũnã
In bellum Lyciã ſocio Sarpedone Glaucus.
Marticolæ Thraces Xãthippũ, Mẽnona Mauri,
Pæonidæ Phorcũ, ſequitur Zizonia Remum.

Ephe-

Ephemus & Capeſus, & quorũ nomina lõgũ
Aequato ſermone ſequi, ſtipare cohortes
Certant, & ſeſe numero uel robore uincunt.
Dat Ganges Arabem, Syriũ largitur Orontes,
Dat Scythicos Tanais: geminoq; obnoxia mũdo
Ripa duplex, bellis populum partitur utrumq;
Nacta ducẽ geminũ, migratq; in prælia quicqd
Prima dies, orbis oriens, cunabula Phœbi,
Gentis alunt, quicquid Aſiæ diſpendia, quicqd
Hermꝰ aquis, Taurusq; iugis includit, & omnis
Iliacos legio tendit munire penates.
Hos inter fremitus, certantumq; ardua regum
Robora, pugnaces iactantius armat alumnos
Troia potens: nulloq; locum ſperante priorem,
Indigenæ uires cognataq; celſius arma
Conſurgũt. toto ſed Troilus agmine princeps,
Fulmineusq; Hector, par bellis impetus, æqua
Vulgi tempeſtas titulis præcellere certant,
Et dubia alterno contendit fama fauore.
Cætera fraterni Martis numeroſa poteſtas,
Ductu quemq; ſuo diſcretis fulminat auſis.
Vt quot Priamidas, tot iurent Hectoras eſſe:

Quot

Quot Troes, tot Marte pares tibi Troile dicãt.
Nũc utinã, quo quiſq; animo, quo fulſerit ore
Quis mẽbris inſcriptꝰ honos, qs pectora motꝰ
Extulerit, meminiſſe queam, uultusq; perẽptos
Suſcitet eloquij uirtus, oculisq; ſepulti
Pectoribus uiuant ſcripto præcone tyranni.
Sic olim poſitos populis mirantibus offert
Elinguis pictura uiros, ſic culta profatur
Charta duces: oculis hæc blãdior, auribus illa.
Celſa duci Priamo latè ſurgentibus armis
Effulſit roſeum ceruix caput, ardua ſcribunt
Membra uirũ, blandoq; genas terrore minaces
Regius ornat honos: placidæ uox nũcia mentis
Nil tumidũ, nil triſte ſonat, propiorq; precãti
Mollibus imperijs famulantes inſtruit aures.
Hector magnanimũ librato culmine pectus
Erigit, intorto candet coma criſpa capillo,
Succinctum complexa caput: blandeq; reciſos
Furatur uox * blanda ſonos, pernicia membra,
Mens placida in ciues, faciem lanugo ſerenam
Induit, ac uiſus acies obliqua cadentes
In geminas ſpargit partes, ſemperq; ſupina

Priami deſcri ptio.

Hector.

bleſa

Occiduo ſtabilem contriſtat lumine uultum.
uultuq; Ore pares, patremq; genis * matrẽq; ſecuti
Deiphobus & Helenus. Priamidæ gemini ſtudio certante Mineruam
Partiti, colit hic artes, hic arma fatigat:
Deiphobũ Mauors, Helenũ demulcet Apollo.
Troilus. Troilus in ſpaciũ ſurgentes explicat artus,
Mente Gygas, ætate puer, nulliq; ſecundus
Audendo uirtutis opus, mixtoq; uigore
Gratior illuſtres inſignit gloria uultus.
Paris. Imperij cupidus, habiles prolatus in armos,
Sidereа uernat acie Paris, ore ſerenus,
Eloquio lenis, pede præceps, ſtrenuus armis,
Vertice flaueſcens, frontemq; auctura ſuperbã
Præreſerat tonſura genas, in ſumma recurrẽs
Tempora: neue uagans formæ furetur honorẽ
Cæſaries, utranq; comam ſua detinet auris.
Aeneas. Crine minax, uultu placidꝰ, ſermone ſerenꝰ,
Affatu facilis, oculo nigrante uenuſtus,
Conſilijſq; pius, ſtabiles libratur in artus
Aeneas, fuſis humeris, & lumine grandis.
Antenor. Antenor tenui productus corpore, ſurã
Succincta, motu facili, quo nemo ſuorum

Inſidias uel noſſe prior, uel nectere maior.
Regius incendit Hecubã decor, ardua pingit Hecuba.
Gloria, nec partu ſpecies effœta frequenti
Marcida uectoris uteri diſpendia ſentit.
Mens uictrix nil molle monet, nil debile dictat,
Sonti difficilis, at miti blanda rigorem
Exuit, afflictis clemens, & ciuibus æqua. (nãt
Forma, modꝰ, pietas, ſenſus, pudor, auctiꝰ or Andromache
Andromachen erectã humeris, uiſuq; ſerenã.
Non mẽbris egreſſa modũ, nõ cæca futuri, Caſſandra.
Fulta gena tereti, ſuſpecto crine cruorem
Mentitur, flagratq; acie Caſſandra micanti.
Iliadũ populo uictore Polyxena uultu
Præradiat, ſoliq; decus ſpeciale meretur Polyxena.
Lactea membrorum ſeries, ridentis ocelli
Blandiciæ, pede fulta breui, procera uenuſtas
Poplitis, erecto librans ueſtigia greſſu.
Articulos non æquat ebur, non lilia colli
Ardua, non rutilum pauonis fimbria crinem.
Ipſa humilis, ſimplex, facilis, nil turget herile,
Nil uarium fingens, nunq; fruſtrata petentes.
Martiꝰ ornat honos Agamẽnona, fuſa uigorẽ Agamemnon

Celsáq; mẽbra fouẽt, uultu præcone potestas
Enitet, & regem ſpecies armata profatur.
Mixta uirũ phalerant cirrho candente, decora
Virtus, nobilitas diues, facundia prudens.
Menelaus. Gratior æquato Menelaũ forma uenuſtat
Fulta ſtatu, uirusq; comæ geniale rubentis
Mens domat: ipſe actu mentitos iudice crines
Arguit, acceptus noto, gratusq; merenti.
Achilles. Audax, magnificꝰ, hilaris, piꝰ æquat Achilles
Vultu Phœbũ, animo Gradiuũ, Pelea mẽbris:
In pectus laterũ laxatur culmẽ, in arctos (mos
Criſpatur cirrhos coma myrthea, crinis in ar-
Deprimitur, poplesq; gradus cõſurgit in altos.
Patroclus. Actorides acie grãdi, uernansq; decoris
Artubus, eloquio leni, cui cura iuuare
Muneribus, conſtare ſibi, diſponere cunctis.
Aiax Oileus Vox teneris diſcincta iocis, mẽs ardua, fuſi
Artus, Locrenſis titulos Aiacis opimant.
Aiax Telamonius. Aiacẽ Telamone ſatũ coma pulla uenuſtat
In torquem collecta leuẽ, modulata ſerenis (lis-
Lingua ſonis, mẽs fraudis hebes, ſed ſtrenua bel
Vlyſſes. Ore hilaris, modiceq; humiles collectꝰ armos

Dux Ithacus, prudens conſultũ pẽdere, gnarus
Obliquare dolos, doctus captare loquendo.
Voce ferox, aĩo præceps, feruẽte cerebro, Diomedes.
Audentiq; ira, ualidos quadratur in artus
Tydides, pleniſq; meretur Tydea factis,
Sic animo, ſic ore fero, ſic fulminat armis.
Neſtora magnificat morũ prudẽtia, cuſtos Neſtor.
Conſilij librata fides, & ſobria dandi
Gloria: porrectoq; humeris, ſenioq; nitenti
Naſi grata minus breuitas incurua ſedentis.
Phyllacides uernante gena, candẽte capillo, Protheſilaus.
Alite mobilior, Scythica torrentior aura,
Ardua nulla timens, animũ nõ uiribus æquãs,
Nil graue, nil durũ cenſet, nil linquit inauſum.
Ore uirũ faſſus, indignariq; minaces Pyrrhus.
Suſpendens ceruice genas, liuore ſuperbo
Obliquat ſocios Pyrrhus, ſcribuntq; ferocem
Ardua membra, teres oculus, proiectior aluus,
Texendis uox ægra ſonis, teneroq; laborans
Eloquio lingua bleſos fruſtratur hiatus.
Naupliaden tenui progreſſum corpore, lenẽ, Palamedes.
Magnanimũ, prudẽs animi moderatur honeſtas.

Polydarius. Arduus in fastũ, pingues demẽsus in artus,
Crispanti uestit humeros Polydarius umbra.
Machaon. Cæsaries ceu ruffa iacens, patiẽtia supplex,
Vis temerè ausa nihil, pietas Machaona pingũt.
Merion. Impia præcipitẽ natura Merionа mergit
Inuidiæ cinctum stimulis, curæq; tenacis
Defessum excubijs, teretes cumulatur in artꝰ
Carnea massa tumens, animiq; ebullit Erinnys,
In caput, in corpus reliquũ. liuescit inustum
Sãguineis pectꝰ maculis, gena disputat hydris,
Indicio peiore uirens: & mẽtis anhelas,
Incusant ×Accusant furias flammati incendia crinis.
Briseis. In mediũ librata statum Briseis heriles
Promit in affectũ uultus, nodatur in æquos
Planicies crinita sinus sinus, umbræq; minoris
Delicias oculus iunctos suspendit in artus:
Diuitijs formæ certant insignia morum,
Sobria simplicitas, comis pudor, arida nunq̃
Poscenti pietas, & fandi gratia lenis. (ambos
Castor & Pol dux. Tyndaridis geminis geminũ nihil, unicus
Oris honos ambit, similis flauescit utriq;
Crinis, par hilares augescit risus in orbes:

Aequus

Aequus mẽbra modus, cõcordes pectora motus
Conciliant, spirantq; unũ gena, lumina, mores.
Sola pares uarijs præsumunt nomina formas
Distinxisse notis, at uictor uindice uultu
Eludit dubios error, uocumq; repugnans
Dissidio, alterno confundit nomine nomen.
Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones Helena.
Vultu, crine, genis: sociæ cunabula stirpis
Par oris testatur honos, at plenius haurit
Sidereum Ledea Iouem, totosq; per artus
Lactea materni spirant mendacia cygni.
Natiuum frons fundit ebur, caput exerit aurũ
Aequatis crinale comis, gena candida byssum
Aequat, dextra niuẽ, dens lilia, colla ligustrũ.
Auris inexpleto crispata uolumine, uisus
Excubitor, nasusq; uagi uenator odoris,
Poscunt alternum titulo certante triumphum.
Productum modicè mentum candescit, & altæ
Lenius ut pressis insidant basia labris,
Parcius in roseum consurgunt ora tumorem.
Fũdit apex humeros, pressũ tegit ubera pectus,
Ilia succingit leuitas, tractusq; lacertos:

Pes breuis inceſſu terram libante ſupino
Laſciuum ſuſpendit iter, crurũq; decora
Mobilitas compto libramine ponderat artus.
Sola ſupercilijs labes interflua raris,
Audaci macula tenues diſcriminat artus.
At nimis inſignes latebras ſecretius ornat,
Vitalesq; colit thalamos, & digerit urbem
Interior natura ſuam. cor principe motu
Libratum diſponit opus, modulamina linguæ
Limat pulmo loquax, modico diſpenſat hiatu
Splen riſum, facili fel caſtigatius ira
Vritur, ac teneri ſcintillat mollius æquo
Pruritus iecoris, meritæq; inſignia famæ
Mergens, natiui titulos inceſtat amoris.
Hoc monſtrum nõ ales edax, non labile ſaxũ,
Non axis torquens, nõ mendax uicerit unda.
Cũ bene fracta tepet, moriturq; ſepulta libido,
Reſpirant plenis incendia priſtina fibris.
Sic Helenen totam pars unica mergit, & ipſum
Excitat in cladem regnis certãtibus orbem.
Iam Pandionios collato robore portus
Argiuæ tenuere rates, ſpaciumq; negabat
Ter-

Terra uiris, uelis aër, & puppibus æquor,
Quũ tandem licitos poſcebant bella meatus,
Et iuſſas libare uias, ac Delphica miſſum
Fata explorabant, refugasq; euoluere Parcas
Actoride ſocio Phœbum prælibat Achilles.
Mira fides, quos præcipites in prælia traxit
Impetus, atq; omnis nocuit mora, ſpõte quietis
Pigreſcunt uotis, placideq; oracula poſcunt.
Aegra dolor differt ſuſpiria, gloria palmam,
Ira minas, hærent ſuſpenſis agmina bellis.
Expectat antri ueniam Mars ipſe loquacis.
O uarijs deluſa modis gens credula curæ
Gẽtilis. riſu, an lachrymis, an flente cachinno
Aegypti potentia querar? Memphitica ſulcos
Relligio ueſtit, in cortice marcet, in hortis
Creſcit, nunc terra ſerpens, nũc aëra ſulcãs.
Plus errant reſponſa tamen, plus ſpiritus ille
Quem miſeræ poſcũt aĩæ, quẽ nomine pulchro
Præſumũt cẽſere deũ. At non mugit in antro,
Quẽ ſuus autorẽ mundus ſonat. iſta priorum
Noxia ſimplicitas in noſtros defluit annos,
Inceſtatq; fidem. nã ceu Balearicus augur

Gentiles distinguit aues, uel uoce, uel alis,
Vel gestu uario uenturis omina ducens,
Ridentem sic odit anus præsaga soporem,
Sic oris uacui casum timet: augure plausu
Pieriæ uolucris, aut indice nunciat aure,
Hospitibus numerum discessuris'ue recessum.
Multa quidem captata diu fortuna secuta
Expedit, insidiansq; hosti malè credula fallit
Pectora, ut in fatuum declinĕt pronius usum.
At melius, ne labe leui mens casta labaret,
Augurium nescisse fuit, ueterumq; sepulti
Cessassent ritus: quorum decreta secuti
Graiugenæ summis oracula Delphica uotis
Implorant. prior Aeacides lictoribus aras
Imbuit, & donis *Ambit, & has donis tandĕ solennibus emptas
Inachidis uoces pandit uenalis Apollo.

Oraculum Phœbi de uictoria habenda.

Vincitis ultores Danai, graue Marte bilustri
Hæret opus, decimum sequitur uictoria bellũ.
Talibus Aeacides fatis excitus, in omnes
Secretum tripodum socios partitur: & ecce
Calchas. Testorides Calchas mediis cõgressus in antris,
Concordesq; deos & consona fata reuoluit.

Hic

Hic patriæ & proprijs scitatũ oracula regnis
Venerat, hosq; adytis monitus effudit eisdem
Numen idem: Non ò superis gratissime uates
Vana petis, dabitur patrijs clementior aër
Sulcis, ieiuni populator Syrius anni
Occidet, & plenis pinguescent messibus agri.
Tolle moras, te bella uocãt, pete Cecropis ur
Vltrices dispone acies: tibi bellica cædet (bĕ,
Turba manu, Mopsus oculis et pectore Nestor.
Sera quidem, sæuisq; uirum mercanda ruinis
Inachidas lustro ditabit palma secundo.
Ergo hilares socias iungunt in fœdera dextras
Aeacides Calchasq; pares. quippe altus utriq;
Gĕtis honos, regni æquꝰ apex: at maior Achilli
Spirat amor belli, Calchas tranquillior extis
Euoluisse deos & cœli nosse meatus.
Treis unit iurata fides, consortia prima
Tertius auget amor, nec iam partitus amicum
Inuidet Actorides, sed pontum *lenior haurit lætior
Et reducem torquet socio Calchante carinam.
Vt tripodũ uulgata fides p castra, per urbem,
Per puppes, certo iam claruit indice, cunctos

Bel-

Bella iuuant, cunctis iã pulchrũ uincere, tardũ
Marte frui: munit eques armis, nauta ceruchis,
Ciuis messe rates. pauci quos debile pectus,
Mens plebeia, iacens animus, nescire triũphos
Iussit, & abiecti mersit caligine fati,
Aut acies metuunt, aut lẽtè uincere dãnant
Longa decennalis mensi dispendia belli,
Quũ casus cedãt uarij, cũ prælia nulli,
Sanguine cũ multo paucorũ gloria uincat.
Hos tamen hos etiam regum reuerẽtia flectit,
Et passura pares consors uicinia motus.
Ergo animos hebetes mẽdax audacia frõtis
Dissimulat, clamorq; minax despumat in ausus.
Haud mora, corripiunt classes, his pẽdula pãdit
Dextra sinus, ceruix alios defixa fatigat
In fluctus latura rates, hi robore textas
Aedificãt in trãstra uias, mordacis habenæ
Nexibus indulgent alij, laxantq; carinas:
Quũ subitò egressos inopino turbine turbat
Nĩborũ pincerna Notus: noxq; imbrib. haustis
Ebria tela, uiros, puppes, humẽtibus umbris
Inuoluit, cogitq; ipsos dubitare magistros.

Er-

Errat cæca freti classis, solitosq; procella
Egressus obiecta negat, fluitantia pinum
Percellunt mediam repetito uerbere uela.
Primus ut à prora surgentes cõspicit imbres
Testorides, frustraq; duces contendere, diuos
Præsago iubet ore sequi nolentibus austris
Cedere, & armatos ordiri ex Aulide cursus.
Parent Aeolios nutus uatemq; secuti
Graiugenæ, & flexis repetentes Aulida ×uelis proris
Montiuagæ Phœbes pacem implorantib. aris
Conciliant, largoq; exorant thure meatum.
Ilicet irato bibulæ Tamanthidos arcu
Cœruleum ×mirante iubar, uentoq; sereno, mutante
In risum redeunte polo, detersa meretur
Iuno Iouem, atq; hilari solatur flentia uultu
Nubila, proscriptoq; Noto, leniq; susurro
Dante uias, maiora petit suspiria classis.
Ergo deũm nutu libratis flatidus usa
Euboicas numerosa ratis descendit in undas.
Consumptura fretũ, totũ sub puppibus æquor
Ire stupet, certat perplexis nauta remis
Quis prior, & iunctis confligũt ictibus æra.

Sic

Sic geminas miratus Athos Xerſeius umbras
Ignotum uelis texit mare, ſic tua ſyluæ
Voce potẽs Orpheu modulãtia plectra ſecutæ
Biſtonios longis clauſere amplexibus agros.
Dum mediis ſpaciantur aquis, ſecuraq; fandi
Ocia ſopitus pelagi non inuidet æſtus,
Laſonium relegens Philoctetes præuius æquor,
Has, inqt, paſſi Syrtes, his hæſimus undis,
Hos Cyanes tulimus ſcopulos, Phrixæa ſecuti,
Vellera, Lemniacis domꝰ hæc, Tracenſibꝰ illa,
Hæc Paros, hæc Naxos. ſic cũcta rogãtibꝰ he-
Explicat, agnoſcens ueteris ueſtigia curſus) ros
Aeſoniaſq; uias: ſic quæ ſubeunda, magiſtrat:
Quæ uitanda, docet: quũ tandẽ hoſtilis arenæ
Allapſi gremio, ſæuis clangoribus urunt
Aëra, & iratis impingunt littora contis.
Protinus effuſo per caſtra, per arma tumultu,
Littoreas populantur opes, & proxima ponto
Mœnia Dardanij titulo malè tuta tyranni.
Tandem comeſtis ſpolijs & diuite præda,
Conſumunt inopes flamma uictrice penates,
Ac claſſes repetunt: & quas fecere fauillas

Illabi

Illabi mediis gaudent per cœrula uelis.
Prima tulit Tenedos grauiores militis iras,
Non ſolas dequeſta faces, non rapta metalli
Pondera, ſed prorſus gladij conſumpta furore
Expiraſſe gemit, iugulum puer enſibus affert
Imberbem, tremulũq; ſenex, & tyro comantẽ.
Hic ducibus ſtrepitu ſedet expectare ſepulto
Iliaci reſponſa ducis. Calydonius heros
Decreto procerum ſocio legatus Vlyſſe
Deligitur, qui dicta ferat, qui pace ſequeſtra
Res Danaũm, Spartæ ſpoliũ, raptamq; repoſcat.
Interea Aeaciden ſtimulantibus excitat auſis
Impatiens languere animus, furor intima pulſat
Martius, & reſidem mens arguit effera dextrã.
Conſorti ſtudio ſimilis præconia famæ
Telephus affectans, it iuncto robore Mœſos
Prædaturus agros. uenientia bella Caycus
Horret, & in uoces cantu ſtridente remiſſas
Plangit alũnus olor: peregrinũ Naiades hoſtẽ
Non auſæ uidiſſe timent, tutasq; ſub undis
Venantur lachrymas. pecudum laſciuia ceſſat,
Lẽ ſtudioſa minꝰ & floris, & amnis, & umbræ.

Quip-

Quippe ferox urbes, fluuios, & pabula turbat
Aeacides: rapitur quicquid uel dulce, uel usu
Egregium, uel Marte iuuãs, uel pace decorũ.
Cultores iuga questa boues, fugiente colono
Decisum mirantur opus, mirantur abactum
Septa gregẽ: quacunq; uagũ fert impetꝰ hostẽ
Castra, casæ, sulci, syluæ testantur Achillem.
At Teuthras postq̃ bella increbrescere senti
Ciuiles miseratus opes, & numina ruris
In prædam cessisse nouam, parat arma, cohort
Excitat, & totis occurrit uiribus hosti.
Aeacides oblata nouæ præconia palmæ
Lætatus, uarijs intentas raptibus alas
Colligit, hostilẽq; addens in uerba cachinnũ
Sistite, ait, defensor adest. nec plura, feroxq;
Fertur in obiectum nimbis torrentior hostem
Ense metens medios, prostratãq; impete primo
Calcat equo uictore aciem. res plena stupore
Turba fugit, solusq; fugat. sic igne trisulco
Tota pauet percussa domus, pars ætheris iram
Sentit, at in cunctos spargit sua fulmina terro
Haud aliter diræ furijs exterrita dextræ

Barbaries, dat terga uiro. fugientia primus
Indice deprendit curru uestigia regis
Aeacides, quippe æris apex radiantis inertes
Accusat latebras. ò noxia gloria rerum:
Tuta inopes fatis adimit fuga, notus in auro
Dux timet, & uitæ discrimina ditia gestans,
Cũ uellet latuisse, perit. iam sæua cruores
Hasta alias hausura fluit, primusq; tepebat
Mucro, cum parma repetitum Telephus ictum
Depulit obiecta, dextramq; elusit inanem.
Missilis innocui mixta pudor asperat ira
Aeaciden, frendit, atq; ignescentia torquens
Lumina, Tu'ne meos (ait) ausus fallere nisus,
Et steriles quassare minas? sic fatus, in ipsum
Vibrasset iaculum, timido cũ Telephus ore,
Heu parce, exclamat: pcul hæc fortissime gẽtis
Myrmidonũ, auertãt superi probra. tu'ne bis ul
Percuties hostẽ? qsquis uel sensit Achillẽ, (lũ
Sufficiat cecidisse semel: tua fulmina passus,
Alterius non mortis eget. cur torua minaris?
Non tegimus, meruitq; tamen. scis ipse tumultꝰ
Et Diomedæi furias gregis. atra nefandi

Septa ducis, longis hominum satiata ruinis,
Herculea cecidere manu: stratoq; tyranno
Tutior in patriam reducē Teuthranta regressō
Post crebras acies & equorū bella recepit.
Ipse triumphanti satus Hercule, Mœsa subisse
Regna, ducisq; hospes blandos coluisse penates
Gratulor, ac memini gratus: sed dicere longum
Quæ mecū gesßit, patris memor. hinc mihi la
Erigere, & gladios tutari cura timētem, (psum
Et tardum uenisse pudet. quin Martia magnum
Si manus Aeaciden ut non sensura fatiget
Mēbra trahit, faciliq; animo noua suadet Erinys
Vltra uelle nihil, nil citra posse, ferendum est,
credimus Cedimꝰ, hosq; artꝰ gelidos, hæc × reddimꝰ exta
Vltrici calcanda rotæ. sic fatus, in altum
Sublato clypeo, pauidē tamen, ultima questum
Fata ducem monstrat, friget cruor, oraq; pallēt
Eluctante anima. tandē miseratur Achilles,
Agnoscitq; manum. sic multa fera furorem
Temperat, & pœnis tandem satiata supremis
Illaudata feros differt clementia motus.
At Teuthras ubi dura ægris insidere fibris
Altiꝰ,

Altius, & certam minitantia uulnera mortem
Sentit, Habe Mœsos, inquit, te Telephe noster
Poscit honos, qs enim ꝓpior, qs dignior hæres?
Me tuus Alcides Thracensi urgente tyranno
Edomitis absoluit equis, sceptriq; quietem
Sanxit, & armatos in pacem reddidit annos.
His meritis tibi regna damus, quæ perfida fati
Ira negat prædata mihi. te lenius astrum
In senium seroq; dies & summa reseruet
Tēpora, regno hilarē. uix hæc, & frigida fessis
Atropos inserpit labris, turbata rigescunt
Lumina, hebent sensus, uiuoq; exuta calore
Membra gelu lethale subit: mens libera tandem
Euolat, & socios redit inspectura Triones.
Telephus ut uacuos spiranti sanguine ultꝰ
Conspicit, effuso miseranda in uulnera fletu
Funus herile struit. quicquid uel mulcet odore,
Vel uirtute ligat neruos, artusq; fluentes
Continet, aggeritur busto. cōpescit hiantem
Dextra premēs ictū, fluxū domat arcta cruorē
Fascia, & obstructos frustra negat ire meatus.
Regia conspicuis moles inscripta figuris,

Descriptio tumuli Teuthrātis.

Exceptura ducem, ſenis effulta columnis
Tollitur, electro uernat baſis, arduus auro
Ardet apex, radioq; ſtylus candeſcit eburno.
His excepta ſilex artus clauſura uerendos
Iaſpide ueſtitur. gemmæ quas littoris Indi
Dines arena gerit, aurũ quod parturit Hermus,
In uarias uiuunt ſpecies, ditiq; decorum
Materiæ contendit opus. quod nobile ductor,
Quod clarum geſſit, ars explicat, ardua pãdit
Moles, & totum reſerat ſculptura tyrannum.
Prima ducis facies naſcenti uagit in ære
Sidonijs uariata togis, cunalis in altum
Surgit honos, trepidæ circũ nutrixq; parẽsq;
Alterno teneros demulcent ubere fletus.
Proxima laſciuis inhians diſcurſibus ætas
Nunc labente pila, nunc ſe uoluente fatigat
Buxo, nunc arcu credas curuata coire
Cornua, & excuſſam neruo ſtridẽre ſagittam.
Tertia magnanimi loquitur primordia regis
Accingens pictura uirum. regale uerendas
Accendit diadema comas, ſublime ſedentem
Fulcit ebur, ſceptroq; manus radiante ſuperbit.
Ipſe

Ipſe nouæ uultum pictus lanugine, regni
Maturum diſpenſat opus, belloq; togaq;
Alternus, rerum uario poſcente meatu,
Cõmodat aut fremitus armis, aut ocia paci.
In ſerum perducta ſenem pars ultima canos
Colligit, & raris ſulcantur tempora rugis
Progreſſos teſtata dies: procul exitus æui,
Mors longè, & Lacheſi ſtamen uitale miniſtrat
Nondum feſſa ſoror. at fato maior Erinnys
Præcipitat feſtina ducem. tres ære propinquo
Hærent, irata Pelides fronte, precanti
Telephus, exanimi Teuthras. pallere uideres
Ora, genas, aurumq; mori, cruor altus in auras
Exilit, & minio rorant tabulata fluenti.
Hæc ſuper exiguo breuiter collecta ſigillo
Fata uiri, qs regis honos, qs funeris autor, (pto:
Quod fatũ, quæ cauſſa, patẽtiq; hoc ſingula ſcri
Dux Teuthras Mœſis, decº aruis, paſſº Achillẽ
Enſe necem ſenſit, ſceptri defenſor auiti.
Poſtq̃ buſta ducis nigro deplanxit honore
Fida manus, mœſtaq; ululatum uoce quieuit
Supremo iam fine uale, redeuntia ducit

Agmina Pelides, urbes inuitus amicas
Telephus & socios recturus linquitur agros:
Ipse quidem plus pace acies, minus ocia bellis
Poscat, & armatæ malit discrimina uitæ,
Spe palmæ. at populi dilecto principe nudi
Mœrentes uicere preces, ut regis iniret
Excubias, molemq; datam: monet ipse futuri
Prouidus Aeacides cultis insidere regnis,
In sulcos laxare solum, producere fruges,
Et missa socias solari messe cohortes.
Sic paribus uincet titulis, cũ ad prælia donet
Ille dies, ipsiq; manus. hæc fatus Achilles
Ad Danaos maturat iter, sed uenerat antè
Dux Ithacus bellum referens, pacẽq; negatam
Nunciat, ægrescunt indignanturq; Pelasgi,
Bella petunt, hæsisse dolent, & frondibꝰ hostes
Palladijs tentasse pudet, iam libera maior
Laxat frena furor, stimulat Bellona uolentes,
Mars cogit dubios, lugens per castra furentis
Interpres animi clamor tonat, arma capessunt,
Arma fremunt, augent lituiq; tubæq; tumultũ
Et responsuris inuitant uocibus Echo.

Isset

Isset in Iliacos classis Pelopeia portus
Non expectata uenia ducis: at nocituras
Nox nectit uicina moras, humilemq; soporat
Decrepitꝰ Titana dies, & anhela sub undas
Admittunt radios Athlantia littora fessos.

LIBRI QVARTI FINIS.

HYPOTHESIS LIBRI Quinti.

Prælia sub Priamo, sub rege Agamemnone Quintus
Conuocat, & primò cadit audax Protheſilaus,
Patroclusq; armis mendax, & Merion acer.
Tum Paris aggreditur Spartæ cum rege duellum,
Et latus Hectoreum Pelides perforat hasta.

DARETIS PHRYGII POETARVM ET Historicorum omnium primi, de Bello Troiano liber Quintus, Latio iure à CORNELIO NEPOTE carmine festiuo donatus.



RDVA iam medium pulsans Latonia cœlum
Noctiuagos librabat equos, somnoq; profundo
Exarmata quies facilem spondebat ituris
Portum, suadebatq; dolos dux ipse Pelasgis,
Nocturnum disponit iter. non uerbere pontus
Erigitur, non uoce sonat, iussosq; silere
Sulcat inoffensos tacito sub remige fluctus
Incessum furata ratis. sic cæde suorum
Exigua, innocuum lucrari fortè triumphum
Graiugenis fortuna dabas: at Martia Naupli
Proles erubuit fraudes, & furta negauit:

Vltimus hic Danaũm ter dena classe secutus
Signa ducũ, longaq; exustus febre, moratas
Inachidis excusat opes, seq; obice morbi
Tentum, q̃ primùm licuit uenisse fatetur.
Hanc ipsa ad uocem facies facit, aspera passo
Coniurat pallor, & uultu teste merentur
Verba fidem: at sospes animus, nulloq; dolore
Fractior, imbelles artus, neruosq; negantes
Exigit, & Martem manifestũ suadet Achiuis.
Ocyus audentem uirtus animatur in iram,
Iamq; dolis uicisse negant. sua quælibet angit
Gloria, qui iaculis longè, qui cõminus ense,
Qui pede, qui curru fidit, ut classe mereri
Promptior, agnosci petit, expectatq; uidentem
Percussura manus, & si quid nobile possit,
In tenebris sepelire pudet. sic Martia pubes
Mutatis hæret animis, longiq; saporis
Impatiens noctem uigiles expendit in usus,
In somnum non fracta leuem, seseq; uicissim
Excitat: hi tensos librant in bella lacertos,
Intenduntq; gradus, pugiles pars plurima ultro
Exertat, partem uestis furatur ahena

In ſummos perducta pedes, ac deniq; iuſsi
Armantur pariter galea caput, ægide pectus,
Enſe latº, pharetris humeros, et ſtipite dextras.
His inſtructa fremit in lucem turba, morantem
Vix paſſura diem. noctis diſpendia damnant,
Et uenerem Tithone tuã, cũ præuia Phœbi
Amplexu gelido & ſterili tardetur amore.
Vota uirûm ualuiſſe putes, intenſior orbem
Spiritus aſtriferum torquet, ſemperq; negatis
Elidens modulis ſtupidas nouus impetº aures
Phœbeum maturat iter. ſenſere Pelaſgi,
Senſit & ipſe ducũ princeps Argæus Atrides
Aduentare diem. mox nectens ordine puppes,
In mediis alnosq; breues & uela minora
Claudit aquis: at turrigeras pelagiq; potẽtes
Et bellare auidas primos diſponit in ictus.
Cumq; metu prædone animi perculſa labarẽt
Agmina, & horrorem præſens inſtãtia Martis
Incuteret, dux orſa mouet, quis integrat iras,
Spem ſancit, firmat animos, & roborat auſus.

Agamemnonis oratio.

Vltores Danai, non nectere uerba neceſſe
Et longas cumulare preces: ſeſe excitat ultro

Vir-

Virtus. at quiſquis pauidº, timor obſtruit aures,
Et precib. mẽs tarda negat. quin aſpera rerum
Ni longũ meminiſſe foret, ſibi publica bellum
Cauſſa daret: patimur cũcti, nec ſola maritos
Vrit hyems. taceo ueniales hoſpitis auſus,
Et caſtum prædonis opus, nec numina læſa
Conqueror: at ſolus in noſtras ſufficit iras
Laomedonteæ pacis rigor. hæccine regum
Et pietas, & clara fides? ò barbara uerè
Sæuitia, exemploq; carens, & cognita nulli
Aſperitas. quis nam nudæ clauſiſſet arenæ
Hoſpitiũ miſeris, quos obuia Scylla, ſecuta
Tellus, & ſocio fregit Thetys hoſpita fluctu?
At Peleus Telamonq; illic, genitº q; tonante
Amphitryoniades, & quos habuiſſe ſuperſtes
Græcia gaudet auos: minº haud tamẽ auſa ꝓpha
Barbaries, ſpreuitq; deos, generosq; deorũ. (ne
Diỹ melius, nec ſe lenta Tirynthius ira
Et ſuperos ultus, paucis in bella ſecutis
Acceſsit, uicit, rediỹt: bellum Hercule nullo
Nũc erit, & nullũ ſenſit prior hoſtis Achillẽ.
Quòd ſi gentiles animos cognoſcere certum

Cer-

Certantesq; ausus, dignetur nemo priorem,
Erubeat sibi quisq; parem. quare inclyta pubes
Tende per imbellem gladijs ultoribus hostem,
Tẽde agẽ. iuro deos, facilẽ sine Marte triũphũ.
Ignauumq; queror: quid uirtus alta, quid arma
Bellica? terga dabũt omnes, & pectora nullo.
Periurum ne uiri pœnas soluisse tyrannum
Sufficiat? cecidit non exorabilis hostis,
Infestus supererat hospes: uiolentior ille,
Hic peior. gladios igitur nec tela recondat
Debita, terrarum quisquis cõmercia, q̃squis
castosq; im pune sopo res Integrare thoros * castasq; impune sorores
Iungere securus curat. quid plura? uoluntas
Omnis in effectum caussas habet. ite uolẽtes,
Ite duces, arces nullæ, nulla arma morentur:
Et quos ter quina fregit Tirynthius alno,
Innumera calcate manu. sic fatur, & ortum
Nox aperit proscripta diem, periuraq; labi
Pergama uisuros uigiles properantior axes
Sol rapit, ipsi etiam lentas caussantur habenas
Quadrijugi, uoluiq; rogant intensius orbem.
Mira fides, ortus uelox, & uespera nulla,

Lu-

Luciferiq; sui Solis rota præuenit ignes.
Vtq; hilaris grato lux omine firmet Achiuos,
Non oriens Titana rubor, non pallor Eous
Inficit: at puro, qualiq; in luce superbit,
Cũ sine nube dies & se confractior umbra
Colligit in conum, tali pater ore serenos
Orditur cursus. miratur Achæa iuuentus,
Duxq; iterũ: Superis ne manus & tela negemus
Inachidæ? uocat ecce deus, Sol lætus anhelis
Instat equis, Neptunus aquas ac peruia mollit
Cœrula. credo equidem, uires à gentibus istis,
Laomedonteo poscunt ex hoste triumphum.
Sed moror, exclamant Danai, totoq; resultat
Vox animosa freto. non sic insibilat Auster
Frondibus hybernis, non tanto uerna fragore
Flumina præcipitãt mõtes, nõ flumina cautes.
Senserat Iliacæ custos Tritonidis Astur
Aduentare rates, celeriq; incerta per urbem
Discursu rapiens uestigia, nunciat arma,
Arma iterat. Quo nã usq; uiri torpebitis? inqt.
Ecce hostes, uidi ratibus tectũ mare, iamq;
Litt⁹ habẽt. querulas tollit plebs credula uoces,

Ac

Ac pueri lachrymis matres & uoce secuti
Cõtendunt, gemitusq; æquãt, acutq; tumultũ.
Hector ut Europam totis adnare carinis
Audijt, extimuit paulum: mox mente reducta
Colligit in uires animum, seseq;, quòd ardens
Ausa fugam uirtus, peregrino pulsa timore
Cesserit, incusat: rapit ilicet arma, nec agmen
Expectat, solusq; effracto cardine, solus
Euolat: exiliunt pariter, longeq; secuti
Stipantur Phrygij, sæuos diffibulat urbem
Murus in egressus. aut uix iter unda meantum
Expedit angustum. tot millibus arua secundis
Troilus anticipat spacijs, hos tertius acer
Aequat Alexander, reliquos fert impetus idem,
Sed minor aut pedibus uirtus, aut currib. ardor.

Exordium conflictus.

Primus ut Argolicos tonsis certantib⁹ Hector
Densius allabi cernit, Quo nã impetus? inquit.
Sistite Tantalidæ, medijs concurrimus undis,
Tutores habet unda suos. Sic fatus, anhelos
In fluctus admittit equos, propiusq; minantem
Phillacidæ puppim torta transuerberat hasta,
Affigitq; Lycum clauo, paucisq; cachinnum

Aspe-

Asperat, I pelago tutus, non te æquor & Eurus
Excutient, stabili pinum moderabere dextra,
Phasiacas dum quæris opes. turbantur Achiui,
Intendunt animos Phrygij, ferit astra tumultus
Dissonus: ast Echo dedignans barbara Græcũ,
Frangit inexpletas iterato murmure uoces.
Ocyus Hysiphides uacuas rectoris habenas
Intuitus, subit ipse, & toto robore pinum
Præcipitat: uolat illa, & sese infringit arenis
Iratæ similis, ac sicco naufraga portu
Explicat Hemonidas. mox cũ periura teneret
Littora, & inuisas primus calcaret arenas,
Protheselaus, ait, Iter hac, hac ibimus (inquit)
O socij, non tota Phrygum quã poscimus Ide,
Cõmunes partimur agros. hæc fatus, in enses
Irruit, & qua acies instat densissima, durum
Extorquet uiolentus iter: treis littoris Indi,
Quinq; Arabes, septẽ Nabathææ gẽtis alũnos
Consumit uictrice manu. dabat obuia Phorbas
Pectora, & intenta ueniebat turbidus hasta.
At ferus Hysiphides præciso stipite ferrum
Decutit, acmaculis ruptis & casside fracta,

Pecto-

Pectore diuiduo perducit in ilia telum.
Stabat in occursu pelagi Chaldæus Orõtes,
Dumq; rates inhibere parat sustẽsus in ictũ,
Fallit arena pedes, & inanes excipit ausus (bes
Præcipitẽ mersura Thetys. premit Inacha pu
Desuper, ille pauens in gyros brachia spargit,
In medijs se librat aquis, nunc exerit ultro,
Nunc caput immergit pelago, uarioq; timore
Aut longos haustus aut tela premẽtia uitat.
Tandẽ dum fluctus grauior rimatur opacos,
Incidit in puppes, frontẽq; infigitur uncis.
Acrius incũbunt Phrygij, contrà ira furentes
Et pudor Argolicos armat, nũc littora perdũt,
Nũc dubiã lucrãtur humũ, bibit unda cruorẽ
Alternũ: at Phrygio Græcus sociare superbit.
Protheſilai cædes. Emicat immodicꝰ animi, metuensq; priorem
Solus in extremũ iãiam proruperat agmen
Turbidꝰ Hysiphides: populũ uaga turba secutũ
Nõ unam sæuire manũ creditq; pauetq;,
Ceu Mars ipse premat. acies præuectꝰ utrasq;
Liquerat, ardebatq; arces calcare, relicti
Contẽptor belli: sed anhelo feruidus Hector
Ob-

Obijcitur: Quo nã usq; hic terminꝰ, inqt, et en
Nudat atrox, conũq; nihil tutante pyropo (sem
In pectus consedit ebur: mox intonat orsis,
Quisquis es, i felix, reliquisq; supbior umbris
Hectorea mactate manu. ruit unicus ille
Laodomia tuus, fidæq; oblitus amantis
Non timidas in bella preces, non mollia iussa
Pertulerat: primos teneri respectus amoris
Cessit ad armorum fremitus. at nescia fati
Hemonis absentem suspirat mœsta maritum,
Et non sensuros uultus premit, oscula figens
Cerea, difficilesq; deos in uota fatigat
Nequicq; iacet ille quidem, lapsusq; iugales
Impedit, & curru non agnoscente fatiscit.
Hũc ubi præcipitẽ uolui uidere Pelasgi,
Pennificat formido gradus, stimulatq; uolucres
Ire pedes: cunctis iter est ad littora longum,
Et tardum repetisse rates. At fulminis instar
Prosilit Aeacides, & formidabile frendens,
Proh pudor Inachidæ, uixdũ præsensimꝰ ho
Et iã terga damꝰ, inqt: syluaeq; trabalis (stes,
Robur, in obliquas quæ carbasa porrigit auras,

Corripit, atq; iterat, Nũc ò nũc nemo ſequatur,
Solus eam, uincã ſolus. fugit ilicet omnis
Turba Phrygũ: nõ arua modò, nõ littora nudãt,
Sed quicquid põtũ Phrygiasq; interiacet arces,
Acceſſu uacuo Danais patet. ultimus Hector
Tanq; inſtans cedit, indignatusq; moranti
Arua legit greſſu. cogit moderantius ipſe
Aeacides flectitq; gradũ, & qa neuter in armis
Diſsimilem ſperat, hærent, audẽtq;, pauentq;,
Alternoq; truces obliquant lumine uultus.
Ilicet in patulos acies diffunditur agros
Argolica, & quo caſtra ſitu, quo milite tuta,
Qui teneãt portus, belli moderator Atrides
Digerit. ille iterum raptis ad claſsica turmis
Orditur pugnas, iamq; æmula prodit in arua
Bellatura cohors: contrà (ſic impetus urget)
Nõ defenſuri pperãt Phryges, atq; ope ſpreta
Quã turres muriq; dabant, ſeſe hoſtibus ultro
Dardanidũm pubes æquat, bellumq; laceſsit
Ipſa prior, nulli iam reſponſura uocanti.
Vt ſibi diſtitijs acies uicina propinquis
Et campo propiore ſtetit, nõ ignibus Aethna

Rũ

Ruptis, non geminis Iſthmos lacerata procellis,
Nõ ſic Hippotades antris fremit. oĩbus auſus
Auget, & accendit irã fragor: improba nullum
Fruſtratur belli uirtus. auriga iugales,
Seq; pedes ſtimulat. iam dextras undiq; miſcẽt,
Et quærit ſibi quiſq; parem: ſæpe impare pugna
Aut uni plures, aut pluribus obuiat unus.
Aſpera iam cũctis calet ira, bipẽnibus enſes
Cõtendunt, haſtæ iaculis, glandesq; ſagittis.
Ecce Meneciades Chironis cura ſecunda, Patroĉli cædes.
Alter amor, ſimilẽq; animis indutus Achillẽ,
Proſilit in medios. ſtabant tres pectore iũcto,
Aptabãtq; manus in uulnera. præuenit auſus
Impactis Patroclus equis, umbone Diarcem,
Hyſiphilum curru proturbans, Hyphitõ enſe.
Hector in obliquas reuocato lumine turmas,
Indignãs cecidiſſe Phryges, ruit impiger haſtã
Fulmineam quatiens, iuuenemq; * *
Vectori collidit equo, conſuta regenti
Membra refert ſonipes. at feſtinantior inſtat
Priamides, prenſoq; iugo uiolentus in auras
Cõtorquet plenum galea caput. ipſa ſupremis

Vox nondum defuncta sonis, exile susurrat,
Vltor ubi Aeacide? tandẽ super agmina lõgè
Labitur in Dorylam cassis, reliquoq; potitꝰ
Corpore Priamides, spolijs auroq; superbꝰ
Merionis cædes. Isset: at audentẽ contrà ire Meriona præceps
Persequitur. tuq; & uita spoliabere & armis,
Quisquis es, exclamat: cũq; post uulnera multa
Incubuisset ouãs raptur opima, Menestes
Aduolat, & socias animo indignãte ruinas
Hectoreũ ferit ense femur. fremit insciꝰ ille,
Nec dolor ĩ sensum uires habet: ac iuga spectãs
Crurũ tincta notis, dubiꝰ tamẽ unde, suus ne
Fluxerit, an cædis Danaæ cruor, emicat axe
Infensus, poscitq; faces, atq; hoste repulso
Igne rates populante premit. subit obuiꝰ Aiax
Iam tandẽ erumpẽs, & apertis Hectora cãpis
Irato mucrone petit. trux ridet Erinnys,
Cognatũ lucrata nephas: at cõcita cæcos
Errores aperit pietas, nec passa furentes
Cõmunes declarat auos. illi arma faces q;
Sponte relicturi, galeas ad mutua laxant
Oscula, mutatisq; petunt tentoria parmis.

In-

Interea stragis sociæ cõcessa sepulchris
Pax erat. Aeacides cæsum lugere sodalem,
Hemonij Hysiphidẽ, te Creta paterna Meriõ,
Quisq; suos. iamq; in geminos ꝓcesserat annos
Fœdus: at in tãta populus quã sanxit uterq;
Pace, alia Inachios turbat discordia reges,
Et regni dubiũ culmẽ quatit. altera semper
Iura premens Liuor, & nil insigne cupido
In socios cessisse ferẽs, coguntq; premuntq;
Naupliadam. ille queri, cæcis q, nutet habenis
Imperium, quòd non tantis insciti curis
Plistinia accedat, quòd bellis segnior usus,
Quodq; alio miles egeat duce. singula texens
Obliquat propriũ meriti decus, arma, paratus,
Excubias, cõsulta, fidẽ: sic anxius ambit
Imperiũ, cæcus nimiũ, cui sola iubendi
Gloria, & innumeræ ueniãt cũ prĩcipe pestes.
Dissensu uario certat fauor, his noua semper
Grata magis, ueterisq; iugi fastigia tolli
Clamãt: ast alijs notos mutasse molestum,
Et longum didicisse nouos. sententia nondum
Certa ducum, redeunt enses, & pace sepulta

Arma iterum rapiunt: coniectis undiq; ſignis
Collidit Bellona uiros. hinc Troilus audax,
Fulmineusq; Hector, & formidãdus in armis
Aeneas: proles contrà ſuſpecta tonanti
Aeacides, gemini Atridæ, Calydonis alũnus,
Certãtes acuũt iras. ſic auſter in Arcton
Irruit, in Zephyros Eurº, ſic Aeolus armat
Hybernas acies, Aethnæáq; fulmina uincit.
Hector continuò treis fundit Marte, Boëten
Saxis, Archilochũ gladio, Prothenora telo.
Indignata ducũ uirtus coit omnis in unum,
Vnũ oẽs contisq; premunt, gladijsq; laceſſunt,
Et quicquid cupidis Mars uſu, Mulciber arte
Ingeſſit fatis, cumulant, tortoris Iberi
Iactus, inſidias Parthi, libramina Daci.
Ille, uelut Siculis inſurgens umbo procellis,
Inſtãtesq; premit, atq; iras ridet inanes.

Pugna Paridis & Menelai.

Parte alia Paridẽ Phrygios in bella uocãtem
Infeſtat Menelaus agens, pauciſq; profatus
Increpat: Agnoſcis ne hoſpes? reminiſcere tãdẽ
Spartanos coluiſſe lares: ad mutua ueni (tecũ
Hoſpitia, heus agè redde uices, duc Pergama

Si

Si qua domi rapiẽda tibi. quo nã uſq; moraris?
Iũge manus. nũ terga paras? Ille arte Cydonum
Fretus, Icirea delibat cuſpide frontem
Principis: atq; addit, I nunc, accedo petitis:
Sic Helenã uiſure, ueni. crudeſcit in iram
Pliſtinides. nõ ſic frendũt rapta ubera tigres
Hyrcanæ, Scythiciq; ſues, Mauriq; leones.
Aſtiterat ſocias Aiax Locrẽſis in iras,
Hortaturq; ducem. Iouis igne citatius ambo
Obiectam *rumpũt turbam, mediosq; per enſes ſpargunt
Accelerant. prior alipedes Menelaus ituros
Anticipat, prenſisq; iubis, Simul ibimus, inqt,
Sed iam Troia procul. dixitq;, & ſtare negãtes
Infrenos impingit equos. pallere uideres
Priamiden, cũ iã celeres moderatus habenas
Hector adeſt, parmãq; comes Cythereius heros.
Obijcit, ereptumq; hoſti Troiãq; reductum
Reſtituit thalamis, & bellis mollibus aptat.
Macte Paris, ſic terga paras? ſic prælia linqs
Atq; hoſtes ignaue tuos? at Martius Hector
Fraternas acies & bella uicaria tractans,
Vulnerat, interimit, fugat, indefeſſaq; mutat

Spicula, ubiq; potens & ad omnes integer ict⁹.
Labitur Horcomenes iaculo, ſude Schedi⁹, enſe
Helpenor, Dorius cõto, Polyxenus arcu,
ſocium His addens *ſaxo Palamenẽ, Opiſtriphon axe
Protritum, ſeptem mortes manus explicat una.
Hauſiſſet Phimachus Phegiæ latus, at ferienti
Succeſsiſſe timens, uictor dat terga. fugacem
Aeneas oculis, & arundinis arte ſecutus
Traijcit, & fixæ (Moriere) immurmurat auri.
Haud minus Aeacides dextra ſtomachãte Sileũ
Hippolytumq; metit, fatis Eufenius hiſdem
Aſteriusq; ruunt, teq; ò Xanthippe metenti
Tydides ſocium letho dedit. atq; ita cedes
Alternant hinc inde pares, & funera librant.
Rarior Argolicas ferro populante cateruas
Agmina laxabat miles, ſociosq; ſuperſtes
Quærebat iam turba ſuos: cũ tempore rapto
Imperiale tonans, acies Agamemno labãtes
Increpat, hortatur, iubet, inſtruit, atq; obit oẽs
Oebalio ſublimis equo, citiusq; futuras
Spõdet opes: nec enim Mœſas armare cohortes
Telephus, et plenas Danais dare differet alnos.

Haud

Haud mora, præcipitẽ faciles repetiſſe tamultũ
Ictibus indulgẽt omnes: iam quærere longum
Quæ feriant, tardũq; dari: man⁹ oĩs in hoſtem
Fulminat, & nulli furit irrita gaudia Martis
Horrida, deliciasq; truces, efferuere paſsim
Aſpiceres. fluit huic in uultus pulchra genarũ
Rapta dies, mento hic linguaq; & nare reciſa
Informes aperit rictus, his auris adempta,
His man⁹, his nutat humer⁹, pars uiſcera lapſa
Labitur, ac manibus nitens ſeſe eripit hoſti.
Hinc capitũ largus ſtagnat cruor, inde relicti
In cumulũ ſurgunt trunci, currusq; retardant.
Ipſe nec hybernis niuibus, nec grãdine uerna,
Nec riguo paſtus Symois Thaumãtidos arcu
Maiores miratur aquas, & ſanguine rapto
Diſsimilis redit in pelagus: ueniẽtia Triton
Funera, & expallẽs horret Thetys, oĩa luſtrat,
Omnibus incũbit, centenaq; millia uoluit,
Et non inuentũ totiens lucratur Achillem.
Preſſerat occiduũ Phœb⁹ iubar, aſtra uiciſsim
Aẽre deterſo, lucẽq; ſtupentibus umbris
Sidereum pepigere diẽ: conſulta uocati

Argolidæ tenuere duces, iamq; ibat Vlysses
Tydide sociante gradus, Priamoq; ferebat
Vota ducũ, uulgiq; preces. uidet Inacha longè
Arma Dolon, creditq; dolos: mox acer ab ipsis
Desilit excubijs, &, Quò pperabitis? inquit.
State uiri contrà. pacem'ne huc fertis an arma?
Illi Palladia legatos arbore pandunt,
Exorantq; aditus: iam regis copia, iam res
Edita, iã redeũt, treis suspẽduntur in annos
Dextris bella datis. at fœdera Martius Hector
Incusat, pacisq; moras, fractisq; nouandas
Inachidis tanto coniectat tempore uires.
Incutiunt alias cunctis belli ocia curas,
Hi muris, illi castris, utriq; sepulchris
Inuigilant. uix flore solũ laxauerat æstas
Tertia, desueti rabida in discrimina campi
Prosiliũt hinc inde duces. rotat efferus ensem
Hector, & ingẽtes animos fortuna ministrat
Supremos speculata dies, obitusq; decoros
Factis illustrat insignibus. Antiphus antè,
Pòst Philibus clausere uirum: libratur utriq;
Fraxinus, & mediũ suspẽdunt Hectora. at ille

Ob

Obliquam reuocans hastã, sic excipit ambos,
Lugeat ut primo oculos, cerebrumq; secundus.
Euphorbũ premit Aeacides, dũq; ille recedẽs
Hastile incussum dextra obnitẽte retardat,
In turbã offendit, sociũq; Lycaona præceps
Obruit: insequitur uictor, prolapsaq; transit
Pectora, consortes mittens ad tartara manes.
Troilus Ideã rapiẽs per prælia clauam,
Myrmidonas septem solo cõsumit in ictu,
Atq; alios septem, si septem fortè fuissent,
Proturbasset agens, ipsumq; ardebat Achillem
Ferre manus contra: sed tot centena cadentum
Millia, tam uarios gemitus, tam dissona fata
Indoluit Phœbus, celeresq; immersit habenas
Mœstior, & subitis conterruit agmina bellis.
Nox erat, & lõgo defessum Marte iacebat
Andromache cõplexa uirũ, cumq; aspera belli
Quæsisset, gens utra prior, quæ nomina regũ,
Qui uultus, quid Dardanidæ, qd gesserit ipse
Egregium, passus'ne metus, sopita marito
Incubat, & primi nebula cessante soporis
In ueras matura quies purgata figuras

Di-

Dira monet. Stabat thalamis iũctissima laurus,
Secretos amplexa lares: inimica securis
Hanc à stirpe metit, rorantes sanguine rami
In stratũ geniale cadunt. plura ingerit horrẽs
Monstra sopor: iacet interdũ sine cõiuge, toto
Fusa thoro, nudos rursus uidet oris hiatus
Sanguineos fœdare sinus. Tandẽ ægra soporẽ
Rumpit, & horrẽdis iterat clamoribꝰ, Hector,
Hector ubi? timidáq; manu scrutata cubile,
Ingeminat Meus hic'ne meus? lenire pauores
Ille, & adhuc segnes paulatim demere somnos
Cœperat. illa fidem uisis nunc credula donat,
Nũc negat, amissumq; putãs cõplexa maritũ,
Omnia certa timet, & nil tamẽ ausa fateri
Armatum prohibere parat: muliebribus ille
Nil monitis motus, timidi præsagia sexus
Spernit, & impatiẽs bellantibus acer abesse
Poscit equos. tũc uerò amẽs, tũc anxia uocem
Tollit, & occursus oẽs rogat, exit & intrat
Incerta, ac paruũ matris lamenta stupentem
Astyanacta trahẽs, calcãdum in limine patri
Obijcit, induerat galeam, curruq; sedebat

Cel

Celsior: andromache priamo prænũcia clamat,
Heu morimur, succurre pater. uix prĩcipe iussꝰ
Tandẽ hæret patiturq; moras, moderãte cater-
Mẽnone. sed nusq; Phrygia sub casside uisoꝫ uas
Hectore, mens Danais maior, fiducia maior,
Maior in arma manus, maiorq; licẽtia campi
Audaces proferre gradus: iam Pergama iuxta
Effugiunt Phryges, exclamãt matresq; senesq;
Quis pulchrũ uel triste fuit de mœnib. arma
Cõspicere, & miseris quatiũt ululatibus urbẽ.
Hector ĩ Andromachẽ oculorũ fulmĩa torquẽs
Ergo iterũ prohibebis? ait: stimulisq; iugales
Præcipitat. non sic Ossæa per ardua Mauors
Armigero terrore ruit, mucrone Gelonos
Fracturꝰ, uel falce Getas, uel cuspide Thraces.
Illum ubi fraxineũ rapientẽ in prælia telum
Agnouere duces, dant illico terga, retroq;
Suadet iter custos animæ timor: at ferꝰ Hector
Anticipat celeri fugientia pectora cursu,
In terga iraſci spernens, teloq; trabali
Hydomenea petit, cui strage Leõtius æquã
Cõcidit. at Stelenus fugiens, atq; Hyfidꝰ in stãs,

Spi-

Spiranti certam referunt in uulnere mortem.
Vltimus Hectoreũ Polybetes ſenſerat enſem
Altius impreſſum iugulo, non defuit augens
Supremã fortuna manũ, trãſegerat armos
Armáq;, et in geminos diſcreto corpore trũcos
Solus inoffenſus clypeus reſtabat, & illum
Dum uictor mutare parat, læuamq; ſuperbus
Argolica Iunone onerat, fremit acrius illa
Marte ſuo, facibusq; Iouis: ſic pronus in iram
Sexus, ſic priſcus ſuadet dolor. excitat ergo
Aeaciden non ille quidem certamine, tanto
Tentaſſet conferre uiro, ſed Iuno negantem
Sollicitat, ſtimulat Pallas, pariterq; precantes
Præbẽt hæc animos, hæc iras, utraq; uires.
Poſtq; peruentũ propius, fiſusq; dearum
Robore, fulmineum præceps nudauerat enſem
Aeacides, trepidi coëunt hinc inde manipli,
Ipſáq; ſponte hærent retro data prælia regum
In campi maioris opus: mox ſæuus utrinq;
Clamor, utrinq; metus. cupiunt uidiſſe furẽtes,
Et uidiſſe timent: facibus confligere iactis (lẽ,
Fulmina bina putes. prior occupat Hector Achil

Fra

Fraxineamq; trabem uibrat: uolat illa, femurq;
Heus humili nimis acta manu, nimis ĩuida cœptis
Lethiferis, hoſtile ferit. pudor aggerat iram,
Fruſtratæq; manus. at ſtricto dedecus haſtæ
Purgaſſet gladio, quum uulneris acrior ira
Aeacides enſem librat, diuumq; ſuaq;
Proturbat uirtute uirum: uix Martia tandem
Indignante anima, gelidos mens deſerit artus.
Extemplo turbata Phrygum laxatur inerti
Turba fuga: trepidis uiolentior inſtat Achilles,
Ac dextra maiore furit. mactantur in ipſis
Millia bellantum portis. Tithonius heros
Obliquum pectus & reſpectantia terga
Obiĩcit Aeacidæ. læditq; ac læditur ipſe,
Seraq; uix tenebris dirimit nex bella ſecutis.
Heu heu quàm tenui nutant mortalia filo,
Nil homini fixum. Fortunæ munera blandæ,
Inſidias non dona reor: ſemperq; timebis
Sirenum turbæ ſimileis, ſub ſole ſereno
Nubem, ſub riſu lachrymas, ſub melle uenenũ.
Si tibi res, fallit caſus: ſi forma, ſenectus:
Si uires, morbus: ſi nomen grande, litura

Hectoris cædes.

Po-

Postera: & in nullis fati constantia donis.
Ipse etiam has inter tenui uirtute procellas
Fretus homo, aut lãguet moriẽs, aut mortuꝰ aret.
Horũ si neutrum, certè mortalis, & imos
Fraudatura dies medios metit Atropos annos.
Occidit heu spes una Phrygũ, Mauortiꝰ Hector
Occidit, æternos cui si natura dedisset
Artus, ipse suos iaculandos Iuppiter ignes
Ocia tracturus ultro mandasset. at illum
Imperijs sensere suis obsistere Parcæ,
Sensere, & uiridis crescentia fila iuuentæ
Collata rapuere manu, tutore perempto
Facturæ Phrygiam licito maiore ruinam.

LIBRI QVINTI FINIS.

HYPOTHESIS LIB. VI.

Anxia Sextus habet dubio certamina Marte,
Cæduntúrq; duces, Sarpedon, Deiphobusq;,
Troilus & sequitur Palameden, Mennona Achilles,
Et Paris. urbs capitur, Priamus rex mittitur ũbris.
Fletq; Hecuba, ac Danaûm reditũ cõplectitur idem.

DARETIS PHRYGII POETARVM ET Historicorum omnium primi, de Bello Troiano liber Sextus, Latio iure à CORNELIO NEPOTE carmine festiuo donatus.

SEGNIOR explicitis mœrentia signa cateruis
Troia mouet, rorant clypei, cristæq; grauantur
Luctibus, angustum crebris sin
gultibus aurum
Rumpitur, arma nocẽt, toto nihil agmine lætũ,
Dulce nihil: signa ipsa minus pugnantia uento
Mentitas laxant animas, moriturąq; tardis
Flatibus inclinant faciles lãguere Dracones.
At sonipes, animi non argumenta superbi
Iratas iterat uoces, non puluere capto
Multiplicat suspensa leui uestigia gyro.
Non fremit incertũ, sed tota immergitur aruis

Vngula, submittitq; equitẽ, aurigamq; perosus
Auertit collo uenientia frena reflexo.
Stridentẽ litui gemitum, stridentia reddunt
Iussa tubæ, nulliq; sonãt non triste tumultus.
Talis in aduersas trahitur duce Mẽnone turmas
Mœsta Phrygũ pubes, poscũt remeare, negãtq;
Venturusq; Hector semper post terga uidetur.
Qualiter Hyblæi mellita pericula reges
Si signis iniere datis, labente tyranno
Alterutro, uiduos dant agmina stridula questũ,
Et subitũ uix nacta ducẽ metuentia uibrant
Spicula, & imbelli remeãt in prælia rostro.
Iãq; Argiua phalãx, lætis iactãtior armis
Prodierat, tollitq; animos, celerẽq; triumphum
Hectore deiecto sperat, dux digerit arma
Naupliades uoti compos, curasq; timendas
Induit, & duro fruitur miserãdus honore.
Atrides regis insignia ponit, & ultro
Exuit imperium: nec enim uenisse fatetur
Iure ducis, fieriq; satis, si principe quouis (ctrix.
Freta cohors, redeat post diruta Pergama ui-
Nil refert, quis, ubi, quãdo, sed qualiter, & qd
Fa-

Factum: durabunt actus, & transiet autor.
His addit, se iure frui potiore Mycenis,
Et stabilem regnare domi: nec signa priora
Sic ambire cupit, ut fesso pectore malit
Et uigiles Lunas, & duros ducere Soles.
Martius Aeacides mutatas solus habenas
Arguit, at rapto Palamedes Marte superbus
Vincere contendit titulis, regemq; mereri.
Ergo iterũ coẽunt acies, properatur utrinq;
Et medius decrescit ager, rapit agmina iuncta
Sarpedõ Lyciosq; enses, & turbine primo
Hostib⁹ inuehitur: qualis uexilla Gigantum
Cẽtiman⁹ Briare⁹ Phlegræo in uertice tollẽs,
Imbelles risit Iouis ignes, tela Dianæ, (gues.
Martis equos, Phœbi pharetras, & Palladis an
Haud minor insurgẽs heros Ioue patre supbus,
Iunonẽ Argolicã cõgressaq; signa deorum
Spernit atrox: quacũq; uagos raptatur ĩ hostes,
Millia multa manu proturbat, millia multa
Axe superiecto, fulmen sæuire paternum
Credas, & tonitr⁹ curru stridente minores.
Occidit infelix Gobius, nec lætior illo

Triptolemus, ſuetuſq; feras inceſſere telis
Mœnalius Cormas, quartus tot funera Perſes
Vltus obit. læuos miſſo Sarpedonis armos
Tranſierat iaculo, ſed uix tamen ille coactus
Tandem uertit iter, uultuq; in terga reiecto
Ad cunctos hæret greſſus, ſemperq; redire
Ardet, non poſſe indignans, pulſatq; uetantes.
At iam caligat acies, ſparſoq; cruore
Deficiunt quamuis uicturo uulnere uires.
Interea Mœſas properat laturus ariſtas
Demophoon, Garamas, & te Theſida uolẽtẽ
Tertia cura uocat. Danaas hebetauerat iras
Belligeræ meſsis uiriq; audacis egeſtas,
Et uires depaſta fames. pax arma ſoporat
Inq; annum iurata fides: utriq; cohorti
Vtraq; caſtra patent, fas ciui Graia uidere
Carbaſa, fas hoſti Phrygios luſtrare penates.
Dum ſic alternos aditus, alterna pererrant
Mœnia, natarum ſacra comitante caterua
Hectoreos manes Tymbreæ in limine portæ
Placat uterq; parẽs: cinis annuꝰ, umbra laborãs
Solantes epulas lamentaq; feſta repoſcit

Et

Et tumuli lugubre decus. ſtant crine ſoluto
Iliades, hæc quæſta uirum, natũ altera, fratrẽ
Multæ, nũc pariter lugent, nũc ſingula plãgũt.
Cũq; alijs in pallorem candore ſepulto
Febricitent uultus, ſola ore Polyxena floret
Soſpite, & in faciẽ nil audent nubila mentis.
Hanc uidet, hãc optat, & acuto Cypridis arcu
Saucius Aeacides ſubitos ſuſpirat amores.
Vtq; uſu maiore Venus producta, tenellos
Spondæo ſtabilit animos pede: ſic noua uoti
Cauſsa, pares ſtimulos ſimilesq; immobilis ignes
Haurit, & ĩ thalamos periturũ emollit Achillẽ.
Ergo nec armorũ meminit, nec prælia curat,
Iamq; redire uelit patriosq; reducere cœtus,
Et totam turbare aciem, ſi regia detur
Virgo ſibi, conſorsq; thori, preciumq; receſſus.
Inſtruit his Phryga Sergeſtũ, cui proxima in oẽ
Arcanum regale fides, pacemq; futuram
Aſſerit, & totum cogendum in fœdera Martẽ,
Si reduces ſua Myrmidones præcepta ſequãtur.
Audierat Priamus, remeat Sergeſtus Achilli.
Pacta placent, ſed bella nocent, faciliq; repulſæ

Crescit amor. lex hæc: Virgo, si publica cessĕt
Arma, uiro patrias nuptũ tradetur in oras. (strà
Haud mora, cõmunes redit⁹ monet, et graue fru
Discrimẽ passos queritur, nec iudicat æquũ
Vnius in thalamũ & muliebria prælia tãtos
Cõiurasse duces, Spartanáq; damna medendo
Et populum & reges lõgis cõsumere bellis.
Grata quies uulgo, Martisq; remissius ardens
Dignatur consulta furor: sibi crastina quisq;
Vela parat, sed mox accepto tempore, partæ
Maturãt cum messe rates, quas donat Achiuis
Teleph⁹, infensusq; tamẽ q; signa sequantur
Altera ductoresq; nouos, Agamẽnone pulso.
Vixdũ contigerãt portus, mutata tumultu
Agmina crudescũt alio, gladiosq; reposcunt.
Torserat astriuagũ pacta in uestigia Phœbũ
Annua mobilitas bissenos passa labores,
Et iam mixtæ acies: sol⁹ nõ prodit in arma
Aeacides, solus non militat, obice belli
Vota hærere dolens. alios in prælia cogit
Deiphobi cædes. Naupliades, faustũq; suis comitãtibus omen
Impete Deiphobũ primo petit, utraq; iacto

Tẽ-

Tẽpora trãsadigit iaculo, funusq; secundum
Dat Phrygio lugere duci. rotat obuia tela
Sarpedon, quãtaq; cruor uirtute relictus
Sufficit in uulnus, uires expendit in ictus
Prodigus instãdi, nec iuncta potentia fati
Prorsus abest, clypeũ trãsit, læuũq; cruẽtat
Obliquo mucrone latus. felicior ensis
Naupliadæ, casúq; manũ meliore secutus
Iratis flendũ superis Sarpedona fundit. Sarpedonis cædes.
His hilaris, multoq; alijs iactãtior, Ecce
Ecce, iterat, quantos dextra uictrice negãtes
Ense palàm sterno. qd plus testabitur ausum
Phlegra louẽ? Libyc⁹ Alcidẽ? Theseа Minos?
Talis erat Danaũ princeps. uix ista, nec ista
Fas plenis iactasse sonis, uenit ecce sagitta
In iugulũ stridẽs. Paris hãc excussit in auras
Assyrijs melior, æquaturusq; Gr(e)lonos. Palamedis cædes.
Dux ruit, & tenues iactatrix gloria fructus
Cum luctu lucrata perit: cunctiq; iacentem
Mixtis confodiunt hastis. at rege perempto
Nõ se turba regit: cæso duce tota sequentum
Debilis ægrescit uirtus, arma ipsa uidentur

Posse minus. sic si ruptis moderator habenis
Deciderit, turbantur equi, leuiora stupentes
Imperia, & subita iam libertate potiti,
Ceu timeant, incerta uago uestigia cursu
Præcipitãt. lege hac fugiũt, hoc ordine fusi
Graiugenæ: iam castra procul, iam littora lõgẽ,
Seq; terunt uicibus, & qui prior, esse supremus
Atq; hosti propior metuit: mox pectore nudo
Terga tegunt, armãtq; fugã: sed nulla tueri
Tela queunt, classes nullæ, munimina nulla:
Incendunt, sternũt, perimũt, face carbasa, cõtis
Arces, ense uiros. strages uulgatur, Achilles
Dissimulat: sed tot tedas, tot tela secundus
Sustinet Aeacides, & defensore laborat
Iam fessus clypeo. tandem miseratur anhelum
Altius attollens pontum Thetys, & uenienti
Occurrit Phœbo, radios mersura morantes.
Postera uix umbras lux soluerat, undiq; ĩras
Surgunt, armatoq; acclinia tela cubili
Corripiunt. pars in clypeos ceruice recepta,
Nõ madidũ mucronis ebur, non cassidis umbrã
Soluerat, ast ipsis audax sopor incidit armis.

It tuba præceptrix Phrygijs, it tibia Graijs,
Et litis litui testes. at prompta uocantes,
Anticipat uirtus modulos, crudescit utrinq;
Pugna ferox: instãt, cedũt, minitãtur, et horrẽt.
Alternãsq; uices fortuna ferens q; triumphos
Exiguasq; fugas populis permutat utrisq;.
Vrget eques pedites, ille inclinatur in ictum
Arduus, hi tollunt humiles in uulnera dextras.
Ibat Abas, cumq; aurigã turbare Melampum
Sublato mucrone parat, sensisse putares
Cornipedes, suspẽsa truces in pectora surgũt,
Implicitũq; terũt pedibº, stratisq; relinquunt.
Lætior euẽtu, fisusq; Melampus equorum
Auxilio, per & arma uirũ, perq; ora superbo
Feruidus axe uelat, calcandaq; corpora quærẽs
Nõ uacuã dignatur humũ. tandẽ Anxuris hastã
Dictæi ruit incuruus, proprijsq; fatiscit
Interceptus equis: clamãtemq; ore supino
Parcite, nil miserans surdi rota præterit axis.
Anceps pugna ducũ, palmæq; incerta fluebãt
Bella diu, donec medios prorũpit in hostes
Troilus, horrificisq; comes uictoria signis.

Qualis Pellæus, qualis Calydonius exul
Fulmineas habuere manus. prior ille, secutus
Alter: at hic superat utroq; potentior ambos,
Vtq; oēs claudā titulos breuis, Hectore maior.
Mirati cedunt Danai, grauiore procella
Corda pauent, secura prius: pluresq; renasci
Hectoras attoniti cēsent, sic Troilus ardens
Fraternas renouat cædes: insignia dextræ
Victricis sensisse dolor, spectasse uoluptas.
Eminus Alcestē Nisæum, cōminus Idam,
Hunc iaculis, hūc ense metit, tātoq; sub hoste
Nulli turpe mori. pars tanq occūbere certet,
Inflictis gaudet iaculis, & morte superbit.
Exierāt Ithacº, Tydides, Nestor, Achillem
Flectere: us in tantis unus te Troile dignus.
Sed steriles rediere preces, stat linquere fixum
Bella duci, ualidāq; ipsos ratione rogantes
Arguit: ac bellū pēdit, quòd causa pudori,
Cōgressus dānis, & cōmoda nulla triūphis.
Facta fides ducibus, hortātur fœdus, at obstat
Cui thalami ppior spirat dolor, obstat Erīnys,
Obstat Parca tenax, fatoq; potentior omni

Bel

Bella refert Danais scrutatº numina Calchas.
Haud mora, prosiliūt ductore Agamēnone læti
Oebalidæ. cōtrà non segnius æquor anhelis
Priamides transmittit equis, uectore superbus
Magnanimo sulcos suspēdit in aëre currus,
Et rarò defigit agros, ut tardior anguis
Triptolemi, Veneris ales, Panthera Lyæi.
Puluere crescit ager, putriq; in nube sepultam
Prætexit caligo diem, nec ciuibus hostes
Internosse datum, donec reuocante serenum
Cuspide sanguineos campus cōsedit in imbres.
Strauerat Alcidamas Teucrū Leocōta, traba
Eminº intorquēs hastā, missāq; secutus (lem
Extrahere ardebat, ut teli laude madentis
Aut fomidandus Phrygijs, aut gratus Achiuis
Iret ouans. at glandiflua præuentus habena
Occidit, & iuncto solatur funere Teucrum.
Trāsigit Eurypylum iaculabilis hasta Menalcæ
Occiduas ingressa comas, læuūq; per orbem
Exit, & excussum defert in cuspide lumen.
Lernæa Lycidā trāsfigit arūdine Glaucus,
Quà ceruix cōnexa humeris: iugulo illa patēti

Insi

Insidians, galeæ clypeiq; interuenit oras
Herculeis imbuta uadis: dupliciq; fatigat
Morte aĩam, furit hinc uirus, cruor inde secutꝰ
Missile, & inciso tandem de stamine certant.
Tersilochũ Cromius, Xerses Creteona, Nisus
Fundit Alym: iacet hic iaculo, iacet ille bipẽni,
Tertius intento districtus palpitat arcu.
Rethea Rhesus agit, Lybidã pturbat Acõteus,
Stemona sternit Ion, Tessandrũ uulnerat Argꝰ,
Mactat Achõta Pholꝰ, Pholõ Ebalꝰ, Ebalõ A-
Actora Thyodamas, & Thyodamãta Ly(ctor,
Eminet asperior dextra maiore lacessẽs (cæꝰ.
Troilus Argolicos, & quãq; Antenoris ensem,
Aeneæ iaculum, prædonis tela tremiscant,
Hic tamẽ hic uincit, & lautos obruit omnes,
Omniáq; in proprios lucratur facta triũphos.
Miratur Bellona uirum, stimulatq; furentem
Parcius, & docilẽ gaudet uicisse magistrum.
Ipse alias discit iras maioráq; Mauors
Prælia, & exemplum diuus mortale secutus,
Dum Scythicis instat, uisos reminiscitur * actꝰ. *usus.
Ibat fulmineo Phrygios mucrone fatigans

Fer

Feruidꝰ Vmbrasides, hinc nudo Troilus ense
Disputat, & mortẽ, menti quà cella secunda,
Attonito concludit atrox: frustra ille laborat
Soluere, cũ nequeat fatale necesse refelli.
Mox premit Ascalaphũ, ruit ille ĩ terga, nec ha
Expectat, fallitq; manũ, sed fraxinus ictũ (stam
Sicca redire negans reperit, figitq; iugalem
Implicitũ domino: trahitur retinentibus ille
Scansilibus, potoq; perit in sanguine mersus.
Contẽtus cecidisse uirũ, premit agmina uictor
Cætera Priamides, & terna tricuspide claua
Funera cõtinuat. fossos gemit Astilus armos,
Pectus Itys, uacuãq; excussis ilibus aluum
Antiphates: sed sæua licet, tamen inguine nũq
Inferius grassata manus, tumidusq; superbit
Poplitibus cæsis humilem infamare triũphum.
Iam magis ardentẽ tenues cõsumere pugnas
In populum tædet, uulgari tela cruore
Immensus uiolare pudor, nec paupere fraudat
Plebẽ anima. furit in iugulos regũq; ducumq;
Acrior, & quà acies stipat gẽmata cohortes,
Irruit, Atridasq; ambos, sed dispare telo

San

Sauciat. hũc iaculis, illũ ſude: tertius enſem
Vulnificũ paſſus plãgit Calydonis alũnus.
Hos quoq; fudiſſet, ſic nunq; debilis ira,
Sic præſens ſemp uirtus: at turba profundo
Interiecta grauẽ fruſtratur uulnere dextrã.
Ipſa etiã ceu nulla deis, ſic rara tyrannis
Atropos, inq; aĩas inopes audacia maior.
Nutabãt Danai, iãq; his ſpes nulla triũphi,
Nulla fugæ: fati fraudes, cõmenta deorum,
Et falſum Calchãta dolẽt, reditusq; ſuſurrant,
Si nulli poſt terga metus. mox Neſtor & ipſe
Peliden Agamẽno rogãt: negat ille, ſuosq;
Myrmidonas in bella tamẽ concedit agendos.
Hos ubi conſpexit rapido ꝑdire tumultu (bes
Troilꝰ, Huc tẽdamus, ait, quæ nã hæc noua pu
Quis nouꝰ hic puluis? an et hos huc deſtinat Ar
Nũc primũ, et totas ꝑperat cõſumere ui (gos
At ſuperi meliꝰ, deerãt quos ꝑdere poſſẽ (res
Et Stygio mandare Ioui, gladiusq; timebat
Ocia. faxo igitur poſt fulmina Dardana diſcãt
Vtilius latuiſſe domi. Sic fatus Hypartum
Ductorem cunei, quà flãmeus umbo coruſcat,
Ro-

Robore fraxineo figit, teloq; moranti
Præcipitem perturbat equo: celer ille receptis
Greſsibus, abiectaq; haſta, clypeoq; relicto,
Acrius inſtantem fugit hoſtẽ: in caſtra recedẽs
Argolica, illic ante ipſum mactatus Achillem
Concidit, & fuſo tentoria ſanguine ſignat.
Frẽdit atrox, quãtumq; ingẽs dabat ira, lacertũ
Erigit Aeacides, ac toto robore niſus
Iam reſponſuros parat ictus. uenerat antè
Lancea Priamidæ, læuosq; inuaſerat armos
Hoſtis: at innocuum fallit Tritonia telum.
Sentit, & aduerſos incuſat Palladis aſtus
Troilus. at iaculo melior fortuna ſecundo:
Lædit enim libatq; humeros, & morte petita
Inuenit indignans uulnus ſine funere cuſpis.
Tertia maiorem cornus potura cruorem,
Rapta manu. uenit ecce abies, & ſtridula cer-
Molitur iactus. celſos præſagus in armos (tos
Erigitur ſonipes: dubium, defendere tentet,
An timeat, gaudetq; tamen perculſus herilem
Anticipare necem. flexo tunc poplite fuſum
Inuitus proculcat herum, fatumq; ruentis

Hem

Heu iuuat.ille quidẽ nolit,ſed dũ grauis urget,
Occupat Aeacides,& iam ſurgentia ferro
Colla metit:lõgeq; licet decurrere iuſſa
Troili cædes Cæſa uiri ceruix,truncus manet,ipſaq; nondũ
Exarmata manus bellũ factura mouetur. (uos?
Quos caſus,quæ fata querar?quos Troile di
Troile,cuius opẽ gemit Ilios orba ſepultam:
Troile,cui meritæ ſpirant præconia famæ:
Troile,quem ſolũ dignatur laudibus Argos,
Mącte iaces:qq; antè Phrygi ſpes publica uitæ,
Vix unum obſeſſæ tutorẽ Memnona mortis
Stratus habes.funus lacerũ ſpoliare parabat
Aeacides,prohibet Memnon,miſeraq; parẽti
Pignoris egregij lugendos deſtinat artus:
Ipſe alijs lachrymas,ſibi bella:alijsq; tumultus
Fœmineos,ſibi tela mouet,raptaq; ſuperbum
Cuſpide uictorẽ uindex premit:inguina telo,
Pectora libarat gladio.reſpexit Achilles,
Atq; indignatus furialibus intonat orſis:
Et te fata uocant,Stygia prior hoſpes in alno
Memnonis cædes Expectat,Stygias pariter tranſnabitis undas.
Dixit,& Eoo iamdudum uiſcera regi

Fra

Fraxineo perfoſſa ſtylo.niger emicat altè
Sanguis,& exutos mulcet ſtyx frigida manes.
Fit fuga Perſarũ fuſo duce.ſæuior inſtat
Myrmidonũ princeps,ſic mẽs acceptaq; ſuadẽt
Vulnera:iam trepidos lõgum quæſiſſe tyrãnos,
In uulgi iugulũ uiolẽs furit,impetus iram
Mutat,& ultricẽ cogit plebeſcere dextram.
Ergo fugat pauidos,audẽtes fundit,inertes
Proculcat,redimitq; breui longa ocia bello.
Viderat Iliacos fremere in certamina cãpos
Iuppiter,& quanq; tardari puluere uiſus,
Arma tamẽ cernit Vulcania,ſæuit in hoſtes
Sæuire Aeaciden,gaudet cũ talia ſpectet
Nupturã pepuliſſe Thetim:pallore minori
Phlegræos mõtes,Phlegræaq; bella timeret.
Ipſa uirũ ſtrages numerat,natoq; ſuperbit
Immemor heu fati,mater:ſic gloria uincit,
Charaq; ſuſpendit mirantẽ prælia fluctus.
Quippe uidere iuuat,& fas ſperare triũphũ,
Cũ manus una fuget.fugiatq; exercitus omnis.
Haud aliter,cũ canet ager,cũ meſsis adulta,
Cedunt æſtiuo fugientia iugera uento.

Vltimus effracti tardatus uulnere currus
Cardine iam clauſo ſocios poſcebat Iolas
Ingreſſum, periere preces, en Pelias haſta
Tranſactũ affigit foribus, portæq; maritat.
Tandẽ, caſtra licet lõgè, pauciq; ſequantur,
Vrbs iuxtà, cedit uix exorante Miuerua.
Craſtina luctificos mœſto Thernone iugales
Vix aurora mouet: nunq; tam prodiga roris,
Tam largè ſatiauit agros, ſtupet ebria tellus
Hos imbres non paſſa prius, ſic ubere fletu
Natũ queſta parẽs. huic adgemit axis uterq;,
Lux pallens, laceræ nubes, & ſaucia cœli
Forma, nec Idalio ſpirat decor integer aſtro.
Titonũ ſupereſſe piget, poſcensq; ſepulchrum
Odit uicturam per ſecula longa cicadam.
Legerat in tumulos Nabathæa meſſis odores
Ambitioſa parẽs, natoq; ſuprema parabat
Funera: mox uolucrum famulãtibus aſtitit alis
Exequias factura phalanx, auis unica phœnix,
Et Progne non una uenit, cauat Ardea roſtro
Marmoreũ foſſore ſolum, Luſcinia planat,
Pſittacus inſcribit apices, Philomena precatur.

Plan

Plangit Olor, Turtur tinnit. Iunonius ales
Luſtrales ſparſurus aquas, pperabat: at omni
Dura Phrygi, reuocat motas Saturnia pẽnas.
Fortè Ioui referẽs Telchinũ tela, redibat
Rex auiũ: ac uiſo cũctatur funere, fulmen
Deponens, aliasq; faces incenſaq; thura
Corripit, & ſacris ſolatur odoribus aras.
Iam flãmæ ſopita fames, iam plena ſoluto
Vrna uiro, redeũt uolucres, mulcẽtq; parentẽ,
Annua Memnonio pactæ ſolennia buſto.
Parte alia natis flendos inſtaurat honores
Infelix Hecuba, heu quantos enixa dolores.
Iam tumulos numerare licet, iam tertia plãgit
Funera: ſic Niobæ geminis orbata pharetris,
Quẽ peperit populũ fleuit, nec parcior ira
Iunonis: grauis huic Saturnia, Delius illi.
Aruerant lachrymæ, deploratuſq; ſepulchri
Iam tacitus, iã ſiccus honos. at ſolus in altas
Maternus creſcit curas dolor, excitat ægrum
Anxietas animũ, fraudesq; in uota miniſtras
Vltor habet gemitus. ſtabãt radiãtia Phœbo
Templa ſuburbano, nomenq; auctura tegebat

Lanugo Thymbræa deũ, circumq; supráq;
Vmbrabat dominas folijs ornantibus aras.
Insidiæ in Achillẽ cõparatæ. Huc Hecuba in facinus audax, inuitat Achillẽ,
Coniugij factura fidẽ. uenit ille, sed arma,
Sed comites nulli, solum sibi Nestore natum
Iungit, uix gladio cingi memor: omnia linquit,
Dum miser optatos properat uisurus amores.
Quin uetat insidias credi fraudesq; timeri
Ipse locus templiq; fides. at matris, adulter
Dardanus imperio, post læsa cubilia sæuum
Nil reputãs, pacẽq; deũm delubraq; turbans,
Occulit armatas post ipsa altaria turmas.
Vix fallunt animi præsagia, uenerat heros
Martius, inq; ipso trepidus ter limine gressus,
Fixit, ter redijt, atq; alternante pauore
Erectæ sedere comæ: ter præscia fati
Effigies lachrymata dei, stupet ipse tumorẽ,
Ter timuisse negat. ruit ecce inuisa iuuẽtus
Voce minax, dextráq; ferox, mediũq; coronãt
Armata statione uirũ. prior occupat acer
Priamides, Ne flecte gradũ. sponsæne petitæ
Amplexu habiturus abis? uenit ecce, sed illam

Os

Ornatu studiosa parens, iussisq; moratur
Mollibus, & trepidã primæ docet oscula noctis.
Dixerat, & gladiũ uibrãs, & uulnera præceps
Prima petẽs, Nunc nũc addit, nũc si qua iacẽtũ
Gratia, si quis amor lapsis, hoc sanguine, ciues,
Expectant Phrygij suprema piacula manes.
Ille qd? unde animi? uel quò fuga? turpe precari,
Et ueniæ spes nulla: tamen mox ueste lacertum
Multiplici munit, ac rapta cuspide, quantum
Nuda potest uirtus & uis obsessa, repugnat,
Et populum manus una metit, nec segnior ira
Antilochi premit, instat, agit, laudisq; supremæ
Ambitus, & præceps dat desperatio uires.
Sic quercus geminas certat pagana bipennis
Centena truncare manu, uix uulnere multo
Exhaustæ tandẽ nutant, lapsasq; sequuntur
Immensæ pariter nemorumq; uirũq; ruinæ.
Haud secus heroes perstãt, nec uincere pronũ
Teucris, mille licet mortes hinc inde fatigent,
Nec iam uulneribus pateat locus, improba donec
Ipsa uirũ uirtus fractos consumpserat enses.
Achillis & Antilochi mors. Mox Phryges incũbũt propiũs, prolapsaq; nõdũ

Congestis clypeis casura cadauera, fisi
Quos nequeũt armis, armorũ põdere uincunt.
Vidit, & ultorem Phœbus curuauerat arcum,
Tela dabat Pallas, uetuit pater igne, sagittis
Obuius intentis, & pacem fulmine sanxit.
Gaudet Alexãder, faueãt ceu numina factis
Et placeat fraus olla deis: auibusq; ferisq;,
Proh scelus, extorres artus & funera nuda
Proiecisset atrox. melior ni iusta moneret
Frater, & infandas Helenus cõpescere iras.
Heu quas lugẽdi facies, quos undiq; uultus
Cõmunis Danaũ dolor induit, inde querelæ,
Hinc lachrymæ, cũ bina ducũ ceruice redirẽt
Funera, mortaliq; rogo duo numina belli
Relligio permissa daret: nec separe luctu
Myrmidones Pyliq́ue dolẽt, certamine pulchro
Fletur, & æquãti iamiã latet agmine Nestor.
Sic si destituat superũm pater, orba querãtur
Sidera, & ignoto contendãt funera fletu.
Vincẽdi iam nulla fides: nec fata, nec ipsi
Spem præstant superi. perstãt tamẽ ire, deosq;
Consultare libet, redeant ne, an prælia firmẽt.
Sed

Sed redeant potius, nec enim fiducia bellis
Aeacide fuso. Calchas it, quærit, & audit,
Audit Achillea uincendum prole Pelasgis.
Pyrrhus erat quẽ fata dabãt, hũc Scyri⁹ hospes Pyrrhus.
Seruat, fœminei quondam nutritor Achillis.
Nec mora, decreto procerũ, Menelaus ituras
Disponit classes. nouiq;, & dicere pronum
Quas remo lassauit aquas, quos legerit olim
Portus, quæ freta, quas urbes, Calydonia uirt⁹
Dulichijs adiuta dolis: cũ puppe propinqua
Te Delos, te celsa Samos, te Bacchica Naxos
Raderet. at resident rursus Bellona fatigat,
Armato modulanda stylo. produxerat ardens
Mygdonios in bella Paris, iãq; agmine toto
Maximus innumeris fratres æquare triũphis
Destinat, augescunt animi, maiorq; uidetur
Ipse sibi. laxat arcus, & tela superbit
Spargere morte alia, maioribus utitur armis:
Nũc gladijs pugiles, lõgo nunc fraxinus ictu
Fulminat, hi propius audẽt, hic eminus urget.
Hac nõ arte citat cõtum Scytha, gesa Sycãber,
Pila Ligur, iaculũ Medus, Persesq; sarissas.

Enſe Thoanta, Lamũ telo, ſude Dorcea fundit
Ora Thoas plãgit, Lamꝰ iguina, pectora Dorceꝰ
Hũc Pylos, hũc Pleuron, illũ miſere Celenæ.
Parte furens alia cognatos impiger hoſtes
Turbabat Telamone ſatus, ſeptena coruſcãs
Terga boũ. haſta uiro quercus iaculabilis uni,
Vnã paſſa manum, nõ ferrea ſuta ſuperbum
Velauere latus, ſiue has bellare proterua
Non tulit ira moras, ſeu lato pectoris orbe
Se totum latuiſſe ratus. ſic ſæuit inermis,
Sic premit armatos: maturat fata cadentum
Terror, & ignauis mors eſt uidiſſe furentem.
Hũc Paris intuitꝰ paulũ hæret an enſe ſequatur,
An iaculo: tandẽ Cortinia tela reſumens,
Hic quia certa manus, & nunq̃ ſurda uolenti,
Corython uiduat arcu, pharetrãq; ſagittis,
Arcum læua premit, intẽdit dextera neruum,
Vtraq; ſuſpendit telum, inſidensq; ſagittæ
Ductor in anguſtum uiſus coit. ibat arundo
Hinc pẽnis pectus tangens, hinc cuſpide læuã.
Iamq; emenſa fugã lateri inſidiata ſiniſtro,
Aiacis Telamonij cædes. Ipſa morte madet, ſed iuncti frigora lethi

Ira

Ira ardens neſcit, donec fuſo hoſte furentis
Vltrix tempeſtas animi ſatiata quieſcit. Interitus Paridis.
Sic dextros in uota deos, alternaq; fata
Felices habuere manus, felicior illa
Quæ cædis ſcelerũq; faces, belliq; tyrannum
Abſtulit, et mœchos dedit ire in tartara manes.
Vade nocẽs, quò noxa trahit: te ſexta meretur
Tenariæ ſpelunca domus, ſi quartꝰ amores
Tractus habet, quintusq; uiros. at adultera uitãt
Funera, & inceſto congreſſos Marte tyrãnos.
Te plaga ſulphureas Titanũ amplexa catenas
Demerſo clauſura ſinu, nox ultima, et ima (res,
Poſcit humus: tibi Styx odiũ, Phlegethõq; uapo
Cocytus lachrymas, Acherõ lamẽta ꝓpinat.
Te portu procul ire Charon, & limine cogat
Cerberus: at tãdem cũ iam trãſmiſſus abibis,
Occurrant Herebi peſtes, mors omnis in unũ
Acceleret iurata caput: tibi Tantalus undas,
Ixion radios, ſaxum remeabile reddat
Siſyphꝰ, ac Tityus uolucres: hæc gaudia ſumas,
Dum mare ſorbet aquas, imbres dũ nũciat Iris.
Poſtq̃ Helenẽ trepidas exurẽs nũcius aures

Perculit, ingenti longum ſuſpenſa dolore
Vox pariter lachrymæq; hærẽt, fugitiuaq; fallit
Mens, ſubitã mentita necẽ, uix rore medenti
Frigidus in ſenſum remeat dolor. ilicet ori
Et laceris irata comis, circumſpicit enſes,
Et cauſſas iam mortis habet, taciteq; uolutat
Cuius furetur gladiũ, quem tela precetur
Ipſa ſua moritura manu. ſenſere furentem
Iliades, nimiumq; auſos lenire dolores
Aggreſſæ uicibus: dux blãdior ipſe furenti,
Quòd ſpretis nunq̃ Phrygijs optaſſet Achiuos.
Finis erat lachrymis, pariterq; exhauſta latebat
In noctem progreſſa dies. at feruidus ira
Tydides, quãuis fractos & in ipſa fugatos,
Mœnia turbat Adis hoſtes, clauſosq; laceſſit
Nocturna ſtatione Phryges. nõ teſſera ſortem
Elicit excubijs, ultro uigilantibus inſtant
Ignibus, & nullo pulſantur pectora uento.
Vix emenſa dies, redit armis impetus, urbem
Inuadunt, torměta rotãt, dat uinea uireis,
Et ſilices baliſta uomens, teſtudo uiatrix
Subdola, foſſoremq; aries ſuſpenſus in ictum.

At

At Phryges iſtãtes prohibẽt, nũc grãdine ſaxi,
Nũc ferri nimbo, nunc ſparſæ fulmine maſſæ.
Nulla tamen pauidis nudo fiducia Marte
Cãpeſtres iterare manus, ſeq; urbe tuentur,
Virgineas donec Priamo peltata bipennes
Pẽtheſilea mouet, hæc integrat arma, cohortes Pentheſilea.
Firmat, bellatrixq; uiris dat fœmina uires.
Pãduntur portæ, refugosq; in caſtra Pelaſgos
Pellit agens, iugulis gladios, incendia uelis
Deſtinat. excutiens Tytides unus utrunq;
Clarius in nullis expreſsit Tydea bellis.
Ecce Neoptolemus dena ſubit hoſtia pinu
Aegæas permenſus aquas. quis prælia fatis
Fortunã miſcere neget? dant fata pelaſgis (uas.
Pyrrhũ, dat Scythicas Phrygijs fortuna cater
Prodierãt in bella pares, ſtetit inde Pelaſgũ
In cuneos collecta acies, hinc uirgine mixta
Troia frequẽs, utrinq; dei. ſua quiſq; coruſcat
Numina, Palladiæ pacẽ mentitur oliuæ
Cecropidũm clypeus, gentili Marte minatur
Biſtonidũ caſsis: Mars undiq;, & undiq; Iuno
Plurima, fraxineo nunc uerberat aëra peplo,

Nunc

Nũc ſedet in parmis, capitũ nũc ſurgit in arces.
At Phryx Idæa Cybele, Idaliáq; ſuperbit
Cypride, fulminei Tyrias pars alitis alas
Inceſtat Ganimede ſuo. ſic ire decorum
Certantes, ſic dulce uiris confligere diuos.
Eminet horrificas rapiẽs poſt terga ſecures
Virginei regina chori, nõ prouida cultus
Cura trahit, nõ forma iuuat, frõs aſpera, ueſtis
Diſcolor, inſertumq; armis iraſcitur aurum.
Si riſum, ſi uerba notes, ſi lumina pendas,
Nil leue, nil fractũ, latet omni fœmina facto.
Obuius ultrices accẽdit in arma cohortes,
Myrmidonasq; ſuos curru præuectus anhelo
Pyrrhꝰ, nõ ducibus miles, nõ ultor Atridis,
Sed ſibi bella gerit, meritosq; offenſus in hoſtes
Arma patris, patris ultor habet, ſed tãta recu
Põdera creſcẽtes humeri, maioráq; caſsis (ſant
Colla petit, breuiorq; manꝰ uix colligit haſtã.
Prima Mycenæũ dextra flagrãte Menetum
Penthesilea petit. dabat hic conuitia cũctis
Ore leo, ſed corde lepꝰ, frendẽsq; ſtupebat,
Cũ pauidæ & nullis uſæ Pelopeides armis,

Fœmineas audire tubas. at frigore neſcit
Natiuo geminũ crudeſcere uulgus, & axem
Sarmaticũ generare animis gentilibus iram.
Tũc ſic increpitãs, Pudeat Mars inclyte, dixit:
En tua ſigna gerit, & noſtra effœminat arma
Staminibus uix apta manus. nũc ſtabitis hercle
Periuræ turres. calathos & penſa puellæ
Plena rotant, ſpargũtq; colos: hoc milite Troia,
His fidit telis. at non patiemur Achiui:
Et ſi turpe uiris timidas calcare puellas,
Ibo tamen contrà. ſic ille, at uirgo loquacem
Tarda ſequi ſexum, uelox ad prælia, ſolo
Reſpondet iaculo. fatum miſerabile, lapſum
Haſta ſolo figit. pendent ueſtigia, præceps
Ire laborat equus, cuſpis uetat, atq; ita carptim
Infelix diro lacerant certamine corpus.
Haud minus Adraſtũ Pyrrhꝰ premit, ille deorũ
Proles, mortali uitã ſed reddidit hoſti.
Mox alias utrinq; manꝰ, dextrasq; minores
Accendunt exempla ducũ. quis ſingula pãdat?
Si fluctus Siculos, Libycæ ſi meſsis ariſtas,
Hyblæas ſi ſecter apes, tot uulnera, tantas

Haud tamẽ expediã cædes. nunq̃ antè Machaõ,
Pluribus, aut tãtis eguit Polydarius herbis.
Iamq; humiles populata manꝰ cõcurrere binos
Molitur fortuna duces, nec longa morati
Arma parant, parẽtq; alacres. audentibus olim
Acceſſum nunc turba dabat. nunc largior uſus
Cãporũ numerꝰq; minor. prior impba Pyrrhũ
Penthesilea premit, Mars hũc, hãc implet Enyo
Ad ſexũ non tarda ſuum. Tritonia neutri,
Neutri Iuno fauet, Pyrrhũ nec uincere malint.
In ſpaciũ iam creſcit ager, porrectus uterq;
Contus, uterq; enſis, admiſſos calce fatigant
Cornipedes, primas perdit ſed fraxinus iras,
Pars clypeis immẽſa ſedet, pars ſpargitur aruis,
Partẽ dextra tenet, mox certior enſe ꝓpinquo
Crudeſcit ferri rabies. prima erigit ictum
Virgo, ſed raptis obliquo uulnere criſtis
In clypeum deſcẽdit ebur, medioq; retentum
Vix perfert umbone moras: dumq; elicit enſem
Altius impreſſum, læuã mucrone papillam
Penthesileæ cædes. Tranſadigit Pyrrhus. ſic imperioſa uirago
Degladiata ruit. tãta eſt reuerentia ſexus,

Si-

Sidonias in crura togas, ſinuoſaq; texta
Colligit, & multum fatis irata fatiſcit.
Fit fuga Dardanidũ, turbãtur Amazones, æger
Ad ſexum facilis rediit timor: undiq; terror
Palantumq; metus, diſcors ignauia pugnat
Præceptura fugam: nulli ſuccurrere lapſis
Fratribus, aut notos mens reſpexiſſe uocãtes.
Pars iã nacta urbẽ, Danao pars præda ſequenti
Linquitur: at pauci cũ certa pericula cernãt,
In portus redeunt, & fata decora merentur.
Venerat extremi reuoluto ſtamine penſi
Fatorum promiſſa dies, decimusq; rotabat
Speratum Titana labor. præſagia mille,
Mille mali micuere minæ, metuenda cometæ
Sanguineis cecinere comis, ac Phœbus uterq;
Nũc duplex, nũc nullus erat: nõ crebrior unq̃
Ira Iouis, non plura nouis portenta figuris
Viſa prius, ſilicum lachrymis, ſudore deorum,
Latrantum gemitu, partuq; in monſtra ſoluto
Venturi iam clara fides. accendit Achiuos
Teſtorides, panditq; deos. illi undiq; muris
Inſultant, quà terra patet: pars nectere claſſes

De-

Destinat, & cunctos urbis tentare recessus.
At Phrygij reditus Ledæos pace paciſci,
Et tandem longis hortantur fœdera bellis.
Suadet idem Antenor, ſuadet facundior illo
Polydamas, ſuadet leni mitiſsimus ore
Dux Anchiſiades. reges cecidiſse querũtur
Et raras ſupereſſe manus: nec ſola gemiſcit
Ilios aut Phrygij fines, at quicquid Idaſpem
Gẽmiferũ, Scythicíq; interiacet æquoris algas,
Belli damna dolet. nec par fortuna Pelaſgis.
Pugnat Achilleides, conſultat Neſtor, Vlyſſes
Fallit, & Atridas ultrix exaſperat ira.
Haud tulit Amphimacꝰ, pacẽ negat, arma repo
Edicit laxare fores, Phrygibuſq; triũphũ (ſcit,
Destinat, aut pulchro uictũrã funere famam:
Ipſe æquaturus fratres, uerùm Hectore maior,
Si cedat puer, & pugiles uir ſurgat in annos.
Quin Priamo licet in ſeniũ deiectior ætas,
Algentesq; negent onerari caſside cani,
In ſene nõ marcet princeps, in principe uernat
Miles, & imbelles audent certamina rugæ.
At ducis offendunt auſus, coguntq; timere,

Mo-

Mobilitas ſuſpecta Phrygũ, bellũ autor agendũ
Iuſſerat Antenor, nunc ſuadet fœdera: Sparten
Aeneas populatum ierat, nunc reddere prædam
Cenſet, & hoſtilẽ cupiat meruiſſe fauorem.
Ergo dolis ceſſare dolos, & tollere fraudem
Fraude parat, formatq; artes hoc ordine ductor.
Fingere ſacra uouet, feſtæq; ad fœdera mẽſæ
Inuitare duces, dumq; unà pocula tractant,
Irruat Amphimachus, armatis acer inermes
Occupet inſidijs: ſic tuti libera Martis
Copia, & hærebit nullis uictoria cauſsis.
Interea queſtiq; diu, bellumq; peroſi
In fœdus coiere Phryges. iuratur in uſum
Perfidiæ periura fides. Antenore dirum
Parturiente nefas. huius conſulta ſecuti
Vcalegon, atq; Amphimadas, nec iuſtior ipſo
Polydamãte Dolon, patriæq; in dãna ruẽtis
Impius, & tãtis Aeneas cõſonus auſis.
Nuncius Argolicis prodẽdas indicat arces
Polydamas, pacẽq; in pactũ fraudis habendã
Iuratis poſcit, tacitumq; in mœnia furto
Poſcit iter Danais. Neſtor timet, hæret Vlyſſes,

Prodi-
tio
Troiæ.

Furta negat Pyrrhus: illos incerta morantur
Pollicita, & falli metuunt: hic uincere certus,
Nocturnis refugit bellis fœdasse triumphum.
Res turbat suspecta duces, Phrygioq; retento
Traditur Inachio legati cura Simoni.
audenda Promissis * addenda fides. petit ille penates
Iliacos, dubioq; Anchisa teste timores
Soluit, & acceptas iurante Antenore uoces.
Ergo fidẽ ducibus testati numina pangunt
Inachidæ, lætiq; iubent, sua, seq;, suosq;,
In nullos nutare metus: dona insuper addũt,
Et firmãt promissa datis. nec Pergama tantũ,
Innumeras Asiæ spõdent cũ ciuibus urbes. (bẽ
His hilaris Phryx certus abit, qđq; hostis in ur-
Captet iter, quando ueniat, quæ signa mouẽdi
Militis, & cauto dispẽsat singula nutu.
Porta latens, tacitosq; dolis furata meatus
Inscriptum Pegasi tollit caput: hac iter Argis,
Huc iussi uenere duces. Sol merserat axem,
Venturis hoc tempus erat: fax igne sereno
Visa uiris, hæc signa dabat. sic milite iuncto
Securi dubijq; meant. Phryx indice flamma

Pan-

Pandit iter, laxataq; fores. ò dira nocentum
Consilia, ò cunctis incognita crimina fastis.
Florebant Asiæ fines, florebat opimis
Troia suis, & rege potens, & milite tuta.
Nec superos, nec fata timens. uictoria Graiũ
Mentito Calchante breui cessisset. at hostis
Indigena, & (quo nil grauius) priuata nocẽdi
Copia Testoriden uatẽ facit. inuidet ipse,
Ipse urbẽ ciuis aperit. non cardo susurrat,
Non clypei, nõ tela sonãt, scit turba silere.
Omnia clàm, clarũq; nihil. prior urbe potitus
Impatiens sæuire dolis & uincere furto,
Exclamat Pyrrhus, Nũc obuia tela parate,
Ite Phryges cõtrà. quo nã usq; ĩ somnia torpor?
Nil tuti supereſt, postes laxamus, & ecce
Irruimus Danai. si quos concurrere mecum
Ira trahit, non egregium damnabitur umbris
Martis opus, facient ignes spectacula uestri.
Fatur, & incendit rapta face Pergama primus,
Ipse sibi patuisse uolens. pars cætera ferro
Certatim, flammaq; furit: populator oberrat
Ignis, & in medios gladij uenere sopores.

Nox fera, nox uerè, nox noxia, turbida, triſtis,
Inſidioſa, ferox, Tragicis ululãda cothurnis,
Aut Satyra rodẽda graui, tu ſola triumphas,
Tãtorum niſus ſteriles lucrata dierum.
Si mihi Carpathias linguis æquare figuras
Detur, & innumero creſcãt mihi pectora Phœ
Nõ tamẽ expediã cædes, incẽdia, luctus, (bo,
Quos Phrygijs nox una parit. pars ignib. enſes
Pars gladijs uitãt ignes, caſuq; gemendo
Incurrit fatum, fati fuga: ſola timetur, (ſis
Quæ prior in ſenſum mors germinat: utraq; paſ
Funera, fas multis geminos conferre dolores.
Dira mali facies, æuoq; ignota priori.
Hinc ſomnus uigil, inde odium: nulloq; rebelles
Obiectãte manus, ferienti copia dextræ
Delegiſſe necem, iugulum'ne, an pectus, an ora
Occupet, aut cunctos in uulnera cõputet artꝰ.
At quibus in mẽſas noctis productior uſus,
Aut uerbis uigilata quies, uulgãte tumultu
Vrbe frui Danaos, aut uiſis ignibus, arma
Defenſura parãt, ſed flãmis undiq; ſepti
Præreptum mirãtur iter, fruſtraq; parãtes

Incenſos exire lares, aſperrima queſti
Funera, cõſumptis pariter moriũtur in armis.
Expediã cædes? & ſingula fata reuoluã?
Sed tenebris latuere manus, ſed nocte perẽpti,
Sed premit umbratã nocturna inſcitia Muſam.
Fugerat amplexus aras & templa tonantis
Infelix Priamus, nec enim fiducia dextræ: Priami cædes
Ceſſerat ira metu. magno tamen arduus ore,
Nõ prece, nõ lachrymis, nõ uultu ſupplice regẽ
Dedecorat. cui Pyrrhꝰ atrox, reddisne pelaſgis
Spartanas, reddis'ne nurꝰ? an prælia mauis?
Et nõdũ bellare times? cur ſtringis eburnos
Dijs inuiſe deos? læſiſti numina ſponte,
Cogor in exẽplũ: cecidit pater hoſtia Phœbo,
Tuq; Ioui. dixit, indignatuſq; iacentis
Cæde frui, trepidũ prenſis à uertice canis
Erigit in uulnus, gladiumq; in uiſcera condit
Nõ longũ cunctata manus. leuis ire ſub umbras
Vita hebes: ipſe tamen membrorũ põdere ferrũ
Permiſſus cecidiſſe iuuat, tãdemq; dierum
Plenus obit, felix ſenio, lætuſq; iuuenta,
Si ſtabili fortuna fide, ſi fixa maneret.

Post Zephyros plᵒ lædit hyĕs, post gaudia lu
Vnde nihil melius q̃ nil habuisse secundũ. (Etᵒ:
Postq̃ Hecubæ iam certa mali uulgata recĕtis
Fama, rapit gressus, & nil cunctata per enses
Audet iter, lacerisq; comis & pectore cæso
It quærẽs & questa uirũ. Quis nã, inqt, Achiui
Lugendos miserè secat artus? reddet? an illum
Prædã auibus, prædãq; feris sparsistis, adĕptũ
Quærendũq; mihi? cedunt turbata furenti
Agmina, dantq; uiam. regi illa instrata reperto.
Heu meᵒ, ingeminat, lõgo pòst tempore muta:
Heu iterat repetitq; meus. sic sæpe diuq;
In uoces dissuta breues, uix deniq; questus
Continuos nectit, & sic exorsa, profatur.
Lamentatio Hecubæ. Quos gemitᵒ, quæ digna satis lamẽta repẽdes
In lachrymas simulate dolor? nõ arguo luctus.
Defecere genæ, fletuq; exhausta profundo
Lumina caligant, acies hebet, insita dudum
Plaga, sed elingues siluere huc usq; dolores.
O cœlum, ò superi, quibus irritata peperci
Fœmineis nil ausa modis, quo crimine tantis

In pœnas dãnata malis? si digna necari,
Cur uixi? heu, miseris longo nil tristius æuo.
Nũ thalamos, partᵒ ne querar? sæ uissima nupsi,
Infelix peperi. potuit ditione serena
Iste frui, mecum Parcæ nupsere nocentes,
Et pariter stetit ira deũ. quin pignore multo
In partus fœcunda fui, fatoq; sinistro
Et cõiunx & mater erã: nũc orba creatis,
Nuda uiro, gemino didici cõtendere planctu,
Claudendis lassata genis, & funere multo.
At te chare Hector, te tuta superstite dudũ
Troile Troia fuit: nec enim pars impia nostri
Fax uteri memorãdus erit. sic fatur, & ignes
Quos Phaëtõteæ nequeãt æquare fauillæ, (dit,
Quosq; neget tibi Roma Nero, miratur, et ad
Has ne faces peperi? peperi ne, & fulmĩa cessãt?
Hæc uteri fœtura mei, nec soluit hiatum
Terra uorax? peste hac timui, parcũtq; minaces
Deucalionis aquæ? uos ò, quos impia læsi,
Vos potius quibus hæc peperi lamẽta, nocẽtem
Certatim laniate Phryges. sed serior ira:
Tunc tẽpus, cũ somnus erat. tuq; inclyte cõiũx,

Tu thalami tumuliq; comes, tecũ ibo ſub ũbras.
Me miſeram deerit ne hoſtis? ubi bella furentũ?
Pyrrhus ubi? date tela uiri, date tela, ſeniles
Sufficient in fata manus. diſcam ne uereri
Argolicas captiua nurus? ſic fatur, & omnes
In luctum Danaos pietas extorta reſoluit.
Et iam roriferas noctis nudauerat umbras
Sed nondum deterſa dies, ultro ipſe latebat
Phœbus, & euerſis, quæ ſtruxit mœnib⁹, hoſtẽ
Ingemuiſſe putes. præda omnis ĩ arce Mineruæ
Congeritur, noctisq; lucrum: Troiæq; iacentis
Metiri iam fata licet, tot ditia ſpectes
Arma, deos, cultus, gẽmas, ebur, æra, nec unq̃
Pluribus intumuit uictrix fortuna trophæis.
Poſtquã iuſta ducum ſuffecit copia, uulgo
Spesq; auidas tribuẽs uicit manus, undiq; lætos
Conclamant reditus: tandẽq;, ſed exule bello,
In ſeſe natura redit. dat tempora uates,
Dat lucẽ qua uela parent, ſuntq; ocia Graijs
Interea, luſtrare uago fumantia greſſu
Pergama. pars odijs nondũ furijsq; peractis,
Rheteos ſpoliat colles, latura cupreſſum

Fu-

Funeribus, laurum ſacris, & puppibus alnum.
Iã uotis tumulisq; modus, claſſisq; nouata
Aequoreũ ſulcabat iter: rotat obui⁹ ecce (ĩbres
Auſter aquas, geminasq; hyemes & flamina &
Tẽpeſtas inopina mouet. monet augur ituros
Nõdum placatis iterare piacula diuis.
Iuſſa duces obeũt, memoriq; Polyxena Pyrrho
Non inuenta ſubit: frendit, Phrygiosq; laceſsit
Efferus. hãc thalamis, Hecuba tradẽte, paternis
Dux Anchiſiades abſcõderat. ò ſcelus ingẽs,
Redditur inuiſis infelix præda Pelaſgis.
At, licet haud æquas, ſeruata uirgine pœnas,
Exul agi iuſſus Aeneas pendit, & uſus
Puppe bis undena, quas prædo duxerat alnos
Dardanus, exilij comites habet. urbe potitur
Antenor, regniq; decus rex lectus adauget,
Aſtrictus ſocijs in fœdera læta Gabinis.
Hunc tamen extorto cupiens euertere ſceptro,
Menalias mendicat opes, Dircæa pererrat
Oppida, digreſsis audax bellare Pelaſgis
Aeneas: ſed caſſa noui molimina belli
Queſtus, in Hadriacas exul delabitur undas.

Hic

Hic urbi Corcyra nouæ, quã struxerat ipse,
Nomen, & exiguo regnat contentus agello,
Romanis olim permissus mœnibus autor.
At regina gemẽs, & nunq̃ credita Teucris,
Cernusiũ Cassandra petit, comitemq; secutus
Andromachen Helenus. sic Ilios unica damno
Vbere regna, urbes populis & gentibus implet.
Iamq; Phoronæi post diruta Pergama reges
Aegæum tenuere fretum, spolijsq; superbi
Iliacis, nulla cursus turbante procella,
Concordes secuere uias, quũ carcere fracto
Effreni fremuere Noti, cœliq; tumultus
Dispulit aut pelago puppes, aut fluctib⁹ hausit.
At uaga Locrorũ classis, dum turbine fertur,
In scopulos proiecta perit: quin fulmine quassa
Regia, qua uectus Aiax, ratis. ipse profundis
Corporis obsequio frustra libratur in undis.
Mox ubi uictores audit remeare Pelasgos
Aiax Naupliades, titulos Palamede perempto
Fraternos obijsse dolens, liuore maligno
Saucius, Argolicas ad bella nephanda puellas
Prouocat, & sceleris caussas molitus iniqui,

Heu

Heu miseræ qd sacra (inquit) qd uota tot annis
Deplorata iuuant, seruataq; iura maritis
Et nunq̃ temerata fides? rediere, sed ecce,
Fama nur⁹ Phrygias simul aduẽtare, premetq;
Barbara seruitio thalamos captiua priores.
Immo agè, Lẽniadum memores audete Pelasgæ
Par factum caussis paribus. trepidatis inertes:
Imperat indignis pellex regina puellis.
Vix hæc, & subitos uulgauit fama tumultus
Argolicos uenisse duces. ò rara deorum
In finem producta fides. sis tempore longo
Faustus, sis quouis maior, quid stulte superbis?
Vltima felices ætas facit. en habet Argos
Nil bellis quæstus, nil æquore passus Atrides:
Victorẽ iugulum coniunx secat, audet adulter
Insidijs mactare ducem. tristisq; reuerso
Egiale Diomede suo, non oscula, risus,
Blanditias, sed bella mouet, similesq; tumultus
Molitæ Argolides aliæ, uel fraude maritos
Excipiunt, uel marte negant uenientibus urbes.
Ergo ubi Graiugenæ pulsi ciuilibus armis
Cessere exilijs, & deuenere Corinthum,

Sin-

Singula collatis ultum conuitia bellis
Ire parant. prohibet Nestor, pacẽq; suorum
Consultu potiore petit: prece flectere ciues,
Nõ armis tentare monet, ne publica damna
Et regno pariat lis intestina ruinam.
Sic damnis bellum nullis ciuile soporat
Maiestas dignata preces, & Marte sepulto
Fœmineas non passa tubas, pietasq; fidesq;
In dominos antiqua redit, sua cuilibet ultro
Regna patẽt, patriãq; Samon delatus Vlysses
Syrenũ modulos, Siculũ mare, Monycha pass⁹
Hospitia, Antiphatis mẽsas, & pocula Circes,
Dulichios tandem fines tenet, inq; pudicas
Penelopes post multa redit cõnubia tedas.
At fati præsaga quies horrendaq; uisa,
Telegoni gladios cognataq; tela minantur.
Sic Circes despector obit, sic uictima nati:
Sed senio ualidus, Asiæ sed uictor opimæ.
Postq̃ Tyndaridẽ patrias remeasse Mycenas
Claruit, occurrit densis Europa cateruis
Plistiniã mirata nurum, flagrantq; uidere
Euersorem Asiæ uultum. quin ipsa superbit

Ac-

Accendisse duces, lacerasse in prælia mũdum,
Infamem famæ titulũ lucrata pudendæ.
Hactenus Iliacæ questus lamenta ruinæ
Confusa explicui ueteris compendia ueri.
Viue liber, liberq; uige: sed si qua nocebunt,
Disce libens liuore nihil sublimius esse.
Cũ tibi mordaces obliquent læua cachinnos
Murmura, cũ cupiãt linguis lacerare ꝓphanis,
Sis utinam inuidia dignus, quæ summa lacessit,
Quã pascit præsens, extremaq; terminat ætas.

DARETIS PHRYGII DE BELLO TROIANO LIBRI SEXTI & ultimi finis.

PERIOCHA SEX LIBRORVM DARETIS Phrygij per CORNELIVM Nepotem interpretem.

PELIAS rex in Peloponeso Aesonem fratrem habuit. Aesonis filius erat Iason, uirtute praestans, & qui sub ipsius regno erat omnes eos hospites habebat, & ab his ualidissimè amabatur. Pelias autem rex ut uidit Iasonem acceptum esse omni populo, ueritus est ne sibi iniurias faceret, & se regno eijceret. Dicit Iasoni Colchis pellem inauratam arietis esse, dignam eius uirtute ut eam inde auferret, omnia se ei daturum pollicetur. Iason ubi audiuit, ut

ut erat animo fortissimus, & qa loca omnia nosse uolebat, atq; clariorem se existimabat futurum, si pellem inauratam Colchis abstuliisset, dicit Peliæ regi se uelle eò ire, si uires sociiq; non deessent. Pelias rex Argum architectum uocari iussit, & ei imperat ut nauem ædificaret quàm pulcherrimam ad uoluntatem Iasonis. Per totam Græciam rumor cucurrit nauem ædificari, in qua Colchos eat Iason pellem auream petiturus. Amici & hospites ad Iasonem uenerunt, & pollicentur se unà ituros. Iason illis gratias egit, & rogauit ut parati essent. Quum tempus superuenisset, Iason literas ad eos mittit, qui erant polliciti sese unà ituros, & illico conuenerunt ad nauem, cui nomen erat Argo. Pelias rex quo opus fuerat nauis imponi iussit, & hortatus est Iasonem, & qui cum eo ibant, animo forti ad perficiendum irent quæ conati essent. Ea res claritatem græcis et ipsis factura uidebatur. demonstrare eos q cum Iasone profecti sunt, non uidetur nostrum esse. Sed q uolunt eos cognoscere, Argonautas legat. Iason ut ad Phrygiam uenit, nauem admouit ad portum Simoëtis. deinde ois exercitus de naui ad terram descendit. Laomedoti regi nunciatum est, mirandam nauim in portum Simoentis intras-

trasse,& in ea multos iuuenes de Græcia aduectos esse. Vbi audiuit Laomedon rex, commotus est,& considerauit commune periculum esse si consuescerent Græci ad sua littora nauibus aduentare. Mittit itaq; ad portũ, qui dicãt ut Græci de finibus eius discedant: sin edicto suo nõ audientes essent, sese armis eos eiecturum de suis finibus. Iason & qui cum eo erant, grauiter tulerunt crudelitatem Laomedontis sic se ab eo tractari, quum nulla ab eis iniuria facta esset: simul timebant multitudinem Barbarorum, si contrà imperium conarentur permanere, ne opprimerentur. quum ipsi non essent parati ad præliandum, nauim conscenderunt. A terra discessere, Colchos profecti sunt, pellem abstulere, domũ reuersi sunt. Hercules grauiter tulit à rege Laomedonte contumelioſe se tractatum, & eos qui unà profecti erãt Colchos cum Iasone. statim Spartam ad Castorem & Pollucem uenit. Agit cum his ut suas iniurias defendant, ne Laomedõ impunè ferat, quòd illos à terra & portu prohibuisset. Multos adiutores fuisse futuros, si se accommodassent. Castor & Pollux omnia promiserunt se facturos quæ Hercules uellet. Ab his Sa-

laminam profectus ad Telamonem uenit, rogatq; eum ut secum ad Troiã eat, & ut suas suorumq; iniurias defendat. Telamon promisit se in omnibus rebus paratum esse quæ Hercules uellet facere. Inde Pythiam profectus est ad Peleum, rogatq; eum ut secum eat ad Troiam, pollicitusq; est ei Peleus se iturum. Inde ad Nestorem profectus est, rogatq; eum Nestor quid ueniret. Hercules dicit, quòd dolore commotus sit uelle exercitum ducere in Phrygiam. Nestor Herculem collaudauit, operamq; suam pollicitus est. Hercules ubi omnium uoluntates intellexit, naues XV. parauit, milites elegit. Vbi tempus datum est proficiscendi, literas ad eos quos rogauerat misit, ut cum suis omnibus uenirent. Quum ergo omnes unanimiter conuenissent, in Phrygiam profecti sunt, & ad Sigæum noctu accesserunt. Inde Hercules, Telamon, & Peleus exercitum eduxerunt. Et nauibus qui præsidio essent, Castorem, Pollucem, & Nestorem reliquerunt. Laomedonti regi nunciatũ est classem Græcorum ad Sigæum accessisse, & ipse statim cum equestri copia ad mare uenit, cœ

pitq; præliari. Hercules ad Ilium ierat, & imprudentes qui erant in oppido, urgere cœpit. Quod ubi Laomedõti nunciatum est, urgeri ab hostibus Ilium, illico reuertitur, & in itinere obuius Græcis factus, ab Hercule occiditur. Telamon primus oppidum Ilium introijt. Cui Hercules uirtutis causa Hesionam Laomedontis regis filiã dono dedit. Cæteri uerò filij qui cum Laomedõte erant, occiduntur. Priamus in Phrygia erat, ubi eum Laomedon pater eius exercitui præfecerat. Hercules & qui cum eo uenerant, prædam magnam fecerunt, & ad naues deportant. Inde domum proficiscí decreuerunt. Telamon Hesionam secum conuexit. Hoc ubi Priamo nũciatum est, patrem occisum, ciues ereptos, prædam euectam, Hesionam sororem dono datam, grauiter tulit Phrygiam tam contumelioſe tractatam esse à Graijs. Ilium petit cum uxore Hecuba, & liberis Hectore, Alexandro, Deiphobo, Heleno, Troilo, Andromacha, Cassandra, Polyxena. Nam erãt ei etiam alij filij ex concubinis nati, quos nemo ex regio genere dixit esse, nisi eos qui essent ex legitimis uxoribus. Priamꝰ

ut

ut Ilium uenit, ampliora mœnia extruxit, & ciuitatem munitissimam reddidit. Et multitudinem militum ibi esse fecit, ne per ignorantiam opprimeretur, ita ut Laomedon pater eius oppressus est. Regiam quoq; ædificauit, & ibi Iouis aram statuamq; consecrauit, tunc quando Ilio portas fecit. quarum nomina sunt hæc, Antenoride, Dardanie, Ilia, Scæa, Catumbria, Troiana. Et postquã Ilium stabilitum uidit, tempus expectauit. Vt uisum est ei iniurias patris ulcisci, Antenorem uocari iubet, dicitq; ei se uelle legatum Græciam mittere, ut conqueratur graues sibi iniurias ab his qui cum exercitu uenerant, factas. Idem in Laomedõtis patris nece, & in abductione sororis Hesionæ, regniq; prædatione pertulisse: quæ omnia æquo se animo passurum, si tamen Hesiona ei reddatur. Antenor, ut Priamus imperauit, nauim conscendit, & profectus uenit Magnesiam ad Peleum. Quẽ Peleus hospitio recepit triduo, die quarto interrogat eũ ad quid uenerit. Antenor dicit quæ à Priamo mandata erant, ut Graios postularet, ut Hesiona tãtũ redderetur. Hæc ubi Peleus audiuit, gra

uiter tulit, eò quòd ad eum pertinere uidebatur: iubet eum de finibus suis discedere. Antenor nihil moratus nauim ascendit, sed in Boëtiã iter fecit. Salaminam aduectus est ad Telamonem, rogare cœpit eum ut Priamo sororem redderet, dicens non esse dignum in seruitute habere regis filiam. Cui Telamon respondit, nihil à se Priamo factum: quod uirtutis causa donatum sit, se nemini daturum. ob hoc Antenorem de insula discedere iubet. Tunc nauim conscendit, & in Achaiam peruenit. Inde ad Castorem & Pollucem delatus, cœpit ab eis postulare ut Priamo satisfacerent, & Hesionam sororem redderent. Castor & Pollux negauerunt iniuriam ab eis Priamo factam esse, & Laomedontem eos priorem læsisse. Antenorem discedere iubent. Inde Pylum ad Nestorem uenit, dixitq; ei qua de causa ueniret. Qui ut audiuit, cœpit Antenorẽ obiurgare cur auderet in Græciam uenire, quum à Phrygibus prius Græci læsi essent. Vbi Antenor audiuit nil se impetrasse, & contumeliose Priamum tractari, nauim conscendit, domum reuertitur. Priamo regi demonstrat quomodo ab uno-

unoquoq; illorum tractatus sit, simulq; hortatus est regem ut eos bello prosequatur. Continuò Priamus filios uocari iubet, & omnes amicos suos, Antenorem, Anchisen, Aenean, Vcalegõta, Lamum, Lampotem, Panthum, & omnes filios qui ex concubinis nati erant. Qui ut conuenerunt, dixit se Antenorem legatum in Græciam misisse, ut hi qui patrem suum necauere, in hoc sibi satisfacerent, Hesionam remittendo: illos autem contumeliose tractasse Antenorem, & nihil ab eis impetrasse. Verum quoniam suam uoluntatem facere noluissent, uideri sibi exercitum in Græciam mitti, qui pœnas reciperet ab eis, ne Barbaros Græci haberent in risu. Hortatusq; est Priamus liberos suos, ut huius rei principes forent, maximè Hectorem, erat enim maior natu. qui cœpit se dicere uoluntatẽ patris executurum, & Laomedontis aui sui necem, & quascunq; iniurias Græci Troianis fecissent uindicaturum, ne id impunitum Graijs foret. Sed uereri quòd non perficere possent quod conarentur, multos adiutores Græciæ futuros, Europam bellicosos homines habere.

Asiam semper in desidia uitam exercuisse, & ob id classem non habere. Alexander cœpit cohortari ut classis præpararetur, & in Græciam mitteretur. se rei principem futurum, si pater uellet: in deorum benignitate se confidere, uictis hostibus laude adepta, de Græcia domum rediturum esse. Nam sibi in Ida sylua, quum uenatũ abisset, in somnis Mercurium adduxisse Iunonem, Venerem, & Mineruam, ut inter eas de specie iudicaret. Et tunc sibi Venerem pollicitam esse, si suam faciem speciosam iudicaret, daturam se ei uxorem quæ in Græcia speciosissima uideretur. Vnde sperare deberet Priamus, Venerem adiutricem Alexandro futuram. Deiphobus placere sibi dixit Alexandri consilium, & sperare Græcos Hesionam reddituros & satisfacturos, si ut dispositum esset, classis in Græciam mitteretur. Helenus uaticinari cœpit Graios uenturos Ilium, euersuros, parentes & fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi uxorẽ de Græcia adduxisset. Troilus minimus natu, non minus fortis quam Hector, bellum geri suadebat, & non debere terreri uerbis Heleni.

ni. quod omnibus placuit, classem cõparari, & in Græciã proficisci. Priamus Alexandrum & Deiphobũ in Pæoniã misit, ut milites eligerent, & populũ ad concionẽ uenire iuberent. Cõmonefacit filios ut maiores natu minoribus imperarent. Mõstrauit quas iniurias Græci Troianis fecissent, ob hoc Antenorẽ legatum im Græciam misisse, ut sibi Hesionam sororem redderent & satis Troianis facerent. Antenorẽ contumeliose ab eis tractatum, nec quicq̃ ab his impetrare potuisse, ob hoc placere sibi Alexandrũ mitticũ classe in Græciam, qui aui sui mortem & Troianorum iniurias ulciscatur. Antenorem dicere iussit, quomodo in Græcia tractatus esset. Antenor hortatus est Troianos ne horrescerent ad debellandã Græciam, fortes & alacriores suos fecit. Paucis demonstrauit quæ in ipsa Græcia gesserat. Priamus dixit, si cui displiceret bellũ geri, suam uoluntatem ediceret. Tunc Panthus Priamo & propinquis prodit ea quæ à patre suo Euforbio audierat, dicens, Si Alexander uxorem de Græcia adduxisset, Troianis extremum exitium futurum. Sed pulchrius esse

in ocio uitam degere, quàm in tumultu libertatẽ amittere, & periculum inire. Populus Panthi autoritatem contempſit. Regem dicere iuſſere quid fieri uellet. Priamus dixit naues eſſe præparandas, ut eatur in Græciam. Vtenſilia quoque populo non deeſſe ad eam rem faciendam, iuſſitq; ut ire parati eſſent. Populus conclamauit per ſe moram non eſſe quo minus regis præceptis pareatur. Priamus illis magnas gratias egit, cõcionemq; dimiſit. At mox in Idam ſyluã miſit qui materiem ſuccideret, naues ædificarent. Hectorem in ſuperiorem Phrygiã miſit, ut exercitum pararet, & ita profectus eſt. Caſſandra poſtquam audiuit patris conſilium, dicere cœpit quæ Troianis futura eſſent, ſi Priamꝰ per ſeueraſſet claſſem in Græciam mittere. Interea tempus ſuperuenit, naues ædificatæ ſunt. Milites ſuperuenerunt quos Alexander & Deiphobus in Pæonia elegerant. At ubi uiſum eſt poſſe nauigare, Priamus exercitum ſuũ alloquitur. Alexandrum exercitui imperatorem præfecit, mittit cum eo Deiphobum, Aenean, Polidamantem. Imperatq; Alexandro ut primùm Spartam ac-

accedat, Caſtorem & Pollucem conueniat, & ab his petat ut Heſiona ſoror reddatur, & ſatis Troianis fiat. Quod ſi negaſſent, continuò ad ſe nuncium mitteret, ut exercitum poſſit in Græciam mittere. Poſt hæc Alexander in Græciã nauigauit, adducto ſecum duce eo qui cum Antenore iam prius nauigauerat non multos ante dies quibus Alexander in Græciam nauigauit. Et antequam in inſulam Citheream accederet, Menelaus ad Neſtorem in Pylum proficiſcens, Alexandro in itinere occurrit, & mirabatur regiam claſſem quò tenderet. Vtriq; occurrentes aſpexere ſe inuicem, inſciĳ quò quiſq; iret. Caſtor & Pollux ad Clitemneſtram ierant, ſecũ Hermionam neptem ſuam Helenæ filiam adducentes. Argis Iunonis dies feſtus erat his diebus quibus Alexander in inſulam Citheream uenit, ubi ad fanum Veneris & Dianæ ſacrificauit. At hi qui in inſula erant, mirabantur claſſẽ regiam, & interrogabant ab illis qui cum Alexandro uenerant, qui eſſent, uel ad quid ueniſſent. Reſpondere à Priamo rege Alexãdrum legatum miſſum ad Caſtorem & Pollucẽ, ut eos

conueniret. Helena uerò Menelai uxor, quum Alexander in insula esset Citherea, uoluit eum uidere. Qua de causa processit ad oppidũ quod est Helena, peruenitq; ad mare ubi Dianæ & Apollinis fanum est, ubi rem diuinam Helena facere disposuerat. Quod ubi Alexandro nunciatum est, Helenam ad mare uenisse, conscius formæ suæ, in conspectum eius ambulare cœpit, cupiens eam uidere. Helenæ nunciatum est Alexandrum Priami regis filium ad Helenam oppidum, ubi ipsa erat, uenisse, quem etiam illa uidere cupiebat. Et quum se utriq; respexissent, ambo forma sui incensi, tempus dedere ut gratias inuicem referrent. Alexander imperat ut omnes sint in nauibus parati. Nocte classẽ soluũt, de fano Helenam eripiunt, secum ducunt, & cũ ea aliquas mulieres rapiunt. Dum oppidani uidissent Helenam raptam, diu pugnauere cũ Alexandro, nec Helenam eripere ualuere. Quos Alexander fretus multitudine sociorum superauit, fanum expoliauit, homines secum inde quamplurimos captiuos duxit, naui imposuit, & statim classem soluit, domum reuerti disposuit.

Fuit. In portum Tenedon peruenit, ubi Helenam mœstam alloquio mitigauit, patriq; rei gestæ nũcium misit. Menelao postquam in Pylo nunciatum est, cum Nestore Spartam profectus est, ad Agamemnonem fratrem misit Argos, rogãs ut ad se ueniat. Interea Alexander ad patrẽ suũ cum magna præda peruenit, & rei gestæ ordinem refert. Priamus gauisus est, sperans Græcos ob hanc causam recuperationis Helenæ, sororem Hesionam reddituros, & ea quæ à Troianis inde abstulere. Helenam mœstam consolatus est, eamq; Alexandro uxorem dedit. Vt aspexit Cassandra Helenam, uaticinari cœpit, memorans ea quæ antè prædixerat. Quam Priamus abstrahi, & includi iussit. Agamemnon postquam Spartam uenit, fratrem consolatus est, & placuit ut per totam Græciam conquesturi mitterentur ad conuocandos Græcos, & Troianis bellum indicerent. Conuenere autem hi, Achilles cum Patroclo, Tlepolemus & Diomedes. Postquam Spartam accessere, decreuere iniurias Troianorum persequi cum exercitu. Agamemnonem Imperа-

peratorem & ducem præficiunt. Tunc legatos mittunt per totam Græciam, ut armati ad Athenienſem portum cum nauibus uenirent, ut inde pariter ad Troiam proficiſcantur ad defendendas ſuas iniurias. Caſtor & Pollux iere, poſtq; audierunt Helenam ſororem ſuam raptam, nauim aſcendêre, & ſecuti ſunt. Quum in littore Lesbio nauim ſoluerent, maxima tẽpeſtate correpti, nunquam eos comparuiſſe creditum eſt, poſtea dictum eſt eos immortales factos. Itaq; Lesbios nauibus eos uſq; ad Troiam quæſitum iſſe, neq; horum ueſtigia inuenta renunciaſſe.

Dares Phrygius qui hanc hiſtoriam ſcripſit, ait ſe militaſſe uſq; dum Troia capta eſſet, hoc ſe uidiſſe quum induciæ eſſent, pariter prælio interfuiſſe: à Dardanis autem dixit ſe audiſſe, cũ interrogaretur qua facie & natura fuiſſent Caſtor & Pollux. Fuere autem alter alteri ſimilis, capillo flauo, oculis magnis, facie pura, bene figurati, corpore deducto. Helenam ſimilem illis, formoſam, animo ſimplici, blandã, cruribus optimis, notam inter duo ſupercilia habentem, ore puſillo. Priamum Troianorum regẽ uultu

tu pulchro, magnum, uoce ſuaui, aquilino corpore. Hectorẽ bleſum, candidum, criſpũ, ſtrabum, pernicibus membris, uultu uenerabili, barbatum, decentem, bellicoſum, animo magnum, ciuibus clementem, dignum & amori aptum.

Deiphobum & Helenum ſimiles patri, diſſimiles natura: Deiphobum fortem, Helenum clementem, doctum uatem. Troilum magnum, fortiſſimum, pulcherrimum, ætate ualentẽ, fortem, cupidum uirtutis. Alexandrum candidũ, longum, fortem, oculis pulcherrimis, capillo flauo & molli, ore uenuſto, uoce ſuaui, uelocem, cupidum imperij. Aenean rufum, quadratũ, facundum, affabilem, fortem in conſilio, pium, uenuſtum, oculis hilaribus & nigris. Antenorem longum, gracilem, uelocibus membris, uerſutum, cautum. Hecubam magnam, aquilino corpore, pulchram, mente uirili, iuſtam, piã.

Andromacham oculis claris, candidam, longam, formoſam, modeſtam, ſapientem, pudicam, blandam. Caſſandram candidam, mediocri ſtatura, ore rotundo, rufam, oculis micantibus, futurorum præſciam. Polyxenam candidam, altam,

tam, formosam, collo longo, oculis uenustis, capillis flauis & longis, compositam, membris dignis, digitis prolixis, cruribus rectis, pedibus optimis, quæ forma sua omnes superaret, animo simplici, largam, dapsilem. Agamemnonem albo corpore, magnum, membris ualentibus, facundum, prudentem, nobilem, diuitem. Menelaum mediocri statura, rufum, formosum, acceptum, gratum. Achillem pectorosum, ore uenusto, membris ualentibus, magna ui brachiorum, bene crispatum, clementem, in armis acerrimum, uultu hilari, largum, dapsilem, capillo mirteo. Patroclum pulchro corpore, oculis cæsijs, uiribus magnis, uerecundum, rectũ, prudentem, dapsilem. Aiacem Oileum, quadratum, ualentibus membris, aquilino corpore, iocundũ, fortẽ, sagacẽ. Aiacẽ Telamontiũ ualentem, uoce clara, capillis nigris, coma crispa, simplici animo, in hostem atrocem. Vlyssem firmum, dolosum, ore hilari, statura media, eloquẽtem, sapientem. Diomedem fortem, quadratum, corpore honesto, uultu austero, in bello acerrimum, clamosum, cerebro calidum, impatiẽtem,

tem, audacem. Nestorem magnum, naso longo, longũ, latũ, candidũ, consiliarium, prudentem. Protesilaũ corpore candido, uultu honesto, uelocem, confidentem, temerarium. Neoptolemum magnũ, uirosum, stomachosum, blesum, uultu bonum, aduncum, oculis rotundis, superciliosum. Palamedem gracilem, lõgum, sapientẽ, animo magno, blandũ. Podalirium crassum, ualentem, superbum, tristẽ. Machaonem magnũ, fortem, certũ, prudentem, patientem, misericordem. Merionem rufum, mediocri statura, corpore iocundo, uitiosum, pertinacem, crudelem, impatientem. Briseidem formosam, nec alta statura, candidam, capillo flauo & molli, supercilijs iunctis, oculis uenustis, corpore æquali, blandam, uerecundam, animo simplici, & piam. Sic igitur classe, ornata Græci Athenas peruenerunt, Agamemnon ex Mycenis cum nauibus numero centum. Menelaus ex Sparta nauibus numero sexaginta. Archelaus & Protenor ex Boëtia nauibus numero quinquaginta. Ascalaphus & Ialmenus ex Orcomeno, nauibus numero tri-

triginta. Epistrofus & Schedius ex Phocide nauibus numero quadraginta. Aiax Telamonius ex Salamina adduxit secum Teucrum fratrem, Bublationem, Amphimachum, Dorium, Thesiũ, Polisenũ nauibus numero quadraginta. Nestor ex Pylo nauib. numero LXXX. Thoas ex Aetholia nauibus numero LX. Aiax Oileꝰ ex Locris nauib. numero XXXVII. Anthippus, Phidippus, Thoas ex Alcedone nauibꝰ numero XXX. Idomeneus & Meriones ex Creta nauibus numero LXXX. Vlysses ex Itacha nauibus numero XL. Emeleus ex Pirgis nauibus numero X. Protesilaus & Protarchus ex Philaca, nauibus numero XL. Podalirius & Machaon Aesculapij filij, Ectrici nauibus numero XLII. Achilles cum Patroclo & Myrmidonibus ex Pythia, nauibus numero L. Tlepolemus ex Rhodo nauibus numero IX. Eurypylus ex Orcomeno, nauibus numero LX. Xantippus & Amphimachus ex Clide, nauibus numero XII. Polibætes & Leontius ex Larissa, nauibus numero XL. Diomedes, Eurypylus, Steneleus ex Argis, nauibus nu-

numero LXXX. Philoctetes ex Melibœa nauibus numero VII. Cuneus ex Cypro nauibus numero XXI. Protheus ex Magnesia nauibus numero XL. Agapenor ex Arcadia nauibus numero XL. Mnesteus ex Athenis nauibus numero L. Creneus ex Pilo, nauibus numero uiginti duabus. Hi fuere duces Græcorum numero sexaginta nouem, qui adduxere naues numero MCXL. Postquam Athenas uenere, Agamemnon duces in consilium uocat, collaudat, hortatur ut quãprimũ iniurias suas defendãt. Rogat si cui quid placeat, suadetq; ut antequam proficiscerentur, Delphos ad Apollinẽ consulendum de tota re mittat. cui omnes assentiuntur. Huic rei Achilles præficitur, & cũ Patroclo proficiscitur. Priamus ut audiuit quia hostes parati sunt, misit per totam Phrygiam qui finitimos adducant exercitus, domiq; milites comparat, qui magno animo se defendãt. Cũ Achilles Delphos uenisset, ad oraculum pergit, & ex adyto respondetur Græcos uicturos, decimoq; anno Troiam capturos. Achilles res diuinas sicut imperatum est, fecit. Et eo tempore uenerat

Calchas à Testore natus, & diuina dona pro frugibus à suo populo missus Apollini portabat. Simulq; consulit de regno rebusq; suis. Huic ex adyto respondetur, ut cum Argiuorum classe militum contra Troianos proficiscatur, eosq; sua intelligentia iuuet, ne uel inde prius discedant quàm Troia capta sit. Postquam in fanum uentum est, inter se Achilles & Calchas responsa contulere: gaudentesq; hospitio, amicitiam confirmant, Athenas unà proficiscentes perueniunt. Et Achilles eadem in concilio refert. Argiui gaudent, Calchantem secũ recipiunt, classem soluunt, quũ eas tempestates ibi retinerent. Calchas ex augurio respondit ut hinc reuertantur, & in Aulidem proficiscantur. Profecti perueniunt, Agamemnon Dianam placat, dicit q; socijs suis ut classem soluãt, ad Troiam iter faciant. Vtuntur duce Philoctheta, qui cum Argonautis ad Troiam fuerat. Deinde applicant classem ad oppidum quod sub imperio Priami regis erat, & id expugnant, prædaq; facta proficiscuntur. Post ueniunt Tenedõ, ibi omnes occidunt. Agamemnon prædã di-

uidit, concilium uocauit. Inde legatos ad Priamum mittit, si uelit Helenam reddere, & prædam quam Alexander fecit restituere. Legati eliguntur Diomedes & Vlysses, ad Priamum ueniunt. Dum legati mandato parent, mittuntur Achilles & Telephus ad prædandam Mysiam. Ad Teuthrantem regem ueniunt, prædamq; faciunt. Teuthras cum exercitu suo superuenit, quem Achilles fugato exercitu uulnerat, quẽ iacentẽ Telephus clypeo protexit, ne ab Achille interficeretur. Eo tempore Telephus adhuc puer erat à patre Hercule progenitus, à Teuthrante rege hospitio susceptus est. Diomedem regem ferunt eo tempore uexatum cum equis potentibus & feris ab Hercule interfectum, Teuthrãtiq; regnũ tradidisse totũ, ob hoc eius filiũ Telephũ ei suppetias uenisse. Quod quum Teuthras intelligeret, tũc se eodẽ uulnere mortem effugere nõ posse, regnum suũ & Mysiam uiuus Telepho tradidit, & eum regem ordinauit. Mortuum Telephus magnificè sepeliuit. Achilles ut nouum regnũ conseruet suadet, & plus iusto exercitum adiuturum, si commeatus

frumẽto quotannis ex eo regno aduehat, quàm si ad Troiam dimicaturus accedat. Itaq; Telephꝰ remanet. Achilles cum magno prædæ commercio ad exercitum Tenedon reuertitur. Agamemnoni & socijs rem gestam narrat, illi collaudant industriam eius. Interea legati missi ad Priamum ueniunt, mandataq; Agamẽnonis referũt, postulantes ut Helena & præda reddatur, satisq; regi fiat, ut pacificè discedãt. Priamus iniurias Argonautarum commemorat, patris interitum, Troiæ expugnationem, & Hesionæ sororis seruitutem. Deniq; Antenorem legatum, q̃ contumelioſe ab eis tractatus sit. Pacem repudiat, bellum indicit, Græcorum legatos de finibus repelli iubet. Legati in castra Tenedon reuertuntur, renunciantes responsum, res consulto geritur. Aderãt uerò ad auxilium Priami aduersus ductores duces Græcorum hi cum exercitibus suis, quorum nomina & prouincias insinuandas esse duximus. E' Celia, Pandarus, Amphidarastus. De Colophonia à suis Carijs Amphimachus, Mnesteus. De Lycia Sarpedon, Glaucus. De Larissa Hippotogus & Cu

pe-

pesus. De Cironia Remus. De Thracia Pirus & Alcamus. De Pæonia Paractemesus, Teropeus. De Phrygia Ascanius, Xantippus, Portius. De Fliconea Eusemius. De Boëtia Sanias, Asimaus, & Foricus. De Buctino Epistrophus, & Boccius. De Palaconia Phlleminus. De Aethiopia Pirses, & Memnon. De Thracia Heseus & Archilochus. De Agrestia Adrasthus & Amphius. De Auzonio Epistrophus. His ductoribus & exercitibus qui cũcta parãda pararent, præfecit Priamus principem & ductorem Hectorem. Deinde Deiphobum, Alexandrum, Troilum, Aenean, Memnonem. Dũ Agamemnon consulit de tota re, & ex Cormo uenit Nauplij filius Palamedes cum nauibus XXX. Ille se excusauit morbo affectum Athenas uenire non potuisse, qui uenerit quum primùm potuerit. illi gratias agunt, rogãtq; eum in consilio esse. Deinde quum Argiuis non constaret exeũdi ad Troiam, clàm noctu an interdiu facerent, Palamedes sic iam detractionem reddit, in lucem, in Troiam excessionem fieri oportere, & manum hostium deduci. Itaq; omnes

ei assentiunt, consultè Agamemnonem exercitui præficiunt. Legatos ad Mysiam cæterosq; los eos mittunt, ut exercitui commeatus supportandos curent, Hesiodum, Demorantem & Aniũ. Deinde exercitum ad concionem uocat, collaudat, imperat, hortatur, monet diligenter, ut dicto audientes essent. Signo dato, naues soluunt, tota classis ad latitudinem accedit ad Troiam, Littora Troiani fortiter defendunt. Protesilaus in terram excursionem facit, fugat, cædit. Cui Hector obuiam uenit, & eum interfecit, cæteros proturbat: unde Hector recedebat, ibi Troiani fugabantur. Postquam magna cædes utrinque facta est, aduenit Achilles, totum exercitũ in fugam conuertit, redegitq; omnes in Troiam. Nox prælium dirimit. Agamemnon exercitum totum in terram ducit, castra facit. Postero die Hector exercitum ex urbe educit & instruit. Agamemnon contrà acri clamore occurrit, prælium acre atq; iracundum geritur: nam fortissimus quisq; in primis cadit. Hector Patroclũ occîdit, & spoliatum ex acie accepit, Merionemq; persequitur & occîdit. Quem quum similiter spo-

spoliare uellet, Mnestheus superuenit, & Hectorem in femore uulnerauit. Qui saucius multa millia occîdit, & festinauisset Argiuos in fugam uertere, nisi obuius illi Aiax Telamonius superuenisset. Aduersus quem quum congrederetur, cognouit eum esse de sanguine suo: erat enim de Hesiona sorore Priami natus. Hoc pacto Hector à nauibus ignem reuocari iussit, & utrique se inuicem remunerauere, & amici discessere. Postera die Græci inducias petunt. Agamemnon Protesilaum magnifico funere effert, cæterosq; sepeliendos curat. Achilles Patroclum plangit, Argiui suos. Achilles Patroclo ludos funebres facit. Dum inducię sunt, Palamedes non cessat seditionem facere, & indignum aiebat Agamemnonem regem esse qui exercitui imperaret. Ipse coram exercitu multa sua ostendit studia, excursionem facit, castrorũ munitionem, signi dationem, uigiliarum circuitionem, librarum põderumq; dimensionẽ, exercitusq; instructionem. Hæc cũ à se orta essent, nõ æquũ esse, ut quum à paucis imperium datum Agamemnoni esset, eum omnibus qui postea

ueniſſent, imperare, quum præſertim omnes ſignum uirtutis expectaſſent in ducibus ſuis. Dū Achiui de imperio inter ſe uiciſſim certant, præliū poſt bienniū repetitū eſt. Agamēnon, Achilles, Diomedes, Menelaus exercitum educunt. Contrà Hector, Troilus, Aeneas occurrunt. Fit magna cædes, ex utraq; parte fortiſſimi cadunt. Hector Boëtem, Archilochum, Protenorem occidit, nox prælium dirimit. Agamemnon duces omnes in concilium uocat, ſuadet, hortatur ut omnes in aciem prodeant, & maximè Hectorem perſequantur, qui de his aliquos fortiſſimos duces occidit. Mane autē facto Hector, Aeneas, Alexāder exercitum educunt. Omnes duces Argiuorum prodeunt. Fit magna cædes. Multa millia ex utroq; exercitu mittuntur Orco. Menelaus & Aiax Alexandrum perſequuntur. Quos reſpiciens Alexander, ſagitta Menelai femur transfigit. Ille dolore commotus, pariter cū Aiace Locro nō ceſſauit eum perſequi. Quos ut uidit Hector inſtātes fratrem ſuū perſequi, ſuppetias laturus uenit cū Aenea. Quem Aeneas clypeo protexit, & de prælio ad ciuitatem

tem abduxit. Nox prælium dirimit. Achilles cū Diomede poſtera die exercitum eduxit. Contrà Hector & Aeneas aciem dirigunt. Fit magna cædes. Hector Orcomeneum, Oramenem, Palamonem, Epiſtrophum, Schedium, Delpenorem, Doriū, Polyxenum duces occidit: Aeneas Amphimachum, & Nerium: Achilles Euphenium, Hippotem, Aſterium: Diomedes Xantippum, Meſtem. Agamemnon ut uidit duces fortiſſimos cecidiſſe, pugnam reuocauit. Troiani læti in caſtra reuertuntur. Agamemnon ſollicitus duces in conſilium uocauit, hortatur ut fortiter pugnarent, neq; deſiſterent, quoniā maior pars exſuis exuperata ſit, ſperare ſe exercitū ex Myſia quotidie ſuperuenturum. Poſtera die Agamemnon totum exercitum, & omnes duces in pugnam prodire coëgit. Contrà Troiani duce Hectore aciem direxerunt. Fit magna cædes, acriter ex utraq; parte pugnatur, multa millia hinc & inde cadūt: nec differebatur pugna, ita ut cōtinuis octuaginta diebus animoſe pugnatū ſit. Agamemnō ut uidit multa millia quotidie occidi, nec ſufficere mortuos ſepelire, miſit lega-

tos ad Priamum, ut inducias ad triennium peterent. Vlysses & Diomedes legati ad Priamũ ueniunt, inducias sicut imperatum est postulãt, ut suos funerarent, uulneratos curarent, naues reficerent, exercitum cõpararent, cõmeatum conueherent. Vlysses & Diomedes noctu ad Priamum legati uadũt, occurrit illis ex Troianis Dolon. Qui quum interrogaret quid ita armati ad oppidum uenissent, dixere se ab Agamemnone legatos ad Priamũ missos. Quos ut Priamus audiuit uenisse, & desiderium suum exposuisse, in consilium omnes duces conuocat. Quibus refert legatos uenisse ab Agamẽnone, ut inducias ad triennium peterẽt. Hectori suspectũ uidetur quòd tam longum tempus postulassent. Priamus dicere imperat quid cuiq; uideatur, omnibus placitum est inducias ad trienniũ dare. Interim Troiani mœnia renouant, suos saucios curant, & mortuos cum ingenti honore sepeliunt. Tempus pugnæ post triennium superuenit. Hector & Troilus exercitum educunt. Agamemnon, Menelaus, Diomedes etiam, ipsi exercitum educũt. Fit magna cædes. Hector in prima acie Phidippum,

dippum, & Xantippum duces interficit. Achilles Lyconiũ, Euforbiũ occîdit. Et cætera ex plebe multa milia ex utraq; parte cadũt, acriter pugnatur diebus continuis triginta. Priamus ut uidit multos de suo exercitu cecidisse, mittit legatos ad Agamemnonem ut inducias peterent mẽsibus sex. Et ex cõsilij sententia Agamẽnon cõcedit inducias. Vt autem prælij tempus aduenit, acriter per duodecim dies pugnatur. Multi duces fortissimi hinc & inde cadunt, plures uulnerantur, plurimi in ipsa curatione moriuntur. Agamemnon mittit ad Priamum legatos & triginta dierũ inducias postulauit, ut funerare mortuos suos posśit. Priamus consultè fecit, annuitq;. At ubi tẽpus pugnæ superuenit, Andromacha uxor Hectoris in somnis uidit Hectorem non debere eo die in pugnã procedere, & cũ ad eum uisum referret, hæc muliebria uerba abijcit. Andromacha mœsta misit ad Priamum ut illum prohibeat ne ea die pugnaret. Priamus Alexandrum, Helenum, Troilum, & Aeneam in pugnam misit. Hector ut ista audiuit, multũm increpans Andromacham, arma ut proferret

ret poposcit, nec retinere se ullo modo potuit. Dum plãctu fœmineo oppidum cõcitat, ad Priamum in regiã cucurrit, refert ea quæ in somnis uiderat, uelle Hectorem ueloci saltu in pugnam ire. Proiectaq; ad genua, astante filio suo Astyanacte, eum reuocare mandat. Priamus in pugnã omnes prodire iussit, Hectorem retinuit. Agamemnon, Achilles, Diomedes, Aiax, Locrus, ut uidere Hectorem in pugna non esse, acriter pugnauerunt, multosq; duces ex Troianorum numero occidêre. Hector ut audiuit tumultũ, Troianosq; in bello nimis laborare, prosilijt in pugnam. Statimq; Idumeũ obtruncauit, Hiphilum sauciauit, Leontheum occîdit, Stenelei iaculo femur figit. Achilles ut respexit multos duces ei⁹ dextera cecidisse, animum in eum dirigebat, ut illi obuius fieret. Considerabat enim Achilles nisi Hectorem occideret, plures de Græcorum numero eius dextera perituros. Prælium interea acre colliditur. Hector Polibætem ducem fortissimum occîdit, dumq; eum spoliare cœpit, Achilles superuenit. Fit pugna maior, & clamor ab oppido & à toto exercitu surgit. Hector

Hector Achillis femur sauciauit. Achilles dolore accepto magis eum persequi cœpit, nec destitit nisi occideret. Quo interempto Troianos in fugam uertit, & maxima cæde eos usq; ad portas sequitur. Cui tamen Memnon restitit, & inter se acriter pugnauerunt, læsiutriq; discessere. Nox prælium dirimit. Achilles saucius de bello redit. Noctu Troiani Hectorem lamentabantur. Postera die Mẽnon Troianos educit cõtra Græcorum exercitum. Agamemnon exercitum consuluit, suadetq; inducias duorum mensium postulare, ut suos unusquisq; sepelire possit. Legati ad Priamum proficiscuntur, desideriũ prosequuti sunt, duorum mensium inducias accipiunt. Priamus Hectorem suorum more ante portas sepeliuit, ludosq; funebres facit. Dũ inducię sunt Palamedes iterum nõ cessat de imperio conqueri. Itaq; Agamemnon seditionem excitat, & dixit se de ea re libenter laturũ, ut quẽ uellẽt, imperaret. Postero die populũ ad concionem uocat, negat se unquam cupidum imperij fuisse, animo æquo se accipere si cui uellent dare, sufficere sibi excidium Troiæ. Se tamen

My

Mycenis regnum habere, iubet dicere, si cui quid placeat. Palamedes prodijt, suum ingenium ostendit. Itaque Argiui imperium ei libenter tradunt. Palamedes Argiuis gratias agit, imperium accipit, administrat. Achilles uituperat imperij commutationem, induciæ exeunt. Palamedes ornatus exercitum instruit, hortatur. Contrà idem fecit Deiphobus, pugnatur acriter à Troianis. Sarpedon Lycius cum suis impressionem in Argiuos facit, cedit, prosternit. Obuius ei fit Tlepolemus Rhodius, sed instando pugnandoq; male uulneratus cadit. Secundo Perses Admestæ filius prælium restituit, diuiq; cum Sarpedone comminus pugnando occiditur. Sarpedon quoque uulneratus de prælio recedit. Itaq; per aliquot dies prælia fiunt. Ex utraq; parte multi ductores occiduntur, sed plures à Priamo. Troiani legatos mittunt, inducias petunt, mortuos utrosque sepeliunt, saucios curant, fide data ultro citroque in oppidum & castra Argiuũm commeant. Palamedes Agamemnonem, & Demophoontem, Athamantem ad Thesidas mittit. Quos legatos Agamemnoni præfecerat ut commeatus compararent, & frumentum de Mysia à Telepho acceptum supportent. Hi subueniunt seditioni, Palamedis proditionem narrant. Palamedes molestè fert. Agamemnon ait molestè non ferre, sua uoluntate esse factum. Naues onerandas curant. Palamedes castra munit, turribus circundat.

Quærunt Troiani quare exercitum exerceant, cur murum urbis diligenter instaurent, fossam & uallum addant, cæteraq; diligenter comparent. Postquam autem anni dies uenit quo Hector sepultus est, Priamus & Hecuba, Polyxena, cæteriq; Troiani ad Hectoris sepulchrum profecti sunt. Quibus obuius fit Achilles, Polyxenã cõtẽplatur, figit animũ, amare eã uehemẽtissimè cœpit. Tũc ardore cõpulsus odio sam in amore uitam consumit, & ferebat ægrè ademptum imperiũ Agamemnoni, sibiq; Palamedem præpositũ cogentẽ. Igitur Phrygio fidelissimo seruo mandata dat ad Hecubã, & ab ea sibi uxorẽ Polyxenã poscit: si dederit, se cũ suis Myrmidonibus domũ rediturum. Quod quum ipse fecerit, cæteros idem facturos. Seruus proficiscitur

ficiſcitur ad Hecubam, conuenit, mandata dixit. Hecuba reſpondit uelle, hoc pacto, ſi Priamo uiro ſuo placeat, dum ipſa cum Priamo agat. Seruum reuerti iubet. Agamemnon cum magno comitatu ad caſtra reuertitur. Hecuba cũ Priamo de conditione Achillis loquitur. Priamus reſpõdit fieri non poſſe, non quòd eũ indignum uel affinitate extremum æſtimet, ſed ſi ei dederit, & ipſe diſceſſerit, cæteros Graios nõ diſceſſuros, & iniquum eſſe filiam ſuam hoſti coniungere. Quapropter ſi id fieri uellet, pax perpetua fiat, exercitus diſcedat, fœderum iura ſanciantur. Si id factum ſit, ſibi illum libenter filiam daturum. Itaq; Achilles ut conſtitutum erat, ſeruum ad Hecubam mittit, ut ſciat quid cum Priamo egerit. Hecuba Priamo narrat omnia mandata. Seruus hæc Achilli refert. Achilles in uulgo queritur, in unius mulieris Helenæ cauſa totam Græciã Europamq; uaſtatam eſſe, tanto tempore tot millia hominũ periiſſe, libertatem mancipatã eſſe, unde oportere fieri pacem, & exercitum reducere. Annus circumactus eſt. Palamedes exercitum ducit, & inſtruit Deiphobus contrà. Achil-

Achilles iratus in prælium non prodit. Palamedes occaſione ductus impreſſionem in Deiphobum facit, eumq; obtruncat, prælium acriter inſurgit, ab utriſq; multa millia hominum cadũt. Palamedes in prima acie uerſatur, hortaturq; prælium ut fortiter gerant. Contra eum Sarpedon currit, eumq; Palamedes interfecit. Eo facto lætus in acie uerſatur. Cui glorianti Alexander Paris ſagitta collum transfigit. Phryges animaduertunt, tela conijciunt, atq; ita Palamedes occiditur. Rege occiſo Argiui cedunt cuncti, impreſſionem faciunt, in caſtra confugiunt. Troiani perſequuntur, caſtra oppugnãt, naues incendunt. Achilli nunciatum eſt, diſſimulat. Aiax Telamonius fortiter defendit, nox prælium dirimit. Argiui in caſtris Palamedis ſcientiam, æquitatem, clementiam, bonitatem lamentabantur. Troiani Sarpedonem & Deiphobum miſerabiliter deflent. Neſtor qui maior natu erat, nocte ductores in concilium uocat, ſuadet, hortatur ut imperatorẽ eligant, & ſi eis uidetur, eundem Agamemnonem minima cum diſcordia fieri poſſe. Item cõmemorat dum

fuerat imperator, quòd res prosperè gestæ sint, satis felicem fuisse exercitum, si cui quid aliud uideatur, dicere suadet. Omnes assentiunt, Agamemnonem summum imperatorem præficiũt.

Postero die Troiani alacres in aciẽ prodeũt, Agamemnon contrà exercitum educit, prælio commisso uterq; exercitus inter se fugantur. Postquam maior pars diei trãsijt, in primis prodijt Troilus, cædit, deuastat, Argiuos in castra fugat. Postera die exercitum Troiani educunt contra Agamẽnonem. Fit magna cædes, uterq; exercitus inter se pugnant, prælium acriter surgit. Multos duces Argiuorum Troilus interfecit. Pugnatur continuis diebus septem. Agamemnon inducias petit in duos menses. Palamedẽ magnifico funere effert, cæterosq; duces ac milites sepeliendos curat. Interea Agamemnon dũ induciæ fiunt, mittit ad Achillem Vlyssem, Nestorem, & Diomedem, ut rogent eum in bellũ prodire. Achilles autem mœstus, qui iam destinauerat in bellum non prodire, ob id quod promiserat Hecubæ, aut certè minus pugnaturum, quoniã Polyxenã intẽtissimè amabat, cœpit malè

lè eos accipere qui ad eum uenerant, dicit se debere perpetuam pacem expostulare, pugnã negat. Agamemnoni renunciatur quod ab Achille actum sit, illum pertinaciter negare. Agamemnon omnes duces in consilium uocat, exercitum quid fieri debeat consulit, imperat dicere quid cuiq; uideatur. Menelaus hortatur fratrẽ suum ut exercitum in pugnam produceret, nec debere terreri si Achilles se excusauerit, sed tamen persuasum ei ut in bellum prodeat, nec uereri si noluerit. Commemorare cœpit Troianos non habere alium uirum fortem sicut Hector fuit. Diomedes & Vlysses dicere cœperunt, Troilum non minus q̃ Hectorem uirum fortissimum esse. Diomedi & Vlyssi Menelaus resistens, bellum geri suadebat. Calchas ex augurio respondit debere pugnare, quòd superiores Troianis fient. Tempus pugnæ superuenit. Agamẽnon, Menelaus, Diomedes, Aiax, exercitũ ducũt cõtra Troianos, fit magna cædes, pugnatur acriter, uterq; exercitus inter se sæuiũt. Troilus Menelaũ sauciat, multos interficit, cæteros paulatim persequitur, nox prælio dirimit.

Postera autem die Troilus cum Alexandro exercitum educit. Contrà omnes Argiui prodeunt, acriter pugnatur. Troilus Diomedem sauciat, in Agamemnonem impressionem facit & ipsum sauciat, Argiuos cædit. Per aliquot dies pugnatur acriter, multa millia hominum ex utraq; parte trucidantur. Agamemnon ut uidit maiorem partem exercitus se quotidie amittere, neq; sufficere posse, petit inducias per sex menses. Priamus concilium cogit, indicat Argiuorum desideria. Troiani renuunt debere dari tam longo tempore inducias, sed potius impressionem fieri, naues incendi. Priamus quid cuiq; uideatur dicere imperat. Omnibus placitũ est debere fieri quod Argiui postulãt. Priamus inducias dedit. Agamemnon honorificè suos sepeliendos curat, Diomedem, Menelaum sauciatos curat. Troiani suos æquè sepeliũt. Dum inducię sunt, ex consilij sententia Agamemnon ad Achillem proficiscitur, ut eum ad pugnam persuaderet. Achilles tristis rogare cœpit se non proditurum, sed pacem peti oportere. Conqueri cœpit quod Agamemnoni nihil negare pos-

posit, tamen quum tempus pugnæ superuenisset, se milites suos missurum, ipsum excusatum habere. Agamemnon ei gratias condignas egit. Tempus pugnæ superuenit. Troiani exercitum suum educunt. Contrà Argiui prodeũt. Achilles primò Myrmidones instruit, ad Agamemnonem paratos mittit, fit pugna maior, acerrimè sæuitur. Troilus enim in prima acie Argiuos cædit: Myrmidones uerò fugat, impressionem usque ad castra Argiuorum facit. Multos hinc inde occidit, plurimos acriter sauciat. Aiax Telamonius obsistit. Troiani uictores in oppidum reuertuntur. Postera die Agamemnon exercitũ educit, omnes duces & Myrmidones prodeunt. Contrà uerò Troilus in aciem lætus exiuit. Prælio commisso uterq; exercitus inter se dimicat, acriter pugnatur, multa millia hominum ex utraque parte cadunt. Troilus Myrmidones persequitur, sternit, fugat. Agamemnon ut uidit ex suis partibus multos occisos, inducias in dies triginta petit, ut suos funerare posit. Priamus inducias dedit, suosq; sepeliendos curat. Tempus pugnæ superuenit. Troiani

exercitum educunt. Contrà Agamemnon omnes duces in pugnam coëgit, prælio commisso fit magna cædes, acriter pugnatur. Postquam primũ tempus diei transijt, prodit in primo Troilus, cædit, prosternit. Argiui fugam cum clamore fecerunt. Achilles ut animaduertit Troilum iracundè sæuire, & Argiuis insultare, simulq; sine intermissione Myrmidones prosternere, procedit in bellũ. Quem Troilus continuò excepit & sauciat. Achilles de prælio saucius redit, pugnatur continuis diebus sex. Die septimo dum uterq; exercitus prælio facto inter se fugantur, Achilles, qui aliquibus diebus uexatus in pugnam nõ prodierat, Myrmidones instruit. Hortatur, alloquitur ut fortiter impressionem in Troilum faciant. Postquam pars diei transijt, prodijt Troilus ex equo lætus. Argiui maximũ clamorem faciunt, Myrmidones superuenere, impressionem in Troilum faciunt, de quorum numero multi à Troilo occiduntur. Dum acriter pugnatur, equus Troili uulneratus corruit, Troilum implicitum excutit. Tum citò Achilles aduenies eum occîdit, & de ipso prælio eum

eum trahere cœpit, quod Achilles interuentu Memnonis complere non potuit. Aduenies enim Memnon, & Troili corpus eripuit, & Achillem uulnere sauciauit. Achilles de prælio saucius redit. Memnõ insequi eum cœpit cũ multis. Quem Achilles ut respexit, substitit, curato uulnere, & aliquandiu præliatus Memnonem multis plagis occîdit, & ipse uulneratus ab eo ex prælio recessit. Posiquam ductor Persarum occisus est, reliqui in oppidum confugêre, prælium nox dirimit. Clausis portis postera die à Priamo legati ad Agamemnonẽ missi sunt, qui dierum uiginti inducias peterent, quod Agamemnon concessit. Priamus igitur Troilum Memnonemq; magnifico funere effert, cæterosq; milites utriq; sepeliendos curant. Hecuba mœsta quòd duo filij eius fortissimi Hector & Troilus ab Achille interfecti essent, consilium muliebre temerarium iniit ad ulciscendum dolorem. Alexandrum filium accersit, hortatur ut se & suos fratres uindicaret, insidias Achilli faceret, & eum nec opinantem occîdat, quoniã ad se miserit, et rogauerit ut sibi Polyxenam

daret in matrimonium, se ad eum missuram Priami uerbis, ut pacem fœdusq; inter se confirmarent. Constituunt in fano Apollinis Thymbræi quod est ante portam, eò Achilli uenienti, colloquturoq; insidias collocari, sibi satis uisum esse si eum occiderit. Quod tentaturum se Alexander promisit. Noctu eliguntur de exercitu fortissimi, & in fanum Apollinis collocantur, signum accipiunt. Hecuba ad Achillem, sicuti condixerat, nuncium mittit. Achilles lætus Polyxenam amans, postera die ad fanum se constituit uenturum. Interea Achilles consequenti die cum Antilocho filio Nestoris ad constitutum uenit, simulq; fanum Apollinis ingrediebatur. Vndiq; insidias fieri Paris hortatur, tela conijciunt. Achilles cum Antilocho brachio sinistro chlamyde inuoluto, enses exerere. Exinde Achilles multos occidit. Alexander Antilochum interemit, ipsumq; Achillem multis plagis confodit. Ita animam ex insidijs nequicquam fortiter faciens, amisit, quem Alexander feris et uolucribus proijci iubet. Hæc ne faciat, Helenus rogat, & suis tradi. Quorũ cor-

po-

pora acepta Argiui in castra tulere. Agamemnõ eos occisos magnifico funere effert, Achilliq; sepulchrum ut fieri liceret, à Priamo inducias petit, ibiq; ludos funebres facit. Deinde cõcilio prouocat, Argiuos alloquitur, ut ea quæ Achillis essent, Aiaci propinquo eius cõmendarent. Tunc sic Aiax ait, cũ filius Neoptolemus ei superstit, neminẽ æquius habere q̃ eum, oportere ad pugnam accersiri, eiq; uniuersa quæ patris erant restitui. Concilio inde placuit, ut detur negocium Menelao. qui Scyrum proficiscitur ad Lycomedem auum eius. Imperat ut nepotem suum mittat. Quod Lycomedes Argiuis libenter cõcesit. Postq̃ induciæ transactæ sunt, Agamemnon exercitum eduxit, instruit, hortatur. Cõtrà Troiani ex urbe prodeunt, prælium cõmittitur. In prima acie Aiax nudus uersatur, clamore magno orto. Multi ex utraq; parte cadunt. Alexander arcum tetendit, multos interficit, Aiacis latus nudum transfixit. Aiax saucius Alexandrum persequitur, nec destitit nisi eum occideret. Aiax fessus uulnere in castra refertur. Sagitta exempta moritur. Alexandri cor-

pus ad urbẽ portatur. Diomedes uirili animo impreßionẽ in hoßtes facit. Phryges feßi ad portas cõfugiunt, quos Diomedes uſq; in urbem perſequitur. Agamẽnon exercitum circa oppidũ duxit, & tota nocte circa murũ ſedit, alterna uice uigilias agit. Poſtera die Priamus Alexandrum magnifico funere effert, quẽ magno ululatu Helena proſecuta eſt, quoniã ab eo honorificè tractata ſit. Quã Priamus & Hecuba ut filiã aſpexere, & diligenter curauere, quòd nunq; Troiam deſpexiſſet, nec Argiuos deſideraſſet. Poſtera die Agamẽnon exercitum cœpit ante portas inſtruere, & Dardanos ad prælium prouocare. Priamus contrà iußit urbẽ munire, & interim ſubſiſtere uſq; dũ Pẽtheſilea cũ Amazonibus ſuperueniret. Pentheſilea poſtea ſuperuenit, exercitum contra Agamemnonẽ eduxit, fit prælium ingens per aliquot dies, diu pugnatur. Argiui fugãtur in caſtra, opprimũtur. Cui uix Diomedes obſtitit, alioquin naues incendiſſet Argiuorũ, & uniuerſum prælium deuaſtaßet. Prælio dirempto, Agamẽnon in caſtris ſeſe continuit. Pẽtheſilea uerò quotidie prodit, deuaſtat

Ar

Argiuos in bellũ prouocans. Agamẽnon ex cõſilio caſtra muniuit, & in bellum non prodiuit uſq; dũ Menelaus ueniret. Menelaus à Scyro uenit, arma Achillis Neoptolemo filio eius tradit. Quæ cũ accepiſſet, in Argiuorũ caſtris uehementer circa patris tumulũ lamentatus eſt. Pentheſilea ex more præliũ inſtruxit, & uſq; Argiuorũ caſtra proceſſit. Neoptolemus Myrmidonũ princeps, contrà aciẽ duxit. Agamemnon exercitũ inſtruit, pariter cõcurrunt. Neoptolemus ſtragem fecit. Occurrit Pentheſilea, et fortiter in prælio uerſatur. Vtriq; per aliquot dies acriter pugnauerunt, multos utriq; occiderunt. Pentheſilea Neoptolemum ſauciat. Ille dolore accepto, Amazonum ductricem Pentheſileam obtruncat. Eo facto totum exercitum Troianorum in urbem fugere fecit. Statim Argiui cum omni exercitu murum circundant, ita ut foras Troiani exire non poſſent. Hoc poſtquam Troiani uidere, Antenor, Polydamas, Aeneas ad Priamum ueniunt. Agunt cũ eo & conſilium quærunt, ut deliberent quid de fortunis futurum ſit. Priamus conſiliũ cõuocat,

quid

quid postularent iubet eos dicere, & quid deſu derent. Antenor memorat principes defenſo resq; Troiæ, cæterosq; natos eius cum aduenis ductoribus interfectos, Argiuorũ principes remanere fortiſsimos, Agamẽnonẽ, Menelaũ, Neoptolemum nõ minus fortiſsimũ quàm pater eius fuit, Diomedem, Aiacem Locrum, cæterosq; cõplures ſummæ prudentiæ, Neſtorem, Vlyſſem. Contrà Troianos clauſos & obſeſſos, & penè contritos. Suadet potius eſſe ut Helena his reddatur, & ea quæ Alexãder cũ ſocijs attulerat, & pax fiat. Poſtquã multis uerbis de pace conciliãda ſatis fecerunt, ſurgit Amphimachus filius Priami adoleſcens fortiſsimus, malis uerbis Antenorem adortus eſt, eosq; qui conſenſerãt, improperare eis facta eorũ, ſuadere potius educendum exercitum, & irruptionẽ in caſtra faciendam uſq; dum uincant, aut uicti pro patria occumbant. Poſtquam finem fecit, exurgit Aeneas, lenibus mitibusq; uerbis Amphimacho repugnat, ab Argiuis pacem petendam magnopere perſuadet. Poſtquam dicendi finis factus eſt, Priamus magno animo ſurrexit, ingerit multa ma-

mala Antenori & Aeneæ, eos belli appetẽdi ductores fuiſſe ut legati in Græciã mitterẽtur, cũ ipſe quoq; Antenor legatus redierit, & renunciauerit ſe contumelioſe tractatum eſſe, & ipſe bellum ſuaſerit. Deinde Aenean qui cum Alexandro Helenam, & prædam de Argiuis nõ modicam extraxit, quapropter certum ſibi eſſe pacem nõ fieri. Statimq; imperauit ut hi omnes parati eſſent, ut quũ ſignũ daret, portis irruptionem facerent, aut uincere mori ue ſibi certum eſſe. Hæc poſtquam locutus eſt, conciliũ dimiſit. Amphimachum ſecũ duxit, dixitq; ei, uereri ſe ab his qui pacem ſuadebant ne oppidum prodant, eosq; habere multos de plebe qui unà ſentirent, opus eſſe eos interfici. Quòd ſi hoc factũ fuerit, ſe eſſe patriam defenſurum, Argiuosq; ſuperaturum. Simulq; rogat ut ſibi fidelis & audiens, paratusq; cum armatura eſſet, ut ſine ſuſpicione fieri poſſit. Simulq; ſuaſit Amphimachus ad cœnam eos uocari, diuinãq; rem facturum, & ita inſidijs circumuenturũ. Amphimachus ita ſe facturum promiſit, & ab eo diſceſſit. Eodem die conueniunt Antenor, Polydamas,

damas, Vcalegon, Amphidamas, Dolon, dicunt se mirari regis pertinaciã, quum patriam & comites perire malit quàm pacem facere. Antenor ait se inuenisse quod sibi & illis in commune prospiciat, si sibi fides seruaretur. Omnes fidem obstringunt. Antenor ut uidit se obstrictũ, mittit ad Aenean, dicens patriam esse prodendam, & sibi suisq; cauendum esse, ad Agamemnonem de his rebus aliquem esse mittendum, qui id sine suspicione curet maturandum esse. Animaduertisse Priamum iratum, quia ei pacem suaserit, de cõsilio surrexisse, & uereri ne quid noui cõsilij ineat. Itaq; omnes promittũt, statimq; Polydamantem, qui ex his minimè inuidiosus erat, ad Agamemnonem clàm mittunt. Polydamas in castra Argiuorum peruenit, Agamemnonẽ conuenit, dixitq; ea quæ suis placerẽt. Agamemnon clàm nocte omnes in concilium conuocat, & refert ea quæ audiuit, quid cuiq; uideatur dicere iubet. Inde omnibus placitum est, ut fides proditoribus seruaretur. Vlysses & Nestor uereri se dixere hãc rem subire. Neoptolemus hos refutat, inter se certant: placitũ est signum

gnum à Polydamante exigi. Et idipsum per Sinonem ad Aenean, & Anchisen, & Antenorẽ mittit. Sinõ ad Troiã proficiscitur. Et quia nondum claues portæ Amphimachus custodibus tradiderat, signo dato Sinon uocem Aeneæ & Antenoris audiendo confirmatus, Agamẽnoni renunciat. Tunc placitum est omnibus fidẽ dari, fœdere firmari, iureiurando stringi, eo pacto ut si oppidũ proxima nocte tradidissent, Antenori, Aeneæ, Vcalegoni, Polydamanti, Doloni, necnon liberis, coniugibus, propinquis, amicis, suisq; omnib⁹ fides seruaretur, & sua causa omnia sibi liceat habere. Pacto confirmato, iureiurando adstricto, suadet Polydamas noctu exercitum ad portam Scæam adducant, ubi extrinsecus caput equi sculptũ est, ibi præsidia habere, noctu Antenorẽ & Anchisen exercitui Argiuorum portam reseraturos, eisq; lumen prolaturos. Id signum eruptionis fore dicunt, qui ibi præsto forent qui ad regẽ eos ducant. Postq; pacta data sunt, Polydamas in oppidum redijt, rẽ peractã denũciat, dicit Antenori & Aeneæ, cæterisq; quibus placitũ erat, ut suos omnes adducãt,

cant, & noctu Scæam portam aperiant, lumen ostendant, exercitum inducant. Antenor, & Aeneas noctu ad portam præsto fuere, Neoptolemum susceperũt, exercitui portam reseruare, lumen ostendere, fugam præsidio sibi suisq; omnibus præuidere. Neoptolemus præsidium dat. Antenor eum in regiã duxit, ubi Troianis positum præsidium erat. Priamum persequitur, quem ante aram Iouis Hercei obtruncat. Hecuba dũ fugit cũ Polyxena, Aeneas occurit. Polyxena ei se tradidit, quã Aeneas ad patrẽ Anchisen abscondit. Andomacha & Cassandra in ædem Mineruæ se ecculant, tota nocte non cessant Argiui deuastare, prædamq; facere. Post quàm dies illuxit, Agamemnon omnes duces in arcem conuocat, dijs gratias egit, exercitum collaudat, omnemq; prædam iubet in medio reponendam, quam omni exercitui æquè partitus est: simulq; exercitum consulit an placeat Antenori & Aeneæ, qui patriam prodiderint, fidem seruari. Exercitus omnis conclamat placere sibi, conuocatisq; omnibus uniuersa quæ erant reddiderunt. Antenor rogat Agamemnonem

nonem ut sibi loqui liceret. Agamemnon dicere iubet. Mox ut loqui cœpit, primò omnibus Graijs iuuenibus gratias egit, simulq; commemorat Helenum & Cassandram pacem semper patri suasisse, Achillemq; suasu Heleni sepulturæ cõditum fuisse. Agamemnon ex consilij sententia Heleno & Cassandræ libertatem reddidit. Helenus Agamemnonem pro Hecuba & Andromacha deprecatur, commemoratq; semper ab his esse dilectum. etiam his ex consilij sententia libertas concessa est. Interea prædam omni exercitui diuisit, dijs gratias egit, hostias immolauit, & quinto die statuit iter pergere. Vt autem dies profectionis aduenit, tempestates magnæ exortæ sunt, & per aliquot dies remãsere. Calchas respondit inferis satisfactum nõ esse. Neoptolemo in mentem uenit, Polyxenã, cuius causa pater eius perierat, in regia non esse inuentã. Agamemnõ poscit, conqueritur, exercitum accusat, Antenorem accersiri iubet, imperat ut diligenter eam inquireret, inuentamq; ad se adduceret. Mox Antenor ueniens ad Aenean, & Polyxenam ab eo absconsam suscipiens, ad Aga

memnonem eam duxit. Agamemnon Polyxenam Neoptolemo dedit, quam accipiens ad tumulum patris iugulauit. Tunc Agamemnon iratus Aeneæ, quòd Polyxenam absconderat, cum omnibus suis à patria protinus discedere iubet. Aeneas cum suis proficiscitur. Antenori terrã tradidit. Agamemnon profectus est de urbe, victoria sibi cõcessa. Helena post aliquot dies mœsta magis quàm antè, domum reportatur cũ suo Menelao. Helenus cum Cassandra sorore, & Andromacha Hectoris fratris uxore, & Hecuba matre Cherronesum petit.

DARETIS PHRYGII DE EXCIDIO TROIAE FINIS.

EPITOME AC SVMMA VNIVERSAE ILIADOS HOMERI, PINDARO Thebano autore.

IRAM pande mihi Pelidæ diua superbi,
Tristia qui miseris iniecit funera Graijs,
Atq; animas fortes heroũ tradidit orco,
Latrantumq; dedit rostris uolucrũq; trahẽdos
Illorum exangues inhumatis oßibus artus.
Conficiebat enim summi sententia regis,

Ex quo contulerant discordi pectore pugnas
Sceptriger Atrides, & bello clarus Achilles.
Quis Deus hos fato tristi contendere iussit?
Latonæ & magni proles Iouis iste Pelasgũm
Infestam regis pestem in præcordia misit,
Implicuitq; graui Danaorum corpora morbo.
Nam quondã Chryses solenni tempora uitta
Implicitus, raptæ fleuit solatia natæ,
Inuisosq; dies inuisaq; tempora noctis
Egit, & assiduis impleuit questibus auras.
Postq̃ nulla dies animum mœrore leuauit,
Nullaq; lenibant patrios solatia fletus,
Castra petit Danaũm, genibusq; affusus Atridæ
Per superos regniq; decus miserabilis orat
Vt sibi causa suæ reddatur nata salutis:
Dona simul profert, uincuntur fletibus eius
Myrmidones, reddiq; patri Chryseida cẽsent.
Sed negat Atrides, Chrysenq; excedere castris
Despecta pietate iubet. ferus ossibus imis
Hæsit amor, spreuitq; preces dãnosa libido.
Contemptus repetit Phœbeia templa sacerdos,
Squallidaq; infestis mœrẽs secat unguibus ora,

Dila-

Dilaceratq; comas, annosaq; tempora plangit.
Mox ubi depositi gemitus, lachrymæq; quierũt,
Vatidicis sacras compellat uocibus aras:
Quid coluisse mihi tua numina Delphice pdest,
Aut castam uitam multos duxisse per annos?
Quid ue iuuat sacros posuisse altaribus ignes,
Si tuus externo iam spernor ab hoste sacerdos?
En hæc defectæ redduntur dona senectæ.
Si gratus tibi sum, sim te sub iudice tutus.
Aut si quã ut luerẽ sub acerbo crimine pœnã
Inscius admisi, cur ò tua dextera cessat?
Posce sacros arcus, in me tua dirige tela:
Autor mortis eris certè Deus. ecce merentem
Fige patrem: cur nata luit peccata parentis,
Atq; hostis duri patitur miseranda cubile?
Dixerat, ille sui uatis prece motus, acerbis
Luctibus infestat Danaos, pestẽq; per omnes
Immittit populos. uulgus ruit undiq; Graiũ,
Vixq; rogis supereſt tellus, uix ignibus æther,
Deerat ager tumulis, iam noctis sidera nonæ
Transierant, decimusq; dies patefecerat orbẽ:
Tunc Danaũ proceres in cœtũ clarus Achilles

Conuocat, & causas hortatur pestis iniquæ
Edere Testoridẽ. tũc Calchas numina diuũ
Consulit, & causas pariter finemq; malorum
Inuenit, effariq; uerens, ope tutus Achillis
Hæc ait: Infesti placemus numina Phœbi,
Reddamusq; pio castam Chryseida patri,
Si uolumus Danai portus intrare salutis.
Dixerat, exarsit subitò uiolentia regis.
Testoridem dictis primùm cõpellat amaris,
Mendacẽq; uocat, magnũq; incusat Achillem,
Inq; uicem ducis inuicti conuitia suffert.
Cõfremuêre omnes. tandẽ clamore represso
Cogitur inuitos æger dimittere amores,
Intactamq; pio reddit Chryseida patri,
simul Multaq; dona * super: quã cũctis notus Vlysses
Impositam puppi patrias deuexit ad arces,
Atq; iterũ ad classes Danaũm sua uela retorsit.
Protinus infesti placantur numina Phœbi,
Et propè consumptæ uires redduntur Achiuis.
Non tamen Atridæ Chryseidis excidit ardor:
Mœret, & amissos deceptus luget amores.
Mox rapta magnũ Briseide priuat Achillem.

Se-

Solaturq; suos alienis ignibus ignes.
At ferus Aeacides nudato protinus ense
Tendit in Atriden, & ni sibi reddat honestæ
Munera militiæ, letum crudele minatur.
Nec minus ille parat contrà defendere sese,
Et nisi casta manu Pallas tenuisset Achillem,
Turpem cæcus amor famam liquisset in æuũ
Gentibus Argolicis. cõtempta uoce minisq;,
Inuocat æquoreæ Pelides numina matris,
Ne se plus Thetis contrà patiatur inultum.
At Thetis audita nati prece, deserit undas,
Castraq; Myrmidonũ præteruolat, inde p auras
Emicat æthereas, & in aurea sidera fertur.
Tunc genibus regis sparsis affusa capillis,
Pro nato ueni genitrix en ad tua supplex
Numina, summe parẽs: ulciscere meq; meũq;
Corpus ab Atride. quòd si permittitur illi,
Vt flammas impune mei uiolaret Achillis:
Turpiter occiderit superata libidine uirtus.
Iuppiter huic * dixit, tristes depone querelas contrà
Magni diua maris, mecum labor iste manebit.
Tu solare tui mœrentia pectora nati.

Dixit, & illa leuis cœli delapsa per auras
Littus adit patrium gratasq; sororibus undas.
Offensa est Iuno, Tantũq; (ait) optime cõiunx
Dorida nata ualet, tantũ debetur Achilli,
Vt mihi, quæ cõiunx dicor tua, quæq; sororis
Dulce fero nomen, dilectos fundere Achiuos,
Et Troum renouare uelis in prælia uires?
Hæc ita dona refers nobis? sic diligor à te?
Talibus incusat dictis irata Tonantem,
Inq; uicem summi patitur conuitia regis.
Tandem interposito lis omnipotẽte resedit,
Conciliũq; simul genitor dimittit ab aula.
Interea sol immenso descendit olympo,
Et dapibus largis curant sua corpora diui,
Inde petunt thalamos iucũdaq; dona quietis.
Nox erat, & toto fulgebant sidera cœlo,
Humanũq; genus requies diuumq; tenebat,
Tũc pater omnipotẽs somnũ uocat, ac ita fatur:
Vade agè per tenues auras leniſsime diuũm,
Argoliciq; ducis celeri pete castra uolatu,
Dũq; tuo premitur sopitus pondere dulci,
Hæc illi mandata refer, cũ crastina primùm

Ex-

Extulerit Titana dies, noctemq; fugarit,
Cogat in arma uiros, incautũq; occupet hostẽ.
Nec mora, somnus abit, leuibusq; per aëra pẽnis
Deuolat in thalamos Agamẽnonis: ille sopore
Corpus inundatũ leni prostratus habebat.
Ad quem sic loquitur curarũ operũq; leuator:
Rex Danaũ Atrida uigila, & mãdata Tonãtis
Quæ tibi missa simul delapsus ab æthere porto,
Accipe: cũ primùm Titan emerserit undis,
Fortibus arma iube socios aptare lacertis,
Et petere Iliacos instructo milite campos.
Dixit, & has repetit p quas descẽderat auras.
Interea lucem terris dedit ignea lampas,
Conuocat attonitus iussis Pelopeius heros
In cœtum proceres, remq; omnib⁹ ordine pãdit.
Cuncti promittũt socias in prælia uires,
Hortãturq; ducẽ: quorum rex fortia dictis
Pectora collaudat, grates agit omnibus æquas.
Hic tũ Therſites (quo nõ deformior alter
Venerat ad Troiã, linguaq; proteruior alter)
Bella gerẽda negat, patrias hortatur ad oras
Vertere iter: quẽ consilijs illustris Vlysses

Correptum dictis sceptro percussit eburno.
Tunc uerò ardescit conceptis litibus ira,
Vix telis caruere manus, ad sidera clamor
Tollitur, & cunctos pugnandi corripit ardor.
Tandem solertis prudentia Nestoris æuo
Compressam miti sedauit pectore turbam,
Admonuitq; duces dictis, responsa recordans
Temporis illius, quo uisus in Aulide serpens
Cõsumpsit uolucrũ bis quatuor arbore fœtus,
Atq; ipsam ualido pugnantẽ pectore contrà
Addidit extremo natorum funere matrem.
Inquit deinde senex, maneo, remaneteq; Achiui,
In decimo labor est quẽ Calchas dixerat anno,
Quo caderet Danaûm uictricibus Ilion armis.
Assensere omnes, laudatur Nestoris ætas,
Conciliũq; simul dimittitur, arma parari
Dux iubet atq; animos aptari et pectora pugnæ.
Postera lux tacitas ut primũ depulit umbras,
Et nitidus Titan radijs patefecerat orbem,
Protinus armari socios iubet acer Atrides,
Et petere Iliacos instructo milite campos.
Vos mihi nũc Musæ (qd enĩ nõ ordine nostis?)
No-

Nomina clara ducũ clarosq; referte parẽtes,
Et dulces patrias, nã sunt hæc munera uestra:
Dicamus quot quisq; rates ad Pergama duxit,
Et cœptũ peragamus opus, sitq; autor Apollo,
Aspiretq; libẽs operi per singula nostro.
Peneleus princeps, bello Laërtius acer,
Arcesilaus atrox, Clonius dux, atq; Protenor
Boëtes decies quinas duxere carinas,
Et tumidos ualido pulsarunt remige fluctus.
Inde Mycenæis Agamemnon finibus ortus,
Quem sibi delegit bellatrix Græcia regem,
Centum egit plenas armato milite puppes.
Et bis tricenis Menelai nauibus ardor
Insequitur, totidemq; ferox Agapenoris ira.
Quos iuxta fidus solerti pectore Nestor,
Consilioq; potens, gemina cum prole suorum
It cum ter denis munitus in arma carinis.
Ascadius uirtute potẽs & Epistrophus ingẽs,
Gloria Myrmidonũ, sæui duo robora belli,
Grandia ter denis pulsarunt æquora proris.
At bis uigenas Polybetes atq; Leontes
Instruxere rates ornatas milite forti.

Eu-

Eurypylus Stelenusq; ferox, & fortis in armis
Tidides, ualido pulsarunt remige pontum,
Bisq; quadragenas onerarunt milite puppes.
Ascalaphusq; potens, & Telamus acer, uterq;
Ter denas ualido complerunt milite naues.
At bis uigenas equitum fortißimus Aiax
Instruxit puppes, totidemq; Abantore natus,
Quos iuxta Graiũ ductor comitatur Achilles,
Cũ quinquaginta materna per æquora uectus.
Thessalici iuuenes Pedippus & Antipus ibant
Altaq; ter denis sulcarunt æquora proris.
Et tribus assumptis ratibꝰ secat æquora Teucer,
Triptolemusq; nouẽ, Rhodius quos uiribꝰ acer
Emenelus sequitur minus una naue profectꝰ,
Quam duxit Telamone satus Salaminiꝰ Aiax.
Ascropus, & magno Thestoride natꝰ, & una
Eubocca, ac magnis Helpenor finibus ortus,
Dulichiusq; Meges, animisq; insignis & armis,
Et clara de gente Thoas Andremone natus,
Hi quadragenas omnes duxere carinas.
Et bis sex Ithaci naues solertia duxit:
Quã sequitur totidẽ ratibus Telamoniꝰ Aiax

Egre-

Egregia uirtute potens, simul ordine Phineus
Ire bis undenis tentabat in arma carinis.
Idomeneus & Meriones, Cretæus uterq;
Bis quadragenis muniti nauibus ibant,
Et totidẽ puppes clara de gente Menetes
Duxit Athenæus, quos uiribus ambit Achilles.
Amphimachusq; ferox, Alpinus & Elide nati,
Et clari uirtute Polixeus atq; Diares.
Hi bis uigenas onerarunt milite naues.
Protesilaus agit totidem fortisq; Podartes
Instructas puppes, quas duxit Oileus Aiax.
At septem Vetonte satus tulit arma carinis,
Quẽ sequitur iuxta Podalirius atq; Machaon,
Altaq; ter denis sulcarunt æquora proris.
His ducibus Graiæ Troiana ad littora puppes
Bis septem uenere minus, q̃ mille ducentæ:
Iamq; citò appulerant classes cãposq; tenebant,
Tunc pater ad Priamũ misit Saturnius Irim,
Quæ doceat fortes uenisse ad bella Pelasgos.
Nec mora, continuò iussu capit arma parẽtis
Priamides Hector, totãq; in prælia pubem
Festinare iubet, portisq; agit agmẽ apertis.

Cum

Cui fulgens auro cassis iuuenile tegebat
Omni parte caput, munibat pectora thorax,
Et læuã clypeus, dextram decorauerat hasta,
Ornabatq; latus mucro, simul alta nitentes
Crura tegũt ocreæ, quales decet Hectoris esse.
Hunc sequitur forma melior, nõ fortis in armis,
Belli causa Paris, patriæ funesta ruina,
Deiphobusq; Helenusq; simul, fortisq; Poletes,
Et sacer Aeneas Veneris certissima proles.
Archilochq; Athamasq; ferox Antenore nati,
Necnon & proles generosa Lycaonis ibat
Pandarus, & magnæ uirtutis Glaucus in armis,
Amphionq;, Adrastus, & Austi atq; Phialtes.
Ibat & Amphimachus Mariusq; insignis uterq;,
Magnanimiq; duces Rhodius & Epistrophus ingẽs
Euphoriusq; ferox, clarusq; ætate Pyragmes,
Cũ quibus Enesteus ac Amphius, & bonus armis
Ipothus atq; Othamas uenere, Pigerius unà
Ixioneq; sati, Crontusq; & Emonius, ambo
Florentes ætate uiri, quos fortis & ingens
Ascanius sequitur, simul & Iouis inclyta proles
Sarpedon, claraq; satus tellure Choræbus.

His

His se defendit ducibus Neptunia Troia,
Vicissentq; dolo Danaũ, nisi fata uetassent.
Iamq; duæ stabant acies fulgẽtibus armis,
Cum Paris exitiũ Troiæ & funesta ruina,
Armatũ aduerso Menelaum ex agmine uidit,
Seq; uelut uiso perterritus angue recepit
Ad socios amens. quẽ postq; turpiter Hector
Confusum terrore uidet, Proh dedecus, inquit,
Aeternum patriæ, generisq; infamia nostri,
Terga refers? at non dubitabas hospitis olim
Expugnare toros, cuius nunc defugis arma
Vimq; times. ubi nunc uires, ubi cognita nobis
Ludorũ quondam uario certamine uis est?
Hic animos ostende tuos, nil adiuuat arma
Nobilitas formæ, duro Mars milite gaudet.
Dum iaceas in amore tuo, nos bella geremus
Scilicet, ut nostrũ fundamus in hoste cruorem.
Aequius aduersis tecũ concurrat in armis
Impiger Atrides. spectet Danaũq; Phrygumq;
Depositis telis populus, uos fœdere iuncto
Aduersas conferte manus, decernite ferro,
Vestrũ nunc Helenã sumat quis rectius ipsam.

Dixit,

Dixit. quæ contrà paucis Priameius heros,
Quid nimis indignis (inquit) me uocibꝰ urges,
O patriæ germane decus? nam nec mihi cõiũx
Pronáq; luxuria eſt, fungor uirtutis amore,
Nec uires dextrãq; uiri tentare recuſo,
Dummodo uictorẽ coniũx cũ pace ſequatur.
Dicta refert Hector, placuit ſentẽtia Graijs.
Protinus accitur Priamus, ſacriſq; peractis
Fœdera iunguntur: poſt hæc diſcedit uterq;
Depoſitis telis populus, cãpusq; pateſcit.
Interea toto diſcedit ab agmine Troum
Pulcher Alexãder clypeóq; inſignis & haſta,
Quẽ contra paribus fulgẽs Menelaus in armis
Conſtitit, & tecũ mihi ſunt certamina, dixit,
Nec longũ noſtra lætabere coniuge, quæ te
Mox rapuit regẽ, tantũmodo Iuppiter aſsit.
Dixit, & aduerſum ſe concitat acer in hoſtẽ.
Ille uirum forti ueniẽtem reppulit ictu,
Seq; gradu celeri recipit, longéq; frementẽ
Haſtam deinde iacit, quam deuitauit Atrides.
Inq; uicem miſſo fixiſſet pectora telo
Prædonis Phrygij, niſi uaſtum ferrea corpus

Te-

Texiſſet lorica uiri ſeptemplice tergo.
Inſequitur iuxtà clamor, tum aduerſus uterq;
Cõſtitit, & galea galeã terit, & pede plantam
Cõiungit, ſtridet mucro mucrone coruſco,
Corpus collectum tegitur fulgentibus armis.
Non aliter fortes nitida pro coniuge tauri
Bella gerunt, uaſtisq; replent mugitibꝰ auras.
Atq; diu rigido captabant corpora telo,
Tũc memor Atrides raptæ ſibi cõiugis, inſtat,
Dardaniũq; premit iuuenẽ mox enſe rigenti,
Cedentẽq; retrò dum deſuper appetit hoſtem,
Splendidus extremas galeæ percuſsit ad oras.
Deſiluit mucro: gemuerũt agmina Graiũm.
Tũc uerò ardeſcit, quãuis manus enſe carebat,
Et iuuenẽ arrepta proſternit caſside uictor,
Ad ſocios traheretq;, niſi caligine cæca
Texiſſet Citherea uirum, ſubiectáq; mento
Fortia rupiſſet laxatis uincula nodis,
Vltimus ille dies Paridi foret. abſtrahit auro
Fulgentem galeam ſecum Menelaus, & ardens
In medios mittit proceres, rurſumq; recurrit,
Et magnam ualidis cõtorſit uiribus haſtam

In cladẽ Phrygij. ſua quẽ Venus eripit hoſti,
Et ſecũ in thalamos defert teſtudine ſtructos.
Ipſa dehinc Helenã muris accerſit ab altis,
Dardanioq; ſuos Paridi deducit amores.
Quẽ tali poſtq; conſpexit uoce locuta eſt:
Veniſti mea flamma Paris, ſuperatus ab armis
Coniugis antiqui. uidi puduitq; uidere,
Arreptũ cum te traheret uiolentus Atrides,
Iliacoq; tuos fœdaret puluere crines:
Noſtraq; (me miſerã) timui ne Doricus enſis
Oſcula diſcuteret, totus mihi mẽte relicta
Fugerat ore color, ſanguiſq; reliquerat artus.
Quis te cũ ſæuo cõtendere iuſſit Atrida?
An uaga fama tuas nondũ peruenit ad aures
De uirtute uiri? moneo ne rurſus iniquæ
Illius tua fata uelis committere dextræ.
Dixerat, & largis perfudit fletibus ora.
Triſtis Alexander, nõ me ſuperauit Atrides
O meus ardor, ait, ſed caſtæ Palladis ira.
Mox illum noſtris ſuccũbere turpiter armis
Aſpicies, aderitq; meo Citherea labori.
Poſt hæc amplexu per mutua corpora iuncto

In-

Incumbit membris Cygneidos, illa ſoluto
Accepit flammas gremio Troiæq; ſuasq;.
Interea toto Menelaus in agmine Troum
Quærit Alexãdrũ, uictorq; huc fertur et illuc.
Quem frater ſocias acuens in bella cateruas
Adiuuat, & forti populos Phryges ĩcrepat ore,
Et ſeruare iubet leges, Helenamq; repoſcit.
Cũq; inter ſeſe proceres certamẽ haberẽt,
Cõciliũ omnipotẽs habuit regnator olympi.
Fœderaq; intento turbauit Pandarus arcu
Te Menelae petẽs, lateriq; uolatile telum
Incidit, & tunicã ferro ſquãmiſq; rigentem
Deſecat. excedit bello gemebũdus Atrides,
Caſtraq; tuta petit. quẽ doctus ab arte paterna
Pæonijs curat iuuenis Podalirius herbis,
Atq; iterũ in cædes horrẽdaq; prælia mittit.
Armauit fortes Agamẽnonis ira Pelaſgos,
Et dolor in pugnã cunctos cõmunis agebat.
Bellũ ingens oritur, multũq; utrinq; cruoris
Funditur, & totis ſternuntur corpora campis,
Inq; uicem Troumq; cadũt Danaũq; cateruæ,
Nec reges datur ulla uiris, ſonat ũdiq; Mauors,

Telorũq; uolant ex cunctis partibus imbres.
Occidit Antilochus rigido demersus in umbras
Ense Calestiadis, optataq; lumina linquit.
Inde manu forti Graiorũ terga prementem
Occupat Amphione satũ Telamonius Aiax,
Et prædurato transfixit corpora telo.
Purpureã uomit ille animã cũ sanguine mixtã,
Ora rigat moriens. tũc maximus Antiphº hastã
Viribus aduersis conatus corpore toto
Torquet in Aiacẽ, telũq; errauit ab hoste,
Inq; hostem cadit. ictus in inguine Leucon
Concidit infelix prostratus uulnere forti,
Et carpit uirides moribũdus dẽtibus herbas.
Impiger Atrides casu cõmotus amici,
Demophoonta petit, teloq; aduersa trabali
Tẽpora transfixit, uaginaq; horridus ensem
Eripit ille suis moriens resupinus in armis
Occidit, & terrã moribũdus uertice pulsat.
Post hæc Aegæum saxi deiecerat ictu
Impiger Vmbrasides, dederatq; silẽtibº umbris:
Tuncq; auidus prædæ iuuenẽ spoliare parabat,
Desuper hasta uenit dextra uibrata Thoantis,

Perq;

Perq; uiri scapulas animosaq; pectora transit.
In uultus ruit ille suos, calidumq; cruorem
Ore uomit, stratusq; super sua palpitat arma.
Sanguine Dardanij manabãt undiq; campi,
Manabant amnes passim, pugnabat ubiq;
Immixtis ardens amborũ exercitus armis,
Et modò Troianis uirtus, modò crescit Achiuis,
Lætaq; per uarios petitur uictoria casus.
Hic postq̃ Danaũm lõgè cedẽtia uidit
Agmina Tidides, tumidũq; increscere Martẽ,
In medias acies quâ plurimus eminet hostis
Irruit, aduersas prosternit cæde phalãges,
Huc illuc uolat ense ferox, hastãq; coruscat.
Bellica Pallas adest, flagrãtiaq; ignibus arma
Adiuuat, atq; animos iuueni uiresq; ministrat.
Ille (boũ ueluti uiso grege sæua leæna
Quã stimulat ieiuna fames, ruit agmina cõtra
Et prostrata necat uesano corpora dente)
Sic ruit in medios hostes Calydonius heros,
Virginis armigeræ monitis & numine tutus.
Cõuersi dant terga Phryges, fugiẽtibus ille
Instat, & extinctos morientũ calcat aceruos.

Dūq; furit sternitq; uiros, uidet ecce Thoātis
Aduersō stātes furibundus in agmine natos,
Aegæū Idæūq; simul, quē cuspide præceps
Occupat antè graui, sed uulnera depulit umbo,
Vibratūq; solo ferrū stetit. haud mora, totis
Ingentem torquet Tydides uiribus hastam,
Trāsfoditq; uiri pectus: pars cuspidis antè
Eminet, & prodit scapulis pars altera fossis.
Hūc ubi fundentē calidū de pectore flumen,
Versantēq; oculos, animāq; per ora uomentem
Conspexit frater, stricto celer aduolat ense,
Germaniq; cupit fatorum existere uindex.
Sed neq; uim sæui nec fortia sustinet arma
Tydidæ, contraq; tamen defendere tentat.
Vt uolucris, decerpta sui cū corpora nati
Accipitrē laniare uidet, nec tēdere contrà,
Auxilium nec ferre suo ualet anxia nato,
Quodq; potest leuib⁹ plāgit sua pectora pēnis:
Sic hostē Idæus germani cæde superbum
Spectat atrox, miseroq; neqt succurrere fratri:
Et nisi cessisset, dextra cecidisset eadem. (des,
Nec minus in Teucros armis furit acer Atri-

Insequiturq; acies, & ferro uulnera miscet.
Obuius huic fatis ductus occurrit iniquis
Infelix Rhodius, quem uasto cuspidis ictu
Sternit, & ingenti scapulas trāsuerberat hasta.
Hinc petit Idomeū de aduersa parte ruentem
Merione satum, cuius post funera lætus
Astropio genitū Stygias dimittit ad umbras.
Merionis puerum uibrata percutit hasta,
Pergellūq; necat. uastisq; horrēdus in armis
Eurypylus gladio uenientē Herpedona fundit,
Et pariter iuuenē uita spoliauit & armis.
Parte alia uolitat sinuoso Pandarus arcu,
Tydidēq; oculis aduersa per agmina quærit:
Quē postq; uidit sternentem corpora Troum,
Horrida direxit contento spicula cornu,
Et summas humeri distrinxit acumine partes.
Tunc uerò ardescit iuuenis Calydonius ira,
In medias acies animosi more leonis
Fertur, et Ascroneū magnūq; Alpenora fundit,
Cōminus hūc gladio, iaculo ferit emin⁹ illū.
Inde premit Polydona Abāthaq; cuspide forti,
Et notū bello Xāthum, uastūq; Thoantum.

Post hos infestus Croniũq; & Scemona telo
Perturbat celeri, pariterq; ad tartara mittit.
Tu quoq; Tididæ prostratus Pãdare dextra
Occidis infelix accepto uulnere tristi:
Dextera quâ naris fronti coniungitur imæ,
Dissipat, & cerebrũ galeæ cũ parte reuulsum,
Ossaq; confossa spargit Tidideus ensis.
Iamq; manus Aeneas & Calydonius heros
Contulerant iactis inter se cõminus hastis,
Vndiq; rimabant inimico pectora ferro,
Et modò cedebant retro, modò deinde coibãt.
Postq̃ utriq; diu steterant, nec uulnera magnus
Quâ daret infesto Tidides ense uidebat,
Saxũ ingens medio quod fortè iacebat ĩ agro,
Bisseni quod uix iuuenes tellure leuabant,
Sustulit, & magno conamine misit in hostẽ.
Ille ruit prostratus humo cũ fortibus armis,
Quẽ Venus æthereas genitrix delapsa p auras
Accipit, & nigra corpus caligine condit.
Non tulit Oenides animo, nebulasq; p ipsas
Fertur, & in Venerẽ flagrãtibus irruit armis:
Et neq; quẽ demens ferro petat inspicit antè,

Cœle-

Cœlestẽq; manum mortali uulnerat ense.
Icta petit cœlum terris Citherea relictis,
Atq; ibi sidereo queritur sua uulnera Marti.
Dardaniũ Aenean seruat Troianus Apollo,
Accẽditq; animos, iterũq; ad bella reduxit.
Vndiq; cõsurgunt acies, & puluere cœlum
Conditur, horrẽdisq; sonat clamoribus æther.
Hic alius rapido deiectus in æquora curru
Cõteritur, pedibusq; simul calcatur equorũ.
Atq; alius uolucri traiectus corpora telo,
Quadrupedis tergo pronus ruit. illius ense
Deiectũ longè caput à ceruice cucurrit.
Hic iacet exanimis fuso super arma cerebro.
Sanguine manat humus, cãpi sudore madescũt.
Emicat interea Veneris pulcherrima proles,
Densaq; Graiorũ premit agmina, nudaq; latè
Terga metit gladio, funestaq; prælia miscet.
Nec cessat spes una Phrygũ fortissimus Hector
Sternere cæde uiros atq; agmina uertere Graiũ.
Vt lupus in cãpis pecudes cũ cernit apertis,
Nõ ductor gregis ipse comes, nõ horrida terret
Turba canũ, premit esuriens, & negligit oẽs,

In medios q; greges auidꝰ ruit: haud secꝰ Hector
Inuadit Danaos & territat enſe coruſco.
Deficiũt Graiorũ acies, Phryges acrius inſtãt,
Attollunt q; animos: geminat uictoria uires.
Vt uidit ſocios infeſto cedere Marti
Rex Danaũ, ſublimis equo uolat agmina circũ.
Hortatur q; duces, animos q; in prælia firmat.
Mox ipſe in medios audax ſe proripit hoſtes,
Oppoſitas q; acies ſtricto diuerberat enſe.
Vt Libycus cũ fortè leo procul agmina uidit
Læta boũ paſsim uirides errare per herbas,
Attollit ceruice iubas, ſitiens q; cruoris
In mediã erecto contendit pectore turbam:
Sic ferus Atrides aduerſos fertur in hoſtes,
Infeſtas q; Phrygũ perturbat cuſpide turmas.
Virtus clara ducis uires accendit Achiuũm,
Et ſpes exacuit languentia militis arma.
Funduntur Teucri, Danai lætantur ouantes.
Tandẽ hic Aeneam immiſſo contẽdere curru
Cõſpicit Atrides, ſtricto q; occurrere ferro
Apparat, & iaculũ quãtũ furor ipſe mouebat,
Viribus intorquet, quod depulit error ab illo

Pe-

Pectus in aurigæ, ſtomacho q; infigitur alto.
Ille ruens ictu media inter lora rotas q;
Voluitur, & uitã calido cũ ſanguine fundit.
Ingemit Aeneas, curru q; animoſus ab alto
Deſilit, & ualido Cretheona cõminus ictu
Terſilochũ q; ferit. quorũ poſt funera uictor
Paphlagonũ ductor Menelai concidit armis,
Antilochũ q; Miſon. poſt hos Iouis inclyta ꝓles
Sarpedon bello funeſto prælia miſcet.
Quẽ contra infelix nõ æquis dimicat armis
Triptolemꝰ magno ſatꝰ Hercule, ſed neq; uires
Hunc ſeruare patris, nec tot potuere labores,
Quin caderet, tenuẽ q; daret de corpore uitã.
Saucius egreditur medio certamine belli
Sarpedon. fraudis q; ſubit commentor Vlyſſes,
Et ſeptẽ iuuenũ pulcherrima corpora fundit.
Hinc pugnat patriæ culmẽ Mauortius Hector,
Illinc Tydides, ſternuntur utrinq; uirorum
Corpora per cãpos, & ſanguine prata rigãtur.
Pugnat bellipotens caſta cũ Pallade Mauors,
Ingentẽ q; mouet clypeũ, quem ſancta uirago
Egit, & extrema percuſſum cuſpide cædit,

At-

Attonitumq; simul cœlũ petere ipsa coëgit.
Hic ille æthereo queritur sua uulnera regi
Saucius, & magni genitoris iurgia suffert.
Interea magnis Atamãtem uiribus Aiax
Interimit, magnũq; petit Menelaus Adrastum,
Et trahit ad classes manibus post terga reuĩctis.
Ex hinc deducit lætos ex hoste triumphos.
Incumbunt Danai, cedit Troiana iuuẽtus,
Tergaq; nuda tegit. sensit Mauortius Hector
Pro Danais pugnare deos, ualidasq; suorum
Virginis armigeræ subduci numine uires.
Continuoq; petit muros, Hecubãq; uocari
Imperat, & diuæ placari numina suadet.
Protinus armatas innuptæ Palladis arces
Iliades subeunt, festisq; altaria sertis
Exornant, cædũtq; sacras ex more bidentes.
Dũq; preces Hecube supplex ad tẽpla Mineruæ
Pro charis natis genitrix & coniuge fundit,
Interea Glaucus stricto cõtendere ferro
Cum Diomede parat, nomẽq; genusq; rogãti
Quis sit & unde foret, magnis cũ uiribꝰ hastã
Mittere tentabat, tẽtanti Aetholius heros,

Quò

Quò ruis? exclamat, quæ te scelerate furentem
Mens agit imparibꝰ mecum cõcurrere telis? (trã
Hospitis arma uides, Veneris quæ uulnere dex-
Perculit, & summo repulit certamine Martẽ.
Pone truces animos, infestaq; tela coërce.
Post hæc inter se posito certamine pugnæ
Cõmutant clypeos inimicaq; prælia linquunt.
Colloquium petit interea fidissima coniunx
Hectoris Andromache, paruũq; ad pectora natũ
Astyanacta tenet, cuius dum maximus heros
Oscula parua petit, subitò perterritus infans
Conuertit timidos materna ad pectora uultus.
Terribilemq; fugit galeam, cristamq; micantem.
Vtq; caput iuuenis posito detexerat ære,
Protinus infantem geminis amplectitur ulnis,
Attollẽsq; manus, precor ò pater optime, dixit,
Vt meus hic pro quo tua numina natus adoro,
Virtutes patrias primis imitetur ab annis.
Hæc ait, & portis acies petit acer apertis,
Vnà deĩde Paris. postq; in certamina uentũ est,
Protinus in mediũ procedit maximus Hector,
Graiorumq; duces inuictis prouocat armis.

Nec

Quæ te terra uirum? qui te genuere parentes?
Viribus es proles generosa atq; inclyta, dixit.
At contrà refferre parat Telamonius Aiax,
Hesiona de matre uides Telamone creatum,
Nobilis illa domus fama, & generosa propago.
Hector & Hesionæ nomen casusq; recordans,
Absistamus ait, sanguis communis utriq; est,
Aiacemq; prior aurato munerat ense.
Inq; uicem, quo se bellator cinxerat Aiax
Accepit baltheum uario celamine sculptum.
Post hoc extemplo Troum Danaumq; caterua
Discedunt, cœlumq; tegit nox atra tenebris.
Implentur dapibus largis Bacchiq; liquore,
Atq; auidè placido tradunt sua corpora somno.
Postera cum primum stellas aurora fugarat,
In cœtũ uenere Phryges, tũc maximus Hector
Cum sociis memorans hesternæ funera noctis
Suadet ut inuictis Helene reddatur Achiuis,
Prædaq; quæ duros Menelai mulceat ignes.
Idq; placet cunctis. cum sæuo missus Atridæ
Pertulit Idæus Troum mandata, neq; ille
Aut animum precibus, nec dictis porrigit aures.

Vltro etiam castris Idæum excedere iussit.
Paruit hic monitis, iterũq; ad castra reuersus
Troiæ, contemptũ duro se narrat ab hoste.
Interea Danai confusi cæde suorum
Ingentes struxere pyras, collectaq; passim
Fortia tradiderant sociorũ corpora flãmis.
Tũc remouẽt fossas, & uallum robore cingũt.
Vt nitidum Titan radijs patefecerat orbem,
Cõuocat in cœtũ superos pater, & monet oẽs
Ne cõtra sua fata uelint cõtendere diui.
Ipse per æthereas cœli delabitur auras,
Vmbrosisq; simul cõcedit mõtibus Idæ:
Inde acies uidet Iliacas, dextraq; potenti
Sustinet auratas æquato pondere lances,
Fataq; dura Phrygũ, casusq; expẽdit Achiuũ,
Et Graiũ clades grauibus præpõderat armis.
Interea Danaos ingenti concitus ira
Priamides agit, & totis supereminet armis,
Vnũ quippe decus Phrygiæ turbãtur Achiui,
Doricaq; ingẽti complẽtur castra tumultu.
Hortatur socios muris incluſus Atrides,
Lãguẽtesq; animos iuuenũ in certamina firmat.

Princeps Tydides ardentibus emicat armis,
Per medios q; hostes immani turbine fertur.
Hic illi occurrit fatis Aegæus iniquis
Telũ immane manu quatiẽs, quẽ maxim⁹ heros
Occupat, & duro mediũ trãsuerberat enſe.
Hinc Phrygias acies uaſtis protectus in armis
Teucer agit, ſpargitq; leues in terga ſagittas,
Coriſiona ferum letali uulnere fundit.
Mox alias acies petit, aurigamq; ſuperbi
Hectoris obtruncat. quẽ ſaxo Troius heros
Occupat, excuſſoq; incautũ proterit arcu.
Aſt illum fidi rapiunt de cæde ſodales,
Proſtratũq; leuãt. ruit undiq; turbid⁹ Hector,
Aduerſasq; acies infeſta cuſpide terret.
Sed rurſus Danai turbati cæde ſuorum
Cõcurrunt, iterũq; leues in caſtra cateruæ
Cõfugiunt, portasq; obiecto robore firmant.
At Phryges obſidunt incluſos aggere Graios,
Excubijsq; premũt muros, flãmisq; coruſcant.
Cætera per campos ſternit ſua corpora pubes,
Indulgentq; mero, curas animosq; reſoluunt.
Attoniti Danaũm proceres diſcrimine tanto

Nec

Nec dapib⁹ releuãt animos, nec corpora curãt,
Sed miſeri ſua fata gemũt. mox hoſte repulſo
Legatos mittunt, dextramq; hortãtur Achillis,
Vt ferat auxilium miſeris. Theteius heros
Nec Danaũ capit aure preces, nec munera regis
Vlla referre cupit. nõ illum redditus ignis,
Aut intacta ſuo Bryſeis corpore mouit,
Irrita legati referunt reſponſa Pelaſgis,
Et dapibus curant animos, leniq; ſopore
Alterius noctis tardè labentibus aſtris.
Reſtabatq; ſuper tacitæ pars altera noctis
Tunc Danaũm iuſſu caſtris Aetholius heros
Egreditur, ſociumq; ſibi delegit Vlyſſem
Qui ſecum tacito ſublustri noctis in umbra
Scrutetur ſtudio quæ ſit fiducia Troum.
Quid ue agitẽt, quãtas ue parẽt ĩ prælia uires.
Dũq; iter horrendũ loca per mõtana uagantes
Carpebãt, uenit ecce Dolon, quẽ Troica pubes
Miſerat, ut Danaũ ſolerti pectore uires
Aſpiceret, ſenſusq; ducũ plebiſq; referret.
Quẽ procul ut uidit ſocius Diomedis Vlyſſes,
Abdiderant occultantes ſua corpora furtim

In denſos frutices, ut ſpe percuſſus inani
Troianus iuuenis curſu præcederet illos,
Ne facilè oppreſſus greſſum in ſua caſtra referet
Poſt ubi trãſierat fidẽs aĩoq; manuq;, (ret.
Proſiluere uiri, iuuenẽq; euadere curſu
Conantẽ capiunt, ferroq; manuq; minãtur.
Ille timore pauens, uitam cõcedite, dixit,
Hoc unum ſatis eſt: quòd ſi perſtatis in ira,
Quãta ex morte mea capietis præmia laudis?
At ſi cur ueniã tacitis exquiritis umbris,
Maxima Troia mihi currũ promiſit Achillis,
Si ueſtras cepiſſet opes. hæc dona ſecutus,
In dubios caſus, coràm quos cernitis ipſi,
Infelix cecidi. nunc uos per numina diuûm,
Per mare, per Ditis fluctus obteſtor opaci,
Ne rapere hanc animã crudeli cæde uelitis.
Hæc pro conceſſa referetis dona ſalute,
Cõcilium Priami regis, remq; ordine gentis
Expediã Phrygiæ. poſtq; quid Troia pararet
Cognouere uiri, fauces mucrone recluſo
Detrudunt iuueni. poſt hæc tentoria Rhœſi
Intrant, atq; ipſum ſomno uinoq; ſepultum

Ob-

Obtruncãt, ſpoliãtq; uiros, fuſosq; per herbam
Exanimãt ſocios. tunc triſti cæde peracta
Præda humeros onerant, multo cãdore nitẽtes
Rhœſi uentigenas ſecum adduxere iugales.
Thraces equos rapiũt, quos nec præcedere uen
Nec poſſet uolucri curſu ſuperare ſagitta. (to,
Inde iterum Argolicas primæ ſub tẽpore lucis
Ad claſſes redeunt, quos Neſtoris accipit ætas
Ac recipit portis. poſtq; ſua caſtra tenebant,
Facta duci referunt: laudat Pelopeius heros,
Feſſaq; iucundæ tradunt ſua membra quieti.
Lux exorta uiros in priſtina bella remiſit,
Inſtaurantq; animos recreato milite pugnæ
Dardaniũ Danaũq; duces, uolat undiq; nubes
Telorũ, & ferro ferrũ ſonat. undiq; mixtis
Inter ſe ſtrident mucronibus, inſtat utrinq;
Denſa acies, mixtusq; fluit cũ ſanguine ſudor.
Tandem feruẽti Danaûm rex concitus ira
Antiphonẽ ingenti proſtratũ uulnere fundit,
Teſſandrũq; ſimul, fratrẽq; ad bella ruentem
Hippolytũ, poſt hos gladio petit Amphimodõta.
Is fratris dextram gladio ferit, ille dolore

 Acrior

Acrior accepto, fugientem Anthenore natum
Persequitur, traxitq; ferox cũ uulnere pœnas.
Hector tunc pugnæ subit acri concitus ira
Priamides, mox perculsos agit undiq; Graios
Nec Paris hostiles cessat prosternere turmas,
Eurypyliq; femur contento uulnerat arcu.
Incumbunt Troes, fugiunt in castra Pelasgi
Viribus exhaustis, & uastis undiq; firmant
Obicibus muros, saxo Mauortius Hector
Perfringit portas, ferrataq; robora laxat.
Irrumpunt aditus Phryges, atq; in limine primo
Restantes sternunt Graios, ualloq; cateruas
Disturbant, alij scalas in mœnia ponunt,
Et iaciunt ignes, geminat uictoria uires.
De muris pugnant Danai, turresq; per altas
Saxa uolant, subeunt facta testudine Troes,
Ascenduntq; aditus, & totis uiribus instant.
Turbati fugiunt omnes in castra Pelasgi
Et scandunt puppes, instat Troiana iuuentus
Telaq; crebra iacit, resonat clamoribus æther.
Neptunus uires Danais animumq; ministrat,
Pugna ingens oritur, furit istinc hostis et illinc,

Dextraq;

Dextraq; Idomenei cadit Asius. Hector atrocẽ
Amphimachũ obtrũcat, necnõ incũbit in armis
Anchisæ gener Achatius, quem fuderat ense
Magnanimus ductor Rhodius, tunc feruidus ira
Deiphobus ferit Ascalaphũ mergitq; sub undas.
Hector ubiq; ferus uiolento pectore sæuit,
Quem saxo ingenti percussum maximus Aiax
Depulit, & toto prostratum corpore fudit.
Concurrit Troiana manus, iuuenẽq; uomentem
Sanguineos fluctus, Xanthi lauere fluentis.
Inde iterũ ad pugnam redeunt, fit maxima cædes
Amborum, & manat tellus infecta cruore.
Polydamas ualido Protenora percutit ictu,
Amphilochũq; Antenoriden Telamonius Aiax,
Bethæũq; Athamas, Promachũ quoq; sternit atro
Penelei dextra, inde cadit Priameia pubes. (cẽ
Acrius insurgunt Troes ad Achaica bella,
Instaurantq; manus, cedit Pelopeia uirtus
Pulsa metu, uallumq; & muros aggere septos
Transiliunt, alij fossas uoluuntur in ipsas.
Aduolat interea Danaũ metus impiger Hector,
Confugiunt iterũ ad classes Agamemnonis alæ,

Atq; inde aduersis propellunt uiribus hostẽ.
Fit pugna ante rates. sæuit Mauortius Hector,
Et poscit flãmas, totãq; incẽdere classem
Apparat. huic ualidis obstitit uiribus Aiax
Stans celsa in puppi, clypeoq; incẽdia sæua
Sustinet, & solus defendit mille carinas.
Hinc iaciunt Danai robustæ cuspidis hastas,
Illinc ardentes tædas Phryges undiq; iactant.
Per uastos sudor pugnantũ defluit artus.
Nõ ualet ulterius cladẽ spectare suorũ
Patroclus, subitoq; armis munitus Achillis
Aduolat, & falsa conuertit imagine Troas.
Qui modò turbabãt Danaos animoq; fremebãt,
Nũc trepidi fugiunt. fugiẽtibus imminet ille,
Perturbat uelox acies, uastiũq; per agmen
Fertur, & ingẽti Sarpedona uulnere fundit.
Et nunc hos gladio, nunc illos proterit arcu,
Prælia q; horrẽdi sub imagine uersat Achillis.
Quẽ postq; socias miscentẽ cæde cateruas,
Turbantemq; acies respexit feruidus Hector,
Tollit atrox animos, uastisq; immanis in armis
Occurrit contrà, magnoq; hũc increpat ore:

Huc

Huc agè nũc cõuerte gradũ fortissime Achilles,
Iam nosces ultrix quid Troiæ dextera possit,
Et quãtum in bello possit fortissimus Hector.
Nã licet ipse suis Mauors te protegat armis,
Inuito tamẽ hæc perimet te dextera Marte.
Ille silet, spernitq; minas animosq; dicta,
Vt quẽ mentitur uerus credatur Achilles.
Tunc prior intorquet collectis uiribus hastã
Priamides, quã prolapsam celeri excipit ictu
Patroclus, redditq; uices & mutua dona.
Obijcit & saxũ multo cũ põdere missum,
Quod clypeo excussum uiridi tellure resedit.
Tũc rigidos stringũt enses, & cõminus arma
Inter se miscent, donec Troianus Apollo
Mentitos uultus simulati pandit Achillis,
Denudatq; uirum. quẽ bello maximus Hector
Pugnãtem falsis postq; deprendit in armis
Irruit, & iuuenem nudato pectore ferro
Traijcit, & uictor Vulcania detrahit arma.
Vendicat extincti corpus Telamonius Aiax,
Oppositoq; tegit clypeo. Priameia pubes
Lætitia exultat, Danai dum funera mœrent.

Interea iuuenis triſti cum pube ſuorum
Teſtorides in caſtra gerit miſerabile corpus.
Tunc ut Pelidæ rumor diuerberat aures,
Palluit infelix iuuenis, calor oſſa reliquit,
Triſtia membra ſimul materno nectit amictu
Deflens Aeacides triſti de cæde ſodalis,
Vnguibus ora ſecat, cõptos in puluere crines
Deformat, ſcindit firmas de pectore ueſtes,
Et ſuper extincti proſtratus mẽbra ſodalis
Crudeles fundit queſtus, atq; oſcula figit.
Mox ubi depulſi gemitus lachrymæq; quierũt,
Triſtis ait, iam iamq; meo cruciabere ferro,
Non impune mei lætabere cæde ſodalis
Hector ait, magnoq; meo uiolente labore
Perſolues pœnas, atq; iſtis uictor in armis
In quibus exultas, fuſo moriere cruore.
Poſt hoc accenſus furijs decurrit ad æquor,
Fortiaq; arma Thetim ſupplex rogat. illa relictis
Fluctibus auxiliũ Vulcani protinus orat.
Excitat Aethnæos calidis fornacibus ignes
Mulciber, & ualidis fuluũ domat ignib. aurũ.
Mox effecta ferens diuinis artibus arma

Euo-

Euolat ad Thetidem. quæ poſtq̃ magnꝰ Achilles
Induit, in clypeũ uultus conuertit atroces.
Illic ignipotens mundi cælauerat axem,
Sideraq;, et liquidas redimitas undiq; Nymphas.
Fecerat & mira liquidas Nereidas arte,
Oceanũ, terras, & cinctum Nerea circùm.
Annorũq; uices, diuerſaq; tempora noctis,
Quattuor & mũdi partes, quãtũ Arcton ab Au
Et quãtũ occaſus roſeo diſtaret ab ortu, (ſtro,
Lucifer unde ſuis, unde Heſperus, unus uterq;
Exoriatur equis, quantũ uel in orbe mearet
Luna caua, & nitida luſtraret lampade terras.
Addideratq; freto ſuo numina, Nerea magnũ,
Oceanũq; ſenem, ×uertentẽ Prothea ſemper, nec eũdẽ
Tritonesq; feros, & amãtem Dorida fluctus.
Terra gerit ſyluas, horrendaq; mõſtra ferarũ,
Fluminaq;, & montes, cũq; altis oppida muris,
In quibus exercent leges animoſaq; iura
Certantes populi. ſedet illic æquus utriq;
Iudex, & litem diſcernit fronte ſerena.
Parte alia caſtæ reſonant Pæana puellæ, (ſat,
Dãtq; choros molles, hæc dextra tympana pul-

Ulla

Illa lyræ graciles extenſo pollice chordas
Percurrit, ſeptẽq; modis modulatur auenis.
Carmina cõponunt mundi reſonãtia motum,
Rura colunt alij, ſulcant grauia arua iuuenci,
Maturasq; metit robuſtus meſſor ariſtas,
Et gaudet preſsis immundus uinitor uuis.
Tõdent prata greges, pendẽt in rupe capellæ,
Hic intermedius ſtabat Mars aureus armis,
Atropos hunc circũſtabat, reliquæq; ſorores
Sanguineis mœſtæ Cloto Lacheſisq; capillis.
Talibus ornatus donis Thetydeius heros,
In medias acies immani turbine fertur.
Cui uires præbet caſta cũ Pallade Iuno,
Dãtq; aïos iuueni. uidet hũc Citherei⁹ heros,
Occurritq; uiro, ſed nõ cum uiribus æquis,
Aeacidæ nec cõpar erat, tamen ira coẽgit
Conferre inuictis iuuenẽ cum uiribus arma.
Quẽ niſi ſeruaſſet magnarũ rector aquarum,
Vt profugus lætis Troiã repararet in armis,
Auguſtũq; genus claris ſubmitteret aſtris,
Non claræ gentis nobis manſiſſet origo.
Inde agit Aeacides infeſta cuſpide Teucros,

Ingentemq; manũ proſternit cæde uirorum
Sanguinis Hectorei ſitiens. at Dardana pubes
Confugit ad Xãthi rapidos perterrita fluctus,
Auxiliumq; petit diuini fluminis. ille
Inſtat, & in medijs pugnatur gurgitis undis.
Ira dabat uires, tinguntur ſanguine ripæ,
Sparſaq; per totos uoluũtur corpora fluctus.
At Venus & Phrygiæ gẽtis tutator Apollo,
Cogũt in Danaos Xanthi conſurgere fluctus,
Vt fera terribili miſcentẽ prælia dextra
Obruat Aeacidẽ, qui protinus undiq; totis
Impediatur aquis. ſed uaſto gurgite præceps
Voluitur, atq; uirũ terrentibus impedit undis,
Prætenditq; gradus. ille omni corpore ſæuas
Cõtra pugnat aquas, aduerſaq; flumina rũpit,
Et modò diſiectis humeris, modò pectore uaſto
Propellit fluctus, quẽ longè prouida Iuno
Admonuit rapidæ quo cederet ictibus undæ,
Sanctaq; pugnarũt inter ſe numina diuũm.
Rurſus agit Phrygias ingenti cæde cateruas
Horridus Aeacides, belliq; ardore reſumpto
Funereas acies horrendaq; prælia miſcet.

Non illum uis ulla tenet, non sæua fatigant
Pectora pugnando, uires successus adauget.
Perculsi dubitant trepida formidine Troes,
Atq; inter muros exhausta penè salute
Confugiunt, portasq; obiecto robore firmant.
Vnus tota salus in quo Troiana manebat,
Hector adest, quẽ nõ duri timor undiq; Martis,
Nec patriæ tenuere preces, quin obuius iret
Et contra magnum contendere uellet Achillẽ.
Ante oculos subitò uisa est Tritonia Pallas.
Quem procul ut uidit tectũ cœlestibus armis,
Pertimuit, clausisq; fugit sua mœnia circum
Infelix portis. sequitur Thetydeius heros
In somnis ueluti cum pectora terruit ira.
Hic rursus super insequitur, fugere ille uidetur,
Festinantq; ambo: gressum labor ille moratur,
Alternis poterant insistere cœpta periclis,
Nec requies aderat, furor undiq; concitat iras.
Spectant de muris miseri sua fata parentes,
Pallẽtemq; uident supremo tempore natum,
Quem iam summa dies suprema luce premebat.
Huic subitò ante oculos similis Tritonia fratri

Occur-

Occurrens iuuenem simulato decipit ore:
Nam nunc Deiphobi tutum se credidit armis.
Trãstulit ad Danaos iterum sua numina Pallas.
Concurrunt iactis inter se comminus hastis
Inuicti iuuenes, hic uastis intonat armis,
Ille hostẽ ualidũ nequicquam umbone repellit,
Alternisq; ferox mutat congressibus ictus.
Sudor agit riuos, ensem terit horridus ensis,
Collatusq; hæret pede pes, & dextera dextræ.
Interea ualidam Thetydeius extulit hastam,
Inq; uirum magnis emissam uiribus egit.
Quam pòst elapsam uitauit callidus Hector.
Exclamant Danai. contrà Priameius heros
Vibratum iaculum Vulcania torquet in arma.
Nec successus adest, nã duro inflectitur auro:
Dissiluit mucro, gemuerunt agmina Troum.
Concurrunt iterum collatis fortiter armis,
Inq; uicem strictos commutant cõminus enses.
Nec sufferre ualet ultra sortemq; supremam
Horruit instantem defectis uiribus Hector.
Dumq; retrocedit fraternaq; fessus in armis
Respicit auxilia, & nullam uidet esse salutem,

Sen-

Sensit adesse dolos. quid agat? quæ numina sup-
Inuocet? in toto lãgues cũt corpore uires (plex
Auxiliumq; negant, retinet uix dextera ferrũ,
Nox oculos inimica tegit, nec subuenit ullum
Defenso auxilium, pugnat moriturus, & altos
Corde premit gemitus. instat Nereius heros,
Turbatũq; procul premit undiq;: tũc iacit hastã
Et medias rigida transfixit cuspide fauces.
Exultant Danai, Troes sua funera deflent.
Tunc sic amissis infelix uiribus Hector,
En concede meos miseris genitoribus artus,
Quos pater infelix multo mercabitur auro:
Dona feres uictor. Priami nunc filius oro,
Te Priamus dux ille ducũ, quem Græcia solũ
Pertimuit. si nec precibus, nec munere uictus,
Nec lachrymis miseri, nec clara gẽte moueris,
Adflicti miserere patris, moueat tua Peleus
Pectora, pro Priamo: pro nostro pignore, Pyr-
Talia Priamides. cõtra quẽ dur⁹ Achilles, (rh⁹,
Quid mea supplicib⁹ tẽtas inflectere dictis
Pectora? quẽ possem discerptũ more ferarum,
Si sineret natura, meis absumere malis.

Te

Te uerò tristes q; feræ, cunctæq; uolucres
Diripient, auidiq; canes tua uiscera pascẽt.
Hæc ex te capient Patrocli gaudia manes,
Si capiũt umbræ. dũ talia magnus Achilles
Ore truci iactat, uitam miserabilis Hector
Reddidit. hũc animo nõdum satiatus Achilles
Alligat ad currũ, pedibus q; exãguia membra
Ter circũ muros uictor trahit, altius ipsos
Fert domini successus equos. tũc maxim⁹ heros
Detulit ad Danaos fœdatum puluere corpus.
Lætantur Danai, plãgunt sua funera Troes,
Et pariter captos deflent cũ funere muros.
Interea uictor defletum corpus amici
Funerat Aeacidas, põpas q; ad funera ducit.
Ter circa tumulũ miseros rapit Hectoris art⁹,
Et uarios cineri ludorũ indicit honores.
Tydides Tirisum cursu, pedibus q; ferocẽ
Merionem superat, luctando uincitur Aiax,
Cuius decepit uires Laërtius astu.
Cæstibus aduersis cũctos superauit Ephœbus,
Et disco fortis Polibætes depulit omnes,
Merionesq; arcu. tandẽ certamine misso

In ſua caſtra redit turbis comitatus Achilles.
Flẽt miſeri amiſſũ Phryges Hectora totaq; mœ
Troia ſonat plãctu, fũdit miſerãda querelas (ſto
Infelix Hecube, ſæuisq; arat unguibus ora,
Andromacheq; ſuas ſcindit de pectore ueſtes
Heu tanto ſpoliato uiro. ruit omnis in uno
Hectore cauſa Phrygũ, cecidit defecta ſenectꝰ
Adflicti miſerãda patris, quem nec ſua cõiunx
Turbaq; natorũ, nec magni gloria regni
Oblitum tenuit uitæ, quin iret inermis
Et ſolum inuicti caſtris ſe redderet hoſtis.
Mirantur Danaûm proceres, miratur & ipſe
Aeacides animũ miſeri ſenis. illa trementes
Affuſis genibus tendẽs ad ſidera palmas,
Hæc ait: O Graiæ gentis fortiſsime Achilles,
O regnis inimice meis, te Dardana ſolum
Victa tremit pubes, te ſenſit noſtra ſenectus
Crudelẽ nimiũ. nunc ſis mitiſsimus oro,
Et patris adflicti genibus miſerere precantis,
Donaq; quæ porto miſeri pro corpore nati,
Accipias: ſi nec precibus, nec flecteris auro,
In ſenis extremos tua dextera ſæuiat annos,

Sal

Saltem ſæua pater comitabor funera nati.
Nec iam uita mihi magnos cõcedit honores,
Sed funus crudele meũ. miſerere parentis,
Et pater eſſe meo mitis de * funere diſce. corpore
Hectoris interitu uicisti Dardana regna,
Vicisti Priamũ. ſortis reminiſcere uictor
Humanæ, uariosq; ducũ tu reſpice caſus.
His tandẽ precibus motus grãdæuꝰ Achilles
Alleuat à terra, corpusq; exangue parenti
Reddidit Hectoreũ. poſt hæc ſua dona reportat
In patriã Priamus, triſtesq; ex more ſuorum
Cõparat exequias, ſupremaq; funera ducit.
Tũc pyra cõſtruitur, qua bis ſex corpora Troũ,
Quadrupedes addũtur eis, currusq; tubæq;,
Et clypei galeæq; graues * argutaq; tela. Arguaq;
Hæc ſuper ingenti gemitu cõponitur Hector.
Stãt circũ Iliades matres, manibusq; decoros
Abrũpunt crines, laniataq; pectora tundunt:
Illo nanq; rogo natorum funera cernunt.
Tollitur & iuuenũ magno cũ murmure clamor
Flebilis, ardebat flãma nanq; Ilion illa.
Inter quos gemitus laniato corpore cõiunx

Aduolat Andromache, mediosq; immittere in
Se cupit Astyanacta tenẽs, quã iussa suo- (ignes
Tristis turba rapit. cõtrà tamen usq; resistit, (rũ
Donec collapsæ ceciderũt robora flãmæ,
Inq; leues abijt tantus dux ille fauillas.
Tu iam siste gradũ, finẽq; impone labori
Calliope, uatisq; tui moderare carinam,
Quẽ cernis paucis stringentẽ littora remis.
Iamq; tenẽs portum metãq; patentis Homeri
Pieridũ comitata cohors, submitte rudentes.
Sanctaq; uirgineos lauro redimita capillos,
Ipsa tuas depone lyras, ades inclyta Pallas.
Tuq; faue cursu uatis iam Phœbe peracto.

HOMERICAE ILIADOS EPI
TOMES PER PINDARVM THE
banum finis.

HOMERICAE ILIADOS LIBER PRIMVS, VINCENTIO Obsopœo interprete.

DIC dea pestiferam Pelidæ principis iram,
Quæ dedit innumeros Danais inimica dolores,
Et quæ non paucas heroũ tradidit orco
Illustres animas: quorum laniata uoraces
Mẽbra canes, auidas etiã pauere uolucres:
Tẽpore quo primũ discordi pectore litem
Cum magno Atrides durã suscepit Achille.
Ergo quo tandem cõmissi numine Musa

Tantis certarunt odijs heroês Achiui?
Hoc dea Latone, hoc fecit Ioue natus Apollo.
Quippe ille iratus, regiq; infensus Atridæ
Graiorũ dira compleuerat agmina peste,
Propter sacrifici despecta precamina Chrysæ
Quẽ ductor Danaũ indignè tractarat Atrides.
Quandoquidẽ celeres naues accessit Achiuũ
Munera pro nata redimenda ingentia portãs,
Atq; tenens manibus Phœbeas ille coronas
Vnà cum sceptro cunctos orabat Achiuos.
Supplice præcipuè reges est uoce precatus
Vtroq; Atridas: Vobis ò inclyti Atridæ
Ac alij quotquot classe huc uenistis Achiui,
Dent superi Troiæ subuersis mœnibus urbis
Felicẽ in patriã reditũ, uentosq; secundos.
At uos accepto precio mihi soluite natam
Dilectã, magni reuerentes numina Phœbi.
Omnibus hic una placuit tunc uoce Pelasgis
Esse sacerdotẽ Phœbi reuerẽter habendum,
Claraq; pro capta dona accipienda puella.
At non hæc animo placuit sententia Atridæ,
Sed malè dimittens duro sermone minatur

Ille

Ille sacerdoti Tymbræi templa colenti:
Ne te effœte senex Troiano in littore iuxta
Naues Argolicas offendã fortè memento,
Aut nũc cunctantẽ, uel cras huc rursus euntẽ.
Non erit auxilio sceptrũ Phœbiq; corona.
Sacra tibi dabitur per me tibi filia nunquam
Libera seruitio, prius hanc q̃ tarda senectus
Aedibus in nostris patrijs à finibus actam
Curuarit gracili texentem stamine telam,
Participemq; tori nostri, sociãq; cubilis.
Ergo hinc tolle gradũ, nec me uerbose lacessas,
Vt possis iterum tua tecta reuisere sospes.
Sic ait. attonitus tali sermone sacerdos
Mente pauens cessit dictis iræq; minaci.
Moxq; per undisoni uadebat littora Ponti
Voce silente senex, ac Phœbo multa seorsim
Vota facit regi Latoo sanguine creto:
Phœbe tuas aures fac uerba precãtia tangant,
Qui Chrysæ Cillæq; geris pater optime curã,
Et clarã Tenedõ sceptri grauitate gubernas.
O' Smintheu, si grata tibi de marmore templa
Cõstruxi solido quõdam, si pinguia sacris

Delie crura tuis adoleui altaribus unq̃
Taurorũ, neq; nõ cæsarũ fortè caprarum,
Da pater hoc potiar concesso maxime uoto,
Vt nostras lachrymas rapta pro uirgine fusas
Dorica fatiferis persoluant agmina telis.
Sic ait, orantẽ properè exaudiuit Apollo.
Nec mora, stellifero ueniẽs descẽdit Olympo.
Flãmato magnũ uoluens sub corde furorem,
Ex humeris arcũq; ferẽs tectãq; pharetram.
Tum quoties gradiẽs se iratũ fortè mouebat,
A' tergo toties clausæ sonuere sagittæ.
Ille ergo compar nocti incedebat opacæ
Ac tandem à ratibus ripa consedit in alta:
Mox telum adducto uelox intorsit ab arcu,
Vnde emissa graui sonuit stridore sagitta.
Primùm letiferis petijt deus agmina telis
Mulorum atq; canũ, tandẽ discrimine nullo
Ipsos Argolicos iaculis inuasit acerbis.
Crebris ergo rogis ardebant funera nigræ
Missa neci, per tela dies nam dura nouenos
Dorica Phœbeæ turbabant castra pharetræ.
Ast ubi iam decimæ lux est exorta diei,

Con-

Concilium populi fortis collegit Achilles,
Admonitu tactus magnæ Iunonis amico.
Nãq; hæc sollicita morientes mẽte Pelasgos
Curabat, cunctis pleno quibus undiq; cœtu
Collectis surgẽs pedibus nõ segnis Achilles,
Talia maturis dictis est uerba profatus:
Censeo nunc iterũ Danaos Atrida retrorsum
Turgida uelifera mensuros æquora classe,
Actos per tumidas uarijs erroribus undas.
Non alia est nobis concessa occasio mortis
Vitãdæ, parili nunc Mars & pestis Achiuos
Absumunt leto. uatis responsa petenda,
Aut sunt sacrifici quærenda oracula nobis,
Aut agè Oniropolon poscas, cui somnia parẽt,
(A' Ioue nam ueniunt obscuræ somnia noctis)
Qui gnarus nobis exponat Apollinis iram
Conceptam ex sacris forsan nõ ritè solutis:
Num satur agnorũ uelit aut nidore caprarũ
A' nobis miseram placidus depellere pestem.
His dictis sessum magnus cõcessit Achilles.
Quẽ post surrexit collectos inter Achiuos
Calchas Testorides Danaũ celeberrimꝰ augur, Calchas.

Qui cũ præteritis callens præsentia rebus,
Norat quid ferrẽt secum quoq; fata futura.
Tũc etiã instructis ratibus comitatus Atridas
Dux fuit Argiuis Troiana ad mœnia propter
Notitiã augurij, quo munere Phœbus Apollo
Donarat uatẽ præclaro Testore natum.
Ergo in concilio sic est exorsus Achiuis.
Vt tibi Apollinei memoretur causa furoris,
Imperio mandas nobis illustris Achille.
Hãc nõ inuita referã tibi mente, uicissim
Si iuratus opem nobis promiseris ipse
Dictis ac manib⁹ prõptum te uelle tueri
Me uatẽ: quoniã, si non sententia ludit
Vana meam mentẽ, cõmota bile tumebit
Iratus cunctos dominans hic inter Achiuos,
Et cuius iussu Danai mandata capessunt.
Iam plus sceptrigeri ualet alta potẽtia regis,
Prosequitur quoties feruenti pectoris æstu
Sorte minore uirũ. q̃uis ad tempus atrocem
Lenito stomacho placidè cõcoxerit iram:
Pòst tamẽ accensis redit in præcordia flãmis
Iraterũ: quæ non, nisi sit sese ulta, quiescit.

Dic

Dic ergo num sis nos defensurus Achille?
Talib⁹ huic contrà dictis respondit Achilles:
Eloquere audaci conceptas pectore sortes,
Ac nobis quæcunq; tenes præsaga Pelasgis
Verba refer posito uates uenerande timore.
Per tua fatidici iuro tibi numina Phœbi,
Cui tu uota uouens nobis oracla retexis,
Dum mea uita mihi fato tardante superstes
Manserit auricomi cernẽti lampada solis,
Nemo te manibus temerè uiolabit adortus
Vim faciẽs Danais ex oĩbus inclyte Calcha:
Non si uoce tua fuerit perstrictus Atrides,
Qui proceres cunctos hic se præcellere iactat.
Tum confirmatus fidenti pectore uates
Integer his dictis fortẽ compellat Achillem:
Haud neglecta deo cõmouit uictima mentẽ,
Nec cupit iratus taurorũ sanguine centum
Splẽdida per proceres Danaos sibi sacra parari.
Propter sacrifici sortẽ stomachatur iniquam,
Quem rex dimisit spretũ petulanter Atrides,
Nec precio accepto properauit soluere natã.
Propterea miseros afflixit peste Pelasgos.

Est

Est mala mortiferis etiã insuper ille daturus
Plura suis telis, sed nec contagia morbi
Tollet pestiferi dextra capiente quietem,
Antè nisi charo reddatur filia patri
Non empta, & nullo precio dimissa puella,
Ac mox in Chrysen fuerit perducta Hecatõbe.
Munere quo sanctas ubi placauerimus aras,
Spes erit adiutos reualescere posse Pelasgos.
His dictis uates arrepta sede quieuit.
Post hũc exilijt ira inflãmatus Atrides
Militis Argolici princeps Agamẽno, furore
Intima succenso plenus præcordia, & illi
Vtraq; terribili fulgebant lumina flãma.
Ac primũ dictis Calchanta inuasit acerbis:
Improbe nil sanũ solitus prædicere uates,
Grata tuæ semper mala sunt præsagia menti.
Qualia terrifico respondes ore rogatus,
Tempore non ullo felicia dicta dedisti,
Nec manib⁹ nec uoce ualẽs, sed inutile põdus.
Vt nunc cõfirmas præsaga mente Pelasgis,
Scilicet hos Danais Phœbũ immisisse dolores,
Pro pulchra quoniã Chryseide splẽdida dona

Sumere noluerim, postq; retinere Mycenis
Aedibus in nostris statui uice cõiugis illam.
Quippe Clytẽnestræ haud mihi postponẽda ui
Vxori q̃uis teneræ, florẽtibus annis: (detur,
Qua nõ corporeis mẽbris, nõ indole uirgo
Ipsa est inferior, nec mẽte, nec arte Mineruæ.
Attamẽ hanc rursus tristi uolo reddere patri.
Quandoquidẽ hoc uideo factu præstãtius esse.
Nam cupio populi potius seruire saluti,
Quàm quòd pestifera pereat sic morte nec⁹,
At uos q̃primum nobis donũ ite parantes,
Ne rex solus ego reliquos hic inter Achiuos
Indonatus agã: quod q̃ sit nostis iniquum.
Vnde mihi ueniat confectum munus Achiui,
Actutum uobis, uelut impero, quærite cuncti.
Talibus huic cõtrà dictis respõdit Achilles:
Atrida princeps longè cupidissime rerum,
Quod tibi magnanimi præstabũt mun⁹ Achiui?
Nusquam scimus opes cõmunes esse repostas.
Nã quæ direptis lucrati ex urbibus huc nos
Attulimus, dudum iam sunt diuisa Pelasgis:
Nec decet hæc Danaos iterũ collecta referre.

Quocirca hanc Phœbo pacatus mitte puellam,
Quã nos muneribus quõdã pensabimus amplis,
Quando Dardaniam nobis Saturnius urbem
Iuppiter infestis dederit subuertere telis.
Talibus hunc contrà dictis cõpellat Atrides:
Hoc equidem nunq̃, quamuis sis fortis Achille,
Concipias animo: nec enim me uincere tali
Fraude potes, nec me compto sermone mouebis,
An cupis, ut postquam donis sis ipse potitus,
Rector ego populi sedeam sine munere solus?
Insuper hanc mandas me irato reddere Phœbo.
Ni mihi magnanimi dederĩt cito munus Achilli,
Quod placeat, quod sit regali nomine dignum,
Debita cessantes quòd si mihi dona negarint,
Fraudatus læsos ueniam ipse ulturus honores.
Aut tu deinde tuis per me priuabere donis,
Siue suis Telamone satus spoliabitur Aiax,
Siue suis Ithacæ saxosæ rector Vlysses.
Ille dolens equidem tumida stomacha bitur ira,
Cuius ego intrabo subitis tentoria plantis.
Ista tamen melius pòst discutienda resumam.
Nunc agè pontigradam collecto remige puppim
Aptemus,

Aptemus, qua cum Chryseide sacra ferantur
In Chrysen, unusq; ducum comitetur euntem,
Aut Aiax, aut Idomeneus, aut acer Vlysses,
Aut tu Pelida, quo non immanior alter,
Vt Phœbea pijs placentur numina sacris.
Hũc toruè intutus sic cõtrà affatur Achilles:
Heu mihi perfricto nimium temerarius ore,
Quàm tua corda tumẽt fœdũ spirãtia lucrũ. (uũ
Quis'nã ꝓmpto animo tua dicta capessat Achi-
Certũ ut uadat iter? seu iussos pugnet in hostes,
Martia magnanima subiens discrimina dextra?
Nõ ego belligeros huc propter Troas in armis
Cõcessi auxilium bello laturus Achiuis:
Nulla quia læsit nos unq̃ iniuria Troum.
Nunq̃ per Phrygios nobis subducta latrones
Sũt armẽta boũ, nec equos mihi Teucer abegit,
Pinguia nec patriæ succensis frugibus arua
Vastarunt nostris Phrygij cultoribus hostes.
Plurima nam medio sunt interiecta, peralti
Montes, ac tumidi resonantia flumina ponti.
Atqui nos ingrate sumus tua signa secuti,
Quò lætus tacita sentires gaudia mente,

Dum

Dum te germanũq; tuũ dignamur honore.
Tu tamẽ his cunctis nequaq; ingrate mouere,
Irrita sed nostri tibi sunt benefacta laboris.
Nunc etiam nobis truculenta uoce minaris
Dona erepturũ, quæ multo parta labore
Possideo, et nostra est donata hoc munere uirtꝰ,
Nunq; æquale tibi, nunq; par munus habebo,
Hostilem quando subuersis mœnibus urbem
Diripient Danai succensam Marte secundo.
Semper ego uarij grauiora pericula belli
Præ cunctis subeo, maiusq; interritus hasta
Martis opus tolero pugnando cõminus hosti.
Porrò ubi iam partæ Danais sunt præmia palmæ
Distribuenda, tibi longè maiora quieto
Munera dãtur, ego modico cõtentus Achiuas
Accedo naues, ubi iam sum fessus & æger
Aduersus Teucros pugnãdo gnauiter hostes.
Nunc quoniã uideo longè consultius esse
Vt patrias repetam rostratis nauibus oras,
Classe petã Phrygio deserto littore Phthiam.
Nec te cẽsemus, nisi me fortè omnia fallãt,
Spreti quantumuis immensos æris aceruos

Na-

Nacturum certis opibus sub Marte paratis.
Talibus huic cõtrà respõdit rex Agamemnõ:
Quòd si tãta fugæ te cepit Achille cupido,
Tolle moras, ac te fugitiuum trade marinis
Fluctibꝰ. haud ego te supplex me ꝓpter inertẽ
Orabo ut maneas. alij sunt deniq; mecum
Argolici proceres ꝑ quos dignabor honore,
Præcipuè superum rector Saturnia proles.
Regibus è cunctis non est inuisior alter
Te mihi. cui semper discors cõtẽtio cordi est.
Quẽ nisi pugna iuuat, cui sunt nisi prælia grata
Inuicto reliquos si uincis robore Graios,
Ne cõcessa Iouis tollant tibi munera cristas.
Quin tu cũ socijs instructa classe profectus
In patriã tractas regnando sceptra tuorum
Myrmidonũ, princeps solio sublimis auito.
Sollicitat nos nulla tui nec cura nec angor,
Sed neq; perculsi te succẽsente mouemur.
Attamen audaci tibi præsens ore minabor,
Vt me dispoliat Chryseide Phœbus Apollo,
Quã modò cũ socijs & nostra naue remittã:
Sic tua Briseis roseo formosa colore
Cedet rapta mihi statim tua castra petenti,
Quò nõ ambiguè posthac cognoscere possis

t Quan-

Quanta te præſtem ſceptri uirtute ferocem,
Quo cũ ſuſtineat temerè cõtendere nemo,
Nec cui ſe cõferre parem deſideret ullus.
Talibus Aeacidæ exarſit uiolentia dictis
Voluẽtis geminos dubio ſub pectore motus,
Acer an extracto cõſurgens ocyus enſe
Tolleret Atriden aliis procul inde fugatis:
Aut an ſedato motu cõpeſceret iram.
Talia dũ ſecum ſuſpenſa mente uolutat,
Vagina è magna fulgentẽ diripit enſem.
Illico Pallas adeſt celeri delapſa uolatu,
Miſerat hãc cœlo niueis dea Iuno lacertis,
Vtroſq; ex animo parili complexa fauore.
Aſtitit à tergo, & flaua cõprendit Achillem
Cæſarie adparens nota ſub imagine ſoli,
Præterea nulli dederat ſe diua uidendam.
Obſtupuit ſubito uiſu conuerſus Achilles,
Ac mox ſagaci cognouit mẽte Mineruam,
Horridus ex oculis illi micat acribus ignis.
Talibus hanc tandẽ compellat uocibus ultro,
Aegiferi cur nata Iouis deſcendis olympo?
Nunquid ut Atridæ turpandã ſanguine cædẽ
Aſpicias? atqui tibi ſic confirmo futurum
Bellipotẽs uirgo, uelut eſt petulãſq; procaxq;

Digna ſuo capiet ſemel hic nece præmia faſtu.
Talibus hũc glauco cõpellat lumine uirgo:
Venimus incenſi ſedatũ pectoris iram
De cœlo Pelida tui, ſi fortè gerendum
Cenſebis morẽ monitis fortiſſime noſtris,
Miſit enim nos huc humeros dea cãdida Iuno
Vtroſq; ex animo parili cõplexa fauore.
Quare agè mitte precor certãtẽ ſanguine litẽ,
Ac enſem manibus uagina cõde nitentem:
Obiurga duris potius ſermonibus illum.
Pectore ſagaci uelut auguror ipſa futurum,
Ac ita certus habe perſuaſum mẽte ratumq;
Aeacide, quõdam ter tanta tibi affore dona
Vlati propter diſpendia turpia probri.
Talibus huic cõtrà fortis reſpõdit Achilles:
Veſtra quidẽ fas eſt ò diua faceſſere dicta,
Ferueat incenſum licet acri pectus ab ira:
Quandoquidẽ hoc uideo factu præſtãtius eſſe.
Nam quicũq; deũ monitis auſcultat amicis,
A ſuperis nullã fert ſupplex ille repulſam.
Sic ait, atq; manu capulũ cõprendit, & arcta
Rurſus fulmineũ uagina cõdidit enſem
Belligeræ uictus placido ſermone Mineruæ.
Quæ pperè æthereũ rurſus cõſcẽdit olympũ,

Magni tecta Iouis repetens, sedesq; beatas.
At noua Pelides peracerbis iurgia dictis
Incipiens, nondũ cõceptam miserat iram,
Ac tali regem uoce est affatus Atriden:
Helluo uinose, ac oculis fugitiue caninis,
Nunq; cum populo paribus circũdatus armis
Ausus es in bello duræ succedere pugnæ.
Sed neq; cũ primis socius cõiunctus Achiuis,
Ausus es insidias infensis tendere Teucris.
Proposità tali noras discrimine mortem.
Tutius at multo Graiorum ad castra sedenti
Est tibi muneribus proceres spoliare receptis,
Quorum fortè tua fuerit sententia dispar.
Rex populi uultur, laniatu & sanguine pascens
Te miseræ turbæ, cui nunc dominaris inermi,
Quàm tua penè ferox petulãtia fracta ruisset.
At tibi cõfirmo superũ quoq; numina iurans,
Perq; etiã hoc sceptrũ, quod nũq; frõde renatos
Producet ramos, postq; de stirpe recisum
Matre caret, posuitq; comas & brachia ferro,
Nec reflorebit foliis & cortice duro
Nudatũ, sed nunc factũ gestamẽ Achiuis
Iudicibus populũ sancto qui iure coërcent:
Tali confirmo nostrũ tibi pignore uerbum,

Argolicus populus siquando requiret Achillis
Forsan opem rigidi pressus discrimine belli,
Quos nullis armis, nulla ratione iuuare
Ipse queas, & si tristi tunc mẽte dolebis,
Scilicet Hectorea quando sub cuspide plures
Efflabũt animã miserãda strage cadentes.
Interno sed tu laniabis uulnere mentem
Iratus, quòd, qui superat uirtute Pelasgos,
Illi præstiteris nullos ingratus honores.
Sic ait, & sceptrũ in terrã iecit Achilles
Auro exornatũ: dehinc pressa uoce resedit.
At parte ex alia rex succensebat Atrides.
Post hæc exilijt Nestor Neleius heros, Nestor.
Gentis dux Pyliæ, facundo præditus ore,
Dulcior à cuius lingua uox melle fluebat:
Cui cõsumpta duo mortalis secula uitæ,
Et fuerant seri conspecti sæpe nepotes,
Tertia tum Pylios regnantem uiderat ætas.
Talibus ille duces dictis cõpellat, utrisq;
Ex animo cupiẽs cõsultum fautor amicus.
O superi, quãto lugebit Græcia luctu,
At rursus quantum gaudebit Troius heros
Cũ natis Priamus, tũ quãto deniq; plausu
Dardanidæ reliqui exultãtia pectora tollẽt,

Huius ubi fuerit iam dedita fama per urbem
Diſsidij, & Teucris hæc iurgia uestra pateſcĕt,
Vos qui conſilio Danaos ſuperatis & armis.
Atqui agitè & noſtris animos aduertite dictis
Florẽtes iuuenes, me longè ætate minores.
Nanq; uiris quondam melioribus ipſe uocatꝰ
Cõuixi, qui me nunq; ſpreuere monentem.
Haud unquam tales uidi, nec fortè uidebo
Poſthac heroas, qualem uidiſſe recordor
Clarũ Pirithoũ, regẽq; Dryanta potentem,
Cæneaq;, Exadiũq;, parẽq; deis Polyphemum,
Theſeaq; Aegiden cœleſtibus æquiparandum.
Hos ego præſtantes inuicto robore noui
E' cunctis quot ſunt humana ſtirpe creati.
Et quoniã illorũ bello fuit inclyta uirtus,
Pugnarũt cõtra fortiſsima mõſtra bimembres
Monticolas, uictos dira quos cæde necarũt.
His ego conuixi patria è tellure profectus
Lõginqua iuuenis procul è regione, uocabar
Nãq; p hos pceres precibꝰ ſocia arma rogãtes,
Et fera pro noſtra tolerabam bella uirili
Pugnans aduerſus Centauros Marte feroces,
Cum quibus auderet nemo decernere ferro,
Quales nũc homines magno naſcũtur in orbe.

Con

Conſiliũq; meũ moniti meliora probabant,
Parentes dictis mãſueto pectore noſtris.
Quare uos etiã monitis parete benigni,
Præſtat enim nimiũ linguæ parêre ſalubri.
Nec tu rex q̃uis, uelis hũc ſpoliare puella,
Sed ſine poſsideat, Danai uelut antè dederũt
Hoc illi munus. nec tu cõtendere uerbis
Turpibus Aeacida cõtra fortiſsime regem
Suſtineas: nondũ parilẽ es ſortitus honorem
Regis ſceptrigeri, quẽ Iuppiter extulit ipſe
Ornatum ſceptro, clarũ imperijq; corona.
Quòd ſi præcellis reliquos uirtute uel armis
Viribus inuictus, cœlesti es matre creatus.
Ille tamen melior, quoniã dominatur Achiuis
Pluribus inſigni princeps diademate clarus.
At rex ardẽtem placidè cõpeſce furorem.
Supplice Peliden ego uoce precabor Achillem
Vt miſsum faciat cõmoti pectoris æſtum,
Vtile qui cũctis uallum & tutela Pelaſgis
Eſt, quoties feruet cãpo lachrymabile bellum.
Talibus huic cõtrà dictis reſpõdit Atrides:
Iſta ſenex equidẽ es uero (ut decet) ore locutꝰ,
Vir tamen iſte cupit cũctos præcellere, cũctos
Imperio premere, & cũctis dominarier audax.

t 4 Omni-

Omnibus hic etiã quæ ſunt faciendapotẽti
Nequicq̃ nutu Danais præſcribere geſtit.
An, quia pugnacem ſuperi fecere beati,
Propterea audebit quoq; dijs autoribus idem
Illota lingua magnos inceſſere reges?
Hũc interpellãs clarus cõpellat Achilles:
Sanè ego nullius deiecta mente momenti
Mancipiũ meritò timidũq; & uile uocarer,
Si, quas tu mandes, tibi rebus in oĩbus amens
Obſequerer. mãdes alijs tua iuſſa ſuperba,
Nolo mihi quicq̃ præſcribas imperitéue:
Quippe tua haud unq̃ iußus mãdata capeſſam.
Quin aliud dicam tacita quod mẽte reponas.
Haud ego pro tenera manibꝰ pugnabo puella
Cũ quoq̃, quoniã grati quo munere primũ
Me condonaſtis, rurſus ſpoliatis eodem.
Porrò ſi qua mihi reliquarũ cõdita rerum
Sunt iuxta naues, harum contingere quicq̃
Ne uelis inuitis nobis Atrida ſuperbe.
Aut agè tẽtato per uim ſubducere quicq̃,
Quò tua cognoſcãt audacia facta Pelaſgi:
Mox tuus infectã ſanguis circũfluet haſtã.
Sic poſtq̃ alternis iactaſſent iurgia dictis,
Cõcio diſcuſſa eſt procerũ ſurgente corona.

In-

Inde ſua Aeacides repetiuit caſtra rateſq;
Cũ ſocijs, necnon fido comitãte Patroclo.
At rex æquoreas properè pertraxit in undas
Aptatã remis puppim & naualibus armis.
Huic ſacra Phœbeis adolẽda penatibus addit
Inducta pariter roſeo Chryſeide uultu.
Dux datꝰ eſt illis Ithacæ moderator Vlyſſes.
Inde citò ingreſſi ſoluunt de littore funẽ,
Humida currẽtes pandẽtibus æquora uelis.
Atrides populum iußit luſtrare piaclis,
Illico purgantur ſalſum luſtralibus extis
In mare proiectis. tum debita ſacra litãtur
Ad ripas Phœbo Sigæa per arua comato
Tauri cornigeri, tũ uiſcera toſta caprarum.
Suſtulit emergẽs nidorẽ ad ſidera fumus.
Talia dũ peragũt Graiæ per littora gentes,
Incœptæ nondum liquit rex iurgia litis,
Quã fuit Atrides magno antè minatus Achilli.
Quare Talthybiũ uocat Eurybatẽq; ſodalẽ,
Queîs utebatur præconibus atq; miniſtris,
Ac ait, Ite citi Pelidæ caſtra petentes,
Ducite prehenſam dextra huc Briſeida nobis.
Quã ſi nõ dederit uobis fortaſſe repugnans,
Actutũ ueniam multis cum millibus ipſe.

Illud erit longè, nisi fallor, acerbius illi.
Sic ait, ablegans duro sermone ministros.
Ibant inuiti sterilis per littora ponti.
Postq̃ Myrmidonũ uenere ad castra, propĩquũ
Præ castris illũ & ratibus reperere sedẽtẽ.
His sed conspectis haud est gauisus Achilles.
Perculit hic trepidos regis reuerentia, quare
Stabant attoniti compressa uoce silentes.
At bene quid uellent tristis cognouit Achilles,
Ergo illos ultrò uerbis affatur amicis:
Præcones saluete Iouisq; hominũq; ministri,
Huc ite, & castris propius succedite nostris,
Nullius mihi caussa mali probri ue fuistis,
Atridæ qui uos huc perpulit imputo totum.
Quin agè chare foras educ Patrocle puellam,
Ac des ducendam præconibus inde duobus.
Quos ego, cui facta est indigna iniuria, testes
Ante deos homines q; uoco regemq; malignũ,
Si quod tẽpus erit, quod ego citò spero futurũ,
Quo Danai nostræ dextræ socia arma reqrẽt,
Vt properem lapsis bello succurrere rebus.
Namq; parum sano bacchatur pectore demẽs,
Nec quicquam rectè uecors perpendere nouit,
Ante retroq; sagax, oculis uigilantibus utens,

Qui

Qui sine clade queant salui pugnare Pelasgi
Ad naues quoties uis ingruit horrida belli.
Sic ait, auscultat charo Patroclus amico,
Ac mox è castris nitidæ Briseida formæ
Eductam tribuit missis auferre ministris.
Præcones properè repetunt uestigia retrò
Ad classẽ, hos mulier comes est inuita sequuta.
Ipse sed à socijs longè disiunctus Achilles,
Vbertim lachrymãs ripa consedit in alta,
Cœrula conspiciens undosi flumina ponti
Multa querens matri palmas utraq; tetendit:
Chara parẽs, postquã mihi longa ætate negatũ
Posse frui, certo uiuum debebat honore (est
Me cumulare deũm genitor Saturnius ingens.
Iam me ne minimo spretũ est dignatus honore,
Quandoquidẽ probris me rex affecit Atrides:
Ille tenet nostrum rapta Briseide donum.
Sic fatur lachrymãs. hũc mater ut audijt imo
Sub thalamo pelagi, confecto ætate parenti
Accumbens, raptim canis emersit ab undis,
Haud sec⁹ ac nebula, et natũ ante resedit Achil
Fœcũdis uultũ lachrymis ac ora rigantẽ. (lẽ
Quem dextra iniecta compellat nomine mater:
Cur uultum lachrymis fœdas ò nate serenum?

Re-

Responde, qualis cœpit tua pectora luctus?
Dic agè, ne celes, quò sint hæc cognita utrisq;
Ille graues gemitus imo de pectore ducẽs
Tali compellat respondens uoce parentem.
Sunt prius ista tibi nimium cõperta, quid autem
Hæc memorẽ repetẽs nequicq; cuncta scienti?
Venimus in Thebæa sacrã Eetionis ad urbẽ,
Qua capta est ingẽs per nos huc copia præda
Adducta, & cunctos inter diuisa Pelasgos.
Hic Danai proceres mirãda uirgine forma
Ante duces alios regem Chryseide donant.
At Chryses Phœbi turbato corde sacerdos
Veloces supplex naues accesit Achiuũm
Munera pro nata redimẽda ingẽtia portans,
In manibusq; gerẽs Phœbeas ille coronas
Vnà cum sceptro cunctos orabat Achiuos.
Cũ primis humili Atridas est uoce precatus,
Summa quibus belli incũbit mãdata duobus.
Omnibus hic una placuit tũc uoce precatis
Esse sacerdotẽ Phœbi reuerenter habendum.
Tãtaq; pro capta dona accipienda puella.
At nõ hæc animo placuit sententia regi,
Sed malè dimissum cõterruit ore minaci.
Inde senex ira grauiter succensus abiuit.

Cu-

Cuius multiplices audiuit Apollo querelas,
Quippe sacerdoti propẽsa mente fauebat.
Ergo pestiferis inuasit Apollo sagittis
Argiuos: populus feruenti pestis ab æstu
Correptus perijt occũbens clade frequenti.
Omnia nã Danaũ passim per castra uolabãt
Spicula Phœbeæ sæuissima peste pharetræ.
Præscius augurij hic nobis oracula uates
Calchas faticano quæsitus reddidit ore.
Illico ego Phœbum primus placare iubebam.
At regẽ ira citò grauis inflãmauit Atriden,
Nec mora, subsiliens durissima uerba minatus
Est nobis, quæ iam uiolenta mẽte peregi.
Hãc siquidẽ in Chrysen unà cũ naue Pelasgi
Legarũt patri, adiecto quoq; munere Phœbo.
Altera per missos sedenti paulo antè ministros
Atridæ iussu è castris abducta puella est,
Quæ mihi per proceres dono data cessit Achi-
At tibi cura tui mater charissima nati (uos.
Sit precor, adfer opẽ poteris quancũq; salubrẽ.
Conscenso cœlo multis uenerata fatiga
Ipsa Iouẽ precibus, princeps siquãdo timentẽ
Iuuisti quocũq; modo in cœlestibus illum.
Sæpe tui audiui te patris in ædibus ipse

Iu-

Iactantem auxilium è superis, quod sola tulisse
Cœlicolum regi, quando Saturnia Iuno
Et pater Oceani simul auxiliante Minerua
Iniectis uoluere Iouem constringere uinclis.
Hic subitò ueniens soluisti uincula capto,
Cẽtimano properè supera ad conuexa uocato,
Quẽ Briareum diui, genus Aegæona uirorum
Nominat, ille suo præstabat corpore patri.
Cui tunc accũbens magnum se mente ferebat,
Hunc etiam ueriti superi desistere cœpto,
Ac Ioue dimisso posuerunt uincla coacti.
Hæc illi in mentẽ memorãs reuocabis, & ambo
Supplicibus genua assistens contingito palmis,
Iuppiter ut Teucris animum uiresq; ministret,
Ipsos sed Danaos proras & littora circum
Oceani à Phrygijs raptetq; trahatq; perẽptos,
Regis ut iniusti cunctis iniuria fraudi
Sit Danais, culpamq; tuam cognoscat Atrides,
Nempe quòd ingratus solito fraudarit honore
Hunc cuius bello supereminet inclyta uirtus.
Inde Thetis natũ lachrymis affatur obortis:
Heu mihi multijugos partu perpessa dolores,
Cur te nate pia nutriui sedula cura?
O utinam citra lachrymas immunis ab omni
Ad

Ad naues damno trãquilla mente sederes.
Cũ citò rũpendo approperet tibi stamine fatũ,
Et nũc uita tibi pariter lõgæua negata est,
Et pariter cunctos fortuna uincis iniqua,
Hinc ego te peperi fatis miseranda malignis.
Quod tamẽ exoptas, qd' tuta uoce precaris,
Ipsa Ioui dicã rutilo qui fulmine gaudet,
Cõscensura polũ per nubila densa niuosum:
Et sua fortè meis flectentur pectora dictis.
Tu tamẽ interea ad naues & castra manendo
Indignare ferox malè gratis usq; Pelasgis.
Insuper in totũ fugias certamina belli.
Nãq; per Oceani spatiosa fluẽta profundi
Luce sub hesterna superis comitãtibus iuit
Iuppiter Aethiopũ cõuiuia læta frequentans.
Ast ubi bissenos Phœbeæ lampadis ortus
Aurora extulerit, circũdatus agmine diuũm
Rursus in æthereũ ueniet regressus olympũ.
Tunc ego tecta pet. summi rectoris, & ipsum
Apprẽsis genub⁹ querulo nimis ore precabor:
Et spero, accipiet uultu mea dicta benigno.
His dictis mater natũ digressa reliquit
Iratum propter nitidã gracilẽq; puellam,
Quã nolẽs per uim fuerat spoliatus Achilles.

Por

Porrò Dulichiæ pubis moderator Vlysses,
Adpulit in Chrysen sacrã ducens Hecatõben.
Aſt ubi contigerãt portũ littusq; profundũ,
Vela legunt socij, inq; ratem collecta reponũt.
Funibus ad thecã mali demittitur arbor,
Protinus ad ripã cõpellunt remige puppim.
Anchora proïcitur à prora fune reuincto,
Exinde egreſſi flaua potiuntur arena.
Nigra sacra ferunt è puppi debita Phœbo.
Deniq; pontigrada egreditur de naue puella,
Quã citò Apollineas ductã rex ſiſtit ad aras,
Atq; patri tradens ſic eſt exorſus Vlyſſes:
O Chryſa regis uenio huc legatus Atridæ,
Ocyus adductã properẽ ut tibi reddere natã,
Necnon pro Danais Phœbo ſua ſacra litare,
Vt nos fatidici placemus numina diui,
Qui modò luctifera immiſit diſcrimina Graïs.
Sic ait, inq; manº dedit. at pater ipſe libẽter
Suſcepit natam, socij ſed protinus aris
Belle ſubſtructis admorũt ſacra ferentes,
Hinc loti ſalſæ ſumpſere piacula frugis.
Hos inter Chryſes palmas utraſq; tetendit,
Et ſic eſt Phœbum fidenti uoce precatus:
Phœbe preces noſtras placato percipe uultu.

Qui

Qui Chryſæ Cillæq; geris pater optime curã,
Et clarã Tenedon ſceptri grauitate gubernas.
Si pater orantẽ non ſurdis auribus antè
Spreuiſti, ſed me merito dignatus honore
Vota exaudiſti, ac populũ proceresq; Pelaſgos
Afflixti grauiter telis arcuq; timendo:
Da pater hoc iterũ potiar precor optime uoto,
Fac uelis infeſtã à Danais propellere peſtem.
Sic ait. orantẽ properè exaudiuit Apollo.
At poſtq; Phœbi ſunt numina magna precati,
Et molæ ſalſæ libamina proiecerunt,
Principio adductos properãt mactare iuuẽcos,
Exin direptis denudant pellibus oſſa,
Crura alij reſecant denſo nidore tegenda.
Bipartita ſacris diuorum cruda reponit
Aris Argolicus flãmis adolenda ſacerdos.
Hæc Ithacus flãmæ imponit, uiniq; rubentis
Pocula cœlicolis libat, ſtat lecta iuuentus
Iuxtà quintuplici ſerie uerua aſpera geſtãs.
Crura deis poſtq; ſuperis ſunt igne cremata,
Et iam toſta duces guſtaſſent uiſcera flammis,
Cætera fruſtatim cõſcindunt, fixaq; longis
Aſſarunt uerubus multa cura atq; labore.
Porrò ubi ceſſãtes cõuiuia lauta paraſſent,

Discubuere toris proceres epulisq; fruuntur.
Postq; exẽpta fames, & amor cõpressus edendi
Crateras iuuenes statuũt, & uina coronant.
Fundentes cunctis carchesia plena tulerunt.
Inde diem totũ siccantes pocula, Phœbum
Certatim uario placãt modulamine uocum
Argolici iuuenes pulchrũ Pæana canentes,
Laudibus in cœlũ tollunt & carmine natum
Latonæ, quorũ gaudẽs animo audijt hymnos.
Sol ruit interea, & mõtes umbrantur opaci,
Argolici dulcem capiunt in littore somnum.
Iamq; rubescebat radijs mare, et æthere ab alto
Aurora in roseis surgebat lutea bigis.
Ad sua tunc iterum remeantes castra Pelasgi
Nauigio notæ repetebant littora Troiæ.
His deus exciuit felici flamine uentum.
Hinc malũ statuũt instructæ remige puppis,
Albaq; de longo suspẽdunt carbasa malo.
Mox inflat mediũ uenti uiolentia uelum,
Ipsa sed æratam circunsonat unda carinam
Puppi cœruleũ uentis currẽte per æquor.
Iamq; per undosos currebat Dorica fluctus
Puppis, & immensi cãpos salis ære secabat:
Ast ubi Dardaniũ tetigerũt littus & oras

Tro-

Troianas, fuerant qui missi à rege Pelasgi,
In terram traxere ratem, lignisq; locata
Subiectis alta tandem requieuit arena.
Effusi ad puppes sociijq; & castra ruebant.
Ad naues sed enim remanens Peleius heros
Irato tacitas aluit sub pectore flammas.
Nunquam concilij commercia clara subibat,
Dura nec audaci repetebat prælia dextra,
Sed charum tristi corrumpẽs pectus ab ira,
Permanet in castris cupidus belli atq; tumulty.
Verũ ubi bisseni fulsissent æthere soles
Sidereas iterum superis comitantibus oras
Iuppiter inuisens notũ repetiuit Olympum.
Necdũ etiã matri nati mandata precesq;
Exciderant animo, salsis emersit ab undis,
Ac super æthereas conscẽdit protinus auras.
Repperit hic superũm rectorẽ ingressa sedentẽ
In summo à reliquis seiunctũ uertice cœli.
Protinus ante Iouẽ turbata mente resedit,
Et læua genua, ac dextra pulcherrima mentum
Apprendens, supplex regẽ est affata tonãtem:
Iuppiter oĩpotẽs, rex ac sator inclyte diuũm,
Si quando superos inter, te iuuimus ullis
Officijs, aut ulla meæ tibi gratia linguæ

Profuit, officiosa tuis bene cognita rebus,
Huius fac compos fiam pater optime uoti:
Adde decus nato, meritos si poscit honores:
Illustra extremos obitus, cui funus acerbum
Imminet, & cunctos æui breuitate Pelasgos
Præcurrit, morti fatisq; propinquus iniquis.
Quẽ nunc indignè probris affecit Atrides,
Possidet illius raptanam uirgine donum.
Quocirca læsi lachrymas ulciscere nati
Rector cœlicolũm, uires Martẽq; fauentem
Addẽs Dardanijsq; interrita pectora turmis,
Donec persoluant multo discrimine culpam
Argiui, & natum merito dignentur honore.
Sic ait. hanc tacito neglexit Iuppiter ore,
Nãq; sedens siluit. Thetis ut cõprendit utrũq;
Antè genu læua, sic tum quoq; perstat inhærẽs,
Atq; Iouem precibus mox est affata secundis:
Hæc mihi pollicitis confirmans annue certis
Vera, aut me dura spretam dimitte repulsa,
Res uacat ista metu nullis cõiuncta periclis,
Ne qua mihi gnaræ dubitatio fortè supersit
Quam sim præ cũctis dea contẽptissima diuis.
Inde trahẽs imo gemitũ de pectore, tali
Voce deã magnus compellans Iuppiter infit:

Perni-

Pernicios a struis Nerine diua profectò,
Infensum quando me reddere dura laboras
Iunoni, dictis ut nos exasperet illa
Turpibus. hæc aliâs obiurgitat ore procaci
Me semper diuũm in cœtu superũq; corona,
Sedula clamat opẽ me tantũ ferre benignam
Troiugenis, quoties sæuit Mars impius armis.
At tu discedas, ne te Saturnia Iuno
Cõspiciat: mihi erũt, quæ poscis, cætera curæ,
Omnia ut hæc effecta suo tibi tẽpore reddam.
Quinetiam capitis nutu tibi signa relinquam,
Maior ut in nostris tibi sit fiducia uerbis.
Hoc inter superos ex me non maius habebis
Signum unq̃, neq; cui maior tribuẽda fides sit.
Quippe meum nunq̃ ueniet reuocabile uerbũ,
Nec manet infectũ, sed ab oĩ fraude remotũ est
Si quod ego capitis nutu confirmo futurum.
Dixerat, atq; supercilijs pater annuit atris,
Ambrosiæq; comæ cõcussæ in uertice summo
Sũt Iouis, ac ingẽs nutu tremefactus Olympus.
His ita cõpositis disiuncti protinus ambo
Secessere: Thetis cœlo delapsa sereno
Insiluit põtum ripis undisq; profundum,
Ipse suas sedenim repetiuit Iuppiter ædes.

Surrexere dei propriis de sedibus omnes,
Et summũ solito regẽ uenerantur honore,
Nec quisq̃ mansit Ioue prætereũte quietus,
Sed contra illius surgentes numen adorant.
Nec latuere doli Iunonẽ: quippe sciebat
Qualia diua Thetis nitidis argẽtea plantis
Cũ Ioue struxisset solo cõmenta susurrans.
Ergo illum subitò dictis inuadit acerbis:
Quẽ tecum dicam modò fraudulente deorum
Cõsilijs fraudẽ arcanis struxisse malignam?
Semper ego gratũ uideo tibi, semper amicum
Me sine cũ superis tacitis gannire susurris,
Cumq; alijs arcana deis tractare, nec unq̃
Ipse uolens nobis alta quæ mente uolutas
Cõmunicas referens animi secreta dolosi.
Ille refert contrà, Ne Iuno subdola speres
Omnes te semper sermones noscere nostros:
Nã tibi erunt, q̃uis coniunx sis nostra, dolori.
Quæ tamen auditu iusta aut iucũda relatu
Cognoro, nec erunt lingua reticenda fideli,
Illa prius nulli memorabo hominũq; deũmq;.
Si qua tamen solus dis ignorãtibus ipse
Scire uolo, hæc Iuno simul inquæsita relĩquas,
Nec uelis anxiferis rimari singula curis.

Ta-

Talibus huic contrà fatur Saturnia Iuno:
Quale tibi uerbũ diuũm implacidissime duro
Excidit ore precor? quæ nã quæsita priori
Tempore sunt nobis, aut indagata molestè?
Quãdo ita fert animus, statuas quæcũq; place-
Pectore trãquillo. quãq̃ perculsa timore (bunt
Ipsa graui uerear ne te persuaserit acris
Pelidæ genitrix niueis argentea plantis:
Nanq; sub auroram tibi supplex astitit. illi
Pollicitis certis mihi confirmasse uidere,
Te fore Peliden ulturum uindice dextra
Occisis multis hostili in littore Graijs.
Iuppiter hanc tali cõpellat uoce uicissim:
Pessima, cõiectas, quæ molior omnia, semper,
Effectũ nec te clàm quicq̃ reddere possum.
Esse tuum q̃uis conatum cernis inanem,
Hoc magis ex animis inimica elabere nostris,
Quod grauiter tolerãs nimiũ patiere dolẽter.
Quòd si uera putas, nihilo secus ista placebũt.
Atqui compressis sessum concede labellis,
Ac nostris animũ dictis aduerte quietum,
Ne cuncti nequeãt superi tibi ferre salutem
Asper ubi duris te flentẽ inuasero palmis.
Dixerat, obstupuit perterrita Iuno timore,

Compreſſaq; ſedẽs actutum uoce quieuit
Demulcẽs charam triſti ſub pectore mentẽ.
Indoluere Dei per Olympica tecta frequẽtes.
Incipit his tandẽ ſic Mulciber inclytus arte
Charæ gratificans Iunoni uoce parẽti:
Res grauis & nullo pacto tolerãda profectò
Hæc erit, indignis ſi uos contẽdere pugnis
Propter mortales homines iuuat, atq; moleſto
Omnia cœlicolas inter miſcere tumultu.
Sic omnis perijt genialis gratia menſæ,
Semper enim ſequitur uictoria deteriora.
Quocirca matri, q̃uis ſit pectore pleno
Prædita, ſuaderẽ charum uenerata parentem
Placaret, dictis ne ſurgat rurſus acerbis,
Et nobis inſtructa pater conuiuia turbet,
Diuorum rector, mortales fulmine terrens.
Si uelit è cathedris nos deturbare ruentes,
Cunctis cœlicolis inuicto robore præſtat.
Ergo agè chara parẽs, hũc mollib⁹ atq; benignis
Iratum dictis properè lenire memento:
Mox iterum nobis placata mente fauebit.
Hæc ubi dicta dedit, ſurrexit Mulciber, atq;
Præſtantẽ phialam gẽmis ac arte parenti
Obtulit, & dictis illam compellat amicis:

Per-

Perfer, & obdura, q̃uis cruciere dolore
Chara parẽs, ne te, quã diligo, uerbere corã
Affligi uideã, nec opem tibi ferre benignam
Ipſe dolens poſsim patria conterritus ira.
Quàm graue ſit noſti feruẽti fortè reniti:
Iam tibi nãq; aliâs ſemel auxiliarier auſum,
Me pede correptũ à ſummo eſt iaculat⁹ Olym (po:
Inde ruens tota de cœlo luce ferebar,
Igniferis donec bigis ſol feſſus Iberos
Attigit, excepit me Lemnia terra cadentem.
Spiritus exangui tenuis reſtabat in ore,
Hic me delapſum Lemni fouere latrones.
His dictis, riſit niueis dea Iuno lacertis,
Atq; manu claudi ſuſcepit pocula nati.
Inde alijs aptè ſuperis quoq; uina miniſtrat
Nectareũ fundẽs pleno ex cratere Falernum.
Hinc di perpetuo teſtantur gaudia riſu,
Cernẽtes claudũ ſatagentẽ hinc inde miniſtrũ
Vulcanũ ſuperũm per Olympica tecta deorũ.
Sic per læta diẽ celebrant conuiuia totum,
Donec in Heſperias ſol aureus incidit undas.
Defuit hiſce nihil gaudentes cuius egerent,
Non cithara inſignis qua pulcher luſit Apollo,
Non etiam Aoniæ caſtiſsima turba ſorores

Dulcia concinna modulantes carmina uoce.
At postquam toto Phœbus discessit Olympo,
Affecti somno sunt ad sua tecta profecti,
Clarus ubi ignipotẽs magna fabricauerat arte
Aedes cuiq; suas spacioſa per atria cœli.
Ipſe ſuos repetit thalamos quoq; Iuppiter ingẽs,
Carpſit ubi placidã nunq; non antè quietẽ.
Hunc ſequitur lecti cõſors pulcherrima Iuno.

LIBRI PRIMI FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER SECVNDVS, VINCENTIO Obſopœo interprete.

ALTERA turba deũm noctẽ populiq; Pelaſgi
Per totam placido mulcebant corpora ſomno.
At non ulla quies dulci comitata ſopore
Lumina rectoris magni ſubigebat Olympi,
Ille ſed intento uarios in pectore motus
Voluebat, quînam læſum decoraret Achillem
Multorum fuſo Graiorũ ſanguine iuxta Na-

Naues Argolicas Sigæo in littore. tandem
Hæc alternanti potior ſententia uiſa eſt,
Regem mendaci deludere imagine noctis.
Hãc pater aligeris cõpellat deniq; uerbis:
Vade comes ſomni, citò ſumptis labere pẽnis
Argolicã ad claſſem regis tentoria quærens.
Cui mea iuſſa memor referes, uelut ĩpero, cuncta,
Indutos armis populos dic ipſe Pelaſgos
Educat properè caſtris ex omnibus actos:
Nũc etenim capiet perituræ mœnia Troiæ.
Amplius haud illi obſtabit diſſenſio diuũm,
Quos precibus cunctos flexit Saturnia Iuno,
Plurima ſed miſeris ſtruxit diſcrimina Teucris.
Dixerat, hæc raptim audito ſermone uolando
Ad celeres Danaûm curarum filia naues
Venit, ubi Atriden adijt Agamẽnona, molli
Sopitum in caſtris quem repperit illa quiete:
Hũc iuxta ambroſio recubabat munere ſomnꝰ.
Ergo illi properè ſtertenti occurrit, & alto
Aſſiſtens capiti, in faciẽ conuerſa ſenilem
Neſtoris annoſi Neleio ſanguine creti,
Quẽ reliquis ducibꝰ rex anteferebat Atrides.
Illius hæc formam nota ementita loquela
Cõpellauit, Atrida ducũ illuſtriſſime dormis?

Haud

Haud decet obſcuri conceſſas tẽporis horas
Tota nocte ducẽ pigro trãſmittere ſomno,
Cui populi cõmiſſa ſalus, & credita ſumma
Imperij tanta rerum ſtat mole tuenda.
Nunc aũt paucis princeps mea percipe dicta,
Nanq; tibi à magno uerax Ioue nũcius adſum.
Abſens ille tui curam gerit, ac miſeretur,
Teq; iubet properè caſtris ex omnibus armis
Indutos populos Graiæ producere gentis:
Nunc ſiquidẽ capies perituræ pergama Troiæ,
Vltra nulla tibi obſtabit diſſenſio diuũm,
Nam precibus cũctos flexit Saturnia Iuno,
Plurima ſed miſeris ſtruxit diſcrimina Teucris
Non renuẽte Ioue. ergo imis mea dicta reponas
Senſibus, illorum capiat ne obliuio mentẽ
Fortè tuam, poſtq; ſomni te cura reliquit.
His dictis, ſubitò ex oculis cõceſſit imago,
Deſeruitq; ipſum uoluentem talia ſecum,
Quæ nõdum optato fuerãt cõplenda labore.
Illo nanq; die ſtolida ſic mẽte putabat
Capturum ſeſe ſuperatæ mœnia Troiæ,
Ignarus quid fata Iouis metuenda potentis
Allatura forent, aut quid decreuerat ipſe. (res
Quippe graues gemit⁹ Teucris multosq; dolo-

Nec-

Necnon belligeris duro ſub Marte Pelaſgis
Immißurus erat, ſua ſic decreta ferebant.
Excutitur ſomno, tacitas circũſonat aures
Vox audita ſibi per noctem ſacra ſilentẽ.
Ac mox è ſtratis correpto corpore ſurgit:
Regales ueſtes, chlamydẽ tunicãq; decoram
Induit, ac imis addit ſua uincula plantis.
Fulmineũ latis humeris accõmodat enſem,
Tandẽ corripuit ſceptrũ geſtamẽ auorum,
Hoc ille inſtructus naues acceſsit Achæas.
Mox ſurgens aurora ſuis inuaſit Olympum
Ingentem radijs, lucem formoſa reducens
Et ſuperũ turbæ, & cũctis mortalibus almam.
Illico iuſſa dedit præconibus ille ſonoris,
Cõcilium cogant populi properãter Achiui.
Auditis illis citò confluxere Pelaſgi.
Concilium procerum primò collegit Atrides
Neſtoreã ad nauẽ magni regis Pyliorum.
His tunc collectis rex ſic eſt orſus Atrides:
Huc chari pceres aures adhibete benignas.
Mira per ambroſiam nobis inſomnia noctem
Venerunt ſpeciẽ referentia Neſtoris omnem
Et forma & mẽbris & corporis indole nota.
Quorũ me apparẽs ita compellauit imago

Aßi-

Assistens capiti, Atrida illustrissime dormis?
Haud decet obscuri concessas temporis horas
Tota nocte ducem pigro transmittere somno,
Cui populi commissa salus, & credita summa
Imperij tanta rerum stat mole tuenda.
Nunc aũt paucis princeps mea percipe dicta.
Nãq; tibi à magno uerax Ioue nuncius adsum,
Ille tui ingentem curã gerit, ac miseretur,
Teq; iubet properè castris ex omnibus armis
Indutos populos Graiæ producere gentis,
Nũc siquidẽ capies ruituræ Pergama Troiæ.
Vltra nulla tibi obstabit dissensio diuũm,
Nam precibus cũctos flexit Saturnia Iuno,
Plurima sed miseris struxit discrimina Teucris
Nõ renuẽte Ioue. hæc aïo bene cõdita serues.
His dictis subitò ex oculis concessit imago,
Ac me deseruit grata dulcedine somnus.
Quare agitè in pugnã telis armẽtur Achiui,
Quos ego cõficta primũ tentabo loquela,
Si licet, & uobis sententia nostra probatur,
Vtq; petãt patrias hortabor nauibus oras.
Porrò uos omni studio retinete uolentes
Terga dare. his dictis sessum cõcessit Atrides.
Post hæc surrexit Nestor Neleius heros,

Ne-

Nestor arenosæ Pyli rex inclytus annis,
His animo pronus placido sic incipit ore:
O Danai proceres Mauortia pectora, si quis
E' Graijs alius tranquillæ somnia noctis
Dixisset, certè mendacia uana putassem,
Ac mage ueliuolũ fugeremus classe per æquor.
Nunc ea cõspexit reliquis qui præstat honore.
Quare agitè in pugnam telis armentur Achiui.
His dictis è consilio digressus abiuit.
Altera sceptrigerũm regũ quẽ turba secuta est
Atridæ auscultans. populꝰ se effundit opertos
In campos coiens subducta à classe, frequentũ
Instar apum, quarum ad uernos examina flores
E' petra excesa properant numerosa uolando.
Hinc pars festinat, pars illinc altera tendit,
Haud secus illorũ à castris & nauibus ingens
Turba ruit populi innumerabilis, atq; profundo
Incedunt multæ Graiorum in littore gentes
Densæ in concilium, quos internuncia magni
Ossa Iouis celeres ad gressus impulit omnes.
Ast illi coeunt collecti. concio turbis
Perstrepit innumeris. ingenti terra gemebat
Sub populis strepitu sessum properantibꝰ, illos
Præcones multo retinent clamore, tumultu

Se-

Sedato ut uacuas præberent regibus aures.
Vix tandẽ posito clangore resedit Achiuũm
Sedibus arreptis populus, surrexit Atrides
Argiuũm ductor portans gestamina sceptri
Aurea, Dædalea quæ Mulciber arte pararat,
Ac dederat magno rectori munus Olympi.
Mercurio hæc tribuit Saturnius Argicidæ.
Mercurius Pelopi, regi sed præstitit Atreo
Ipse Pelops, Atreus moriẽs hæc dona Thyestæ
Liquit, at ipse Thyes tandẽ cõcessit Atridæ
Multis ut populis, patrijs rex ille Mycenis
Imperet. hoc gestãs uolitãtia uerba profatur:
O Danai proceres Mauortia pectora, quali
Me miserũ noxa cõstrinxit Iuppiter hostis,
Qui me pollicitis erexit & annuit antè
Vt patrias iterũ post diruta Pergama sedes
Incolumis peterẽ sortitus ritè regressum.
At nunc damnosa delusum fraude Mycenas
Me iubet incelebrẽ sine re, sine laude redire,
Postq; tot populos aduerso Marte peremptos
Amisi. hæc summo placuit sententia regi,
Per quẽ nõ paucæ præclaris mœnibus urbes
Subuersæ prono tetigerunt culmine terram.
Quinetiã posthac uersas populabitur urbes,

Omnia

Omnia nanq; potest immensa potentia patris.
Hoc erit auditu populis quoq; turpe futuris,
Sic frustra tanta ac tali cum gente Pelasgos
Consertis dextris heroas inutile bellum
Aduersus Troas numero bellare minores,
Cũ nõdum ullus adhuc lõgi belli exitus instet.
Quòd si Martigenæ percusso fœdere Teucri
Argiuiq; uelint populi numerarier ambo,
Indigenæ sedenim Troes legerentur ab urbe,
Et nos in decadas diuisi uina bibentes
Troianũ ciuem qui nobis pocla propinet
Sumamus, multi pocillatoris egerent.
Tanto Dardanidis ego plures esse Pelasgos
Censeo, quos urbis tutantur mœnia ciues.
Atqui belligerũm sociorũ maxima turba est,
Qui Priamo asciti multis ex urbibus adsunt,
Auxilium Teucris duro sub Marte ferentes.
Illi frustrantur dubio mea uota duello,
Nec mihi cõcedunt opulentæ Pergama Troiæ
Quantũuis cupido nostris excindere telis.
Præteriere nouẽ, lapsis iam mẽsibus anni,
Et modò putrescunt naualia ligna, rudentes
Iñ cariẽ antiquam uersi periere sub imbre.
At nostræ uxores & pignora chara sedentes

Fortè domi nostrũ ſuſpenſa mente regreſſum
Expectant, dum nos hic res infecta fatigat.
Huc cuius cauſſa ſulcauimus æquora remis.
Quare agitè & monitis aĩos aduertite noſtris,
Conſcenſa ad patrios fugiamus claſſe penates:
Amplius haud noſtris urbs corruet Ilion armis.
Sic ait, & cunctis patriæ telluris amore
Commouit mentem media de plebe Pelaſgis,
Quotquot conſilio conſtabat abeſſe priori.
Concio digreditur magno cõmota tumultu,
Haud ſecus Icario motantur in æquore fluctus,
Quos ſimul ingentes attollũt Eurus & Auſter,
Aetherea horriſono ueniũt dum nube boatu.
Ac ueluti Zephyrus ſegetes hinc inde ꝓfundas
Sæpe mouere ſolet uehementi flamine ſpirãs,
Dum flectit fragiles nutãti uertice culmos:
Sic tota Argiuæ cõmota eſt concio gentis,
Adproperãtq; rates magno clamore ruentes,
Quorũ ſub pedibus puluis ſuſtollitur ingens.
Illi ſe clara cohortantur uoce uiciſſim
In mare uertẽdas properent attingere naues.
Fit uia purgatis ſulcis claſſi apta trahendæ,
Dũq; animo reditũ uoluũt, ferit aurea clamor
Sidera, quiſq; ſuæ tollit retinacula nauis.

Hic

Hic equidem in patriã præter decreta rediſſent
Fatorũ Argiui, niſi Pallada Iuno Mineruam
Talibus exhortata foret Saturnia dictis.
Nata Iouis ſummi, uirgo Tritonia Pallas,
Siccine terga dabunt reduces heroes Achiui
Cũ populo ad patrias fugientes nauibus oras?
Tantaq; Dardanio linquetur gloria regi
Scilicet, & Teucris Helene deſerta Lacæna,
Quã propter multi Troiæ ſub mœnibus altis
Oppetiere duces duro ſub Marte Pelaſgi
Hic procul à patria hoſtili in littore cæſi?
Ergo agè te confer properanti concita curſu
Ad populũ, & blandis facundo è pectore dictis
Deprõptis cuiuſq; animum reflecte parato
A`reditu, nullumq; ſinas auertere naues.
Dixerat, hãc audit Tritonia glauca Minerua,
Ac mox à ſummo dea ſe demiſit Olympo,
Et celeri greſſu naues acceſsit Achiuũm.
Tandẽ conſilijs magnũ conſpexit Vlyſſem
Sollicitè ſtantem feruenti in littore, nõdum
Ille ſuas naues pelagi tractarat in undas,
Anxius at tacitum uoluebat corde dolorem.
Hunc iuxtà aſsiſtens uerbis affata Minerua eſt:
Dulichiæ gentis princeps Laërtia proles,

Siccine terga dabũt reduces heroes Achiui
Cũ populo ad patrias fugientes nauibus oras
Omnibus Oceani per ſpumea dorſa profundi?
Tantáq; Dardanio linquetur gloria regi,
Troianiſq; uiris formoſæ filia Ledæ,
Quã propter multi Troiæ ſub Marte cruento
Hic procul à patria hoſtili in littore cæſi?
Propterea ad populũ maturis greſibus ito,
Nec differ blandis facundo è pectore dictis
Deprõptis cuiuſq; animũ retinere Pelaſgi,
Ne uę ſinas ullum protractã ſoluere nauem.
Sic ait. ille deæ ſenſit citò dicta loquentis,
Acceleratq; uiã, ex humeriſq; reiecit amictũ,
Quẽ tulit Eurybates præco poſt terga ſecutus.
Obuius Atridæ mox lõga per agmina uenit,
Corripiẽs ſceptrũ quod dextra fortè gerebat,
Hoc ille inſtructus naues acceſsit Achæas,
Si quẽ dehinc regẽ, aut aliquẽ uirtute ualentem
Prenderet ille uirũ diſceſſum naue parantem,
Mollibus hũc dictis retinebat cõminus aſtans:
Haud uelut ignauũ turpi trepidare timore
Te decet infelix, ſedenim ſeſſum ipſe quietus
Concede, ac alios ſolito cõpeſce ruentes
Imperio populos: nec enim tibi cognita mẽs eſt

Prin-

Principis Atridæ, ſiquidẽ nũc tentat Achiuos,
Mox autem meritis pœnis affliget eoſdem.
Quippe in cõſilio rex qualia dixerit, haud ſunt
Omnibus audita. hinc ne malis iratus Achiuos
Afficiat, nobis ſtudio uigilante cauendũ eſt.
Magna etenim magni eſt excandeſcẽtia regis.
Inſuper à Ioue uenit honos ſceptriq; poteſtas,
Et colit ætherei regem dominator Olympi.
At ſi fortè uirum media de plebe boantem
Ore importuno uiſum reperiſſet Vlyſſes,
Hunc ſceptro domitũ uoce obiurgabat amara:
Illico ſedato conſide ignaue tumultu,
Ac alios audi quorum prudentia maior
Cõſilio uiget, & uirtus præſtãtior haſta eſt.
Tu nãq; ignauus ſine ui, ſine robore miles,
Nunq; in conſilio, nunq; numeraris in armis.
Haud fas eſt omnes nos hic regnare Pelaſgos.
Multorũ imperiũ multa eſt confuſio, ſemper
Multi ſunt damno domini. rex unicus eſto,
Vnus ſit princeps populũ ditione gubernans,
Cui dedit imperij ſceptrũ Saturnius ingens.
Sic Laërtiades compeſcuit agmina Graiũm,
Perfungens ducis officio rectiq; boniq;.
Mox illi à caſtris iterumq; & claſſe ruentes

Regũ in cõcilium properãt ſtrepitãte tumultu:
Haud ſecus ac reſonãt percuſſo in littore fluctꝰ
Aequorei, ac mediꝰs fremitũ dat põtus in undis.
Iam reliqui Graïj cõpreſſa uoce quierant,
Solus Therſites ore immoderata loquaci
Nondum deſierat inter garrire Pelaſgos.
Plenus inornatis uerbis & plenus ineptis,
Et qui nequicq̃ cum regibus aſpera magnis
Iurgia miſcebat contendens litibus aſper.
Sed quod ridiculũ fuit huic illi inter Achiuos,
Turpior ad Troiã miles non uenerat alter.
Lumine ſtrabꝰ erat, reliquo pede claudꝰ inibat,
Gibboſis humeris anguſtũ in pectus adactis.
Et caput impoſitũ ceruici turpis acutum
Geſſerat, hoc raris uiguit deforme capillis.
Pelidæ extremè magnoq; infenſus Vlyſſi
Dulichio, dictis quos obiurgabat acerbis,
Præſtantes lacerãs reges ſycophãta malignus,
Tunc quoq; ductori conuitia dixit Atridæ
Turpia uociferans ſolito pro more, ſed illi
Cuncti indignantes iraſcebantur Achiui.
Ille ſed intenſo clamore Agamẽnona probris
Afficiens tales effudit pectore uoces:
Cuiꝰ nũc iterũ cauſa ſtomacharis Atrida?

Aut

Aut quæ tranquillis urget te rebus egeſtas?
Cũ tibi ſint multæ forma præſtante puellæ
In caſtris, primũ tibi quas præſtamus Achiui,
Hoſtilem quando telis excindimus urbem:
Nunquid adhuc te auri penuria uexat egentem
Quod ferat huc aliquis pro dulci præmia nato
Penſurus Troũ? quemcũq; adduxero bello
Aut alius captum Sigæis Graius in aruis,
Aut potius nitidam florente ætate puellam
Quæris egẽs qua cũ Veneris cõmercia tractes,
Quæ domino ſurrepta, tibi ſit clauſa ſeorſim:
Haud fas eſt, cũ ſis princeps, iniuſta Pelaſgis
Iuſſa dare imperij duro ſub iure coactis.
O' pepones molles, ò turpia probra, Pelaſgæ:
Nemo etenim iuſtè uos dixerit eſſe Pelaſgos.
Quin nos hinc imus redeuntes claſſe ſoluta
Iſto, quò ſolus teneat data dona, relicto,
Vt ſciat expertus noſtrum ne profuit illi
An non auxiliũ, qui probro affecit Achillem
Nõ pridem, cũ ſit longè præſtantior ipſo:
Nam tenet illius rapta Briſeide donum.
At tunc non iratus erat, ſed lentus Achilles,
Qui ſi non animo toleraſſet probra remiſſo,
Iam foret extremum tua nacta iniuria finem.

Sic ait, afficiens probris Agamemnona regem
Therſites, mox aſtitit huic diuinus Vlyſſes.
Quẽ cũ fronte truci atq; oculis iratus obiſſet,
Sic illum obiurgans dictis inuaſit acerbis:
Plurima iudicio nullo Therſita maligne
Verba mouens, etſi dulcis tibi copia fandi
Suppetat, at linguã frenis cõpeſce loquacem:
Ne´ue uelis ſolus lites intendere magnis
Regibus, haud ego te potiorẽ exiſtimo Graiũm
Eſſe, ſub Iliacas huc quotquot nauibus oras
Vnà cum Atridis ducibus uenere Pelaſgi.
Quapropter noli probris traducere reges,
Veſane hos uerſans petulanti ſemper in ore.
Deſine probroſè proceres lacerare duceſq;,
Et iam de reditu corã Sycophanta relinquas.
Haud ulli conſtat quæ res ſit fortè futura,
Nũ bene nũ ſecꝰ hinc nos diſcedemus Achiui.
Propterea Atriden illoto turpiter ore
Dedecoras, illi quia munera multa dederunt
Heroes Danai? hoc eſt quod cõuitia dicis?
At tibi iam planis edicam talia uerbis,
Quæ poſt haud dubiè nobis effecta dabuntur:
In reliquum ſi te parili ratione uelut nunc
Lingua ſcurrili deprendero deſipientem,

Amplius haud latis humeris caput inſit Vlyſſi,
Telemachi nec ego nati pater eſſe uocabor,
Ni te correptum detractis ueſtibus ipſe,
Et chlæna & tunica, tum quæ uelare pudenda
Fortè ſolent, flentem ad celeres in littore naues
Dimittam ferulis inhoneſto uerbere cæſum.
Sic ait, & dorſum ſceptro percuſſit Vlyſſes,
Atq; humeros crebris anguſtos ictibus heros.
Hic ſed cõtractus lachrymas profudit obortas.
Percuſſo in dorſo mox ſubſiliere rubentes
Sanguine uibices duro ſub pondere ſceptri.
Conſedit pauidus deiecta fronte, dolensq;
Abſterſit lachrymas gemebũdꝰ ab ore cadẽtes.
Suſtulit at lætos Danaorũ turba cachinnos,
Therſitæ ridens, quamuis turbata, dolores.
Et ſic eſt aliquis media de plebe locutus,
Inſpiciens alium uicina in ſede morantem:
Quãta bona, ò ſuperi, dux eſt operatꝰ Vlyſſes
Conſilio meditans Argiuis optima factu,
Et duri tractans animoſa negocia belli.
Maiori uerùm nullam rem laude peregit,
Quàm quòd turpiloquũ cõpeſcuit atq; loquacẽ
Obtrectatorem plagis cordatus Vlyſſes.
Regibus haud iterũ cõuitia, mente ſuperba

Impulsus, dicet turpi scurriliter ore.
Vox fuit hæc populi. tandẽ dicturꝰ Vlysses
Surrexit, dextra sceptrum regale tenente.
Astitit huic glaucis oculis Ioue nata Minerua,
Præconis faciẽ referens Ithacensis alumni,
Imperitans populo pressis reticescere linguis
Auribus intentis ut concio tota ualeret
Vocis Vlysseæ sermonem audire decentem,
Primi postremiq; loco quocunq; sederent,
Et de communi quæ sint statuenda salute.
Exin sic tumuli sublimis ab aggere fatur.
Extremo nunc te perfundere Atrida pudore
Quærũt Argolici, cunctis mortalibus ut sis
Fœda modis uarijs infamia nota per orbem.
Cum neq; promissis, inito nec fœdere stare
Curãt, percussum quod promisere, per æquor
Vndisonũ à claris huc quando nauibus Argis
Venerunt, nisi se capta discedere Troia.
Quippe uelut pueri iuuenes uiduæq; maritis
Vxores, patriã querula modò uoce requirunt.
Et si quem dolor absumit, pro iure laboret
Quãtocyus patriæ succedere finibus hospes.
Nãq; sua si quis mensem nõ amplius unum
Cõiuge fraudatus remis cõscendit in undas,

Mœ-

Mœret apud nauẽ, quã iactat fluctibus actam
Vnda procellosis, ac pontus motus ab Euro.
At nonus nobis agitur iam mensibus annus
Ex quo pugnantes Sigæo in littore duri
Pertulimꝰ Martis discrimina multa manendo:
Quare ego nequaq; fessos indignor Achiuos
Tristari captos patriæ telluris amore.
Turpe sed est multos hic cõsedisse per annos,
Et tandem uacuis frustra discedere palmis.
Quapropter durate uiri, tolerate labores,
Mutatoq; animo ad tẽpus consistite saltem,
Vt nos, num Calchas prædixit uera, queamus
Noscere, seu falsa delusit uoce Pelasgos.
Illud adhuc memori reor omnes mente tenere,
Cuius sunt testes quos nõdum parca peremit
His annis, quando cõuenit in Aulide classis
Graia ferens Priamo cladẽ Troiæq; ruinam,
Circum fontanos latices, altaria circum
Sacras dis superis epulas dũ fortè paramus
Pulchra sub platano, fons lĩpidus ũde scatebat,
Cũcti ibi uidistis magnũ & mirabile mõstrum,
Terribilẽ aspectu, et maculosum terga draconẽ
Quem tunc in lucẽ rector produxit Olympi.
In platanum mox ille sacris erupit ab aris.

Passe-

Passeris in summa saliebant arbore pulli
Octo, nona quibus numero fuit addita mater,
Quæ pullos positis refouens excluserat ouis.
Hos draco correptos miserãda uoce pipantes
Absumpsit, matrem lugenti pectore natos
Dum circũuolitat demũ quoq; prendidit alis.
Ille ubi iam pullos miseros ipsamq; parentem
Aluo condiderat diro sub dente peremptos,
Redditur à Ioue conspicuus, qui fecerat antè.
Fit lapis, & nota duresçit imagine saxi.
At nos attoniti mirando corda stupore
Dum stamus tacita uoluẽtes mente quid esset
Hæc quòd mõstra dapes diuorũ arasq; subisset,
Illico uaticinans sua Calchas ore resoluit:
Cur sic attoniti subitò obticuistis Achiui?
Iuppiter hæc nobis misit portenta deorum,
Quæ serò & tardis sunt conficienda diebus,
Sed cuius uiuax abolescet gloria nunquam.
Namuelut hic pullos absumpsit passeris octo,
Nona quibus miseris accesserat addita mater:
Tot nos ad Troiã Danai pugnabimus annos,
Quæ tandem decimo spolijs capietur opimis.
Protulit hæc augur, quæ iam cõfecta uidetis.
Quare agitè, & cũcti quæso durate manentes,

Donec capta ruant Priameiæ Pergama Troiæ.
Sic ait, applaudunt certatim murmure claro
Fortia Dulichij laudantes uerba Pelasgi.
Terribili naues circùm clangore resultant,
Sub magna Danaûm passim clamante corona.
Talibus his tandem fatur Neleius heros:
O superi, iuuenum certè decernitis instar
Cũcti in cõsilio quib. haud res bellica curæ est,
Quo nam uestra retro fluxerunt pacta Pelasgi?
Quo ue sacramenti iurati fœdera uobis
Cõcessere precor? temerè contraximus ista
Consilijs, ubi porrectæ coniunctio dextræ,
Qua freti Graia conscẽdimus æquora classe?
Omnis uerborũ frustra est cõtentio cursu,
Inter nos uerbis ergo contendimus ultro?
Nec tantis quicq; bello promouimus annis,
Hic quot in Iliacis Danai consedimus aruis.
Quare Atrida tenẽs uelut antè ĩmobile pect⁹,
Acer in æratas Graios educito pugnas.
At qui discordes à nobis fortè seorsim
Cõsultant, missos facito, quorũ unus & alter
Officio nullo nobis prodesse studebunt.
Nõ prius hinc patrios classẽ uertem⁹ ad Argos,
Quàm nobis promissa Iouis sint cognita, uera

Sit'ne pollicitus Danais, seu falsa spopondit.
Quippe reor nutu certissima signa dedisse
Saturni prolem, quo tẽpore Dorica classis
Primùm cœruleas pelagi cõscendit in undas,
Dardaniæ portans crudelia funera genti,
Et diram multo tolerandã sanguine cædem:
Fulgura cũ dexter detorsit ab æthere claro,
Ostentans nobis felicia signa Pelasgis,
Quare nemo prius patriæ festinet ad oras,
Quàm qua Teucrorũ potiatur in urbe puella,
Ac Helenæ gemitus sic uindicet atq; dolores.
At si quis pressus cupiens discedere gestit,
Ille suam nauem uastum producat in æquor,
Quò ruat ante alios sæua in discrimina mortis.
At rex ipse tuis prudenter consule rebus,
Cõsilijs pare alterius quoq; recta monentis.
Quicquid fabor, erit nõ uituperabile uerbum.
Per genera atq; tribus bellantes delige Graios,
Vt generi genus auxilio, tribuiq; tribus sit.
Hæc si curaris non aduersantibus ipsis
Argolicis, cuiusq; ducis tibi cognita uirtus
Sic erit, & populo quæ uis siet insita cuiq;:
Tunc pro namq; sua pugnabit quisq; uirili.
Cognosces etiam an fatis obstantibus urbem

Non possis Phrygiã cæsis subuertere Teucris.
Aut ne ignaua tibi bellantũ pugna uirorum
Fortè moram pariat, uariiq; inscitia belli.
Talibus huic cõtrà dictis respõdit Atrides:
Cõsilijs iterum superas longæue Pelasgos,
Sic pater ille deũm faciat, sic altus Apollo,
Quæq; ualet mẽte & bello Tritonia Pallas.
Ipse decem uideam mihi tales esse relictos,
Qui me cõsilijs rectis moneantq; iuuentq;:
Collapsura citò magna subuersa ruina
Sperarẽ à nobis direptæ Pergama Troiæ.
Nunc aũt indignos mihi Iuppiter ipse dolores
Præstitit, in duras lites & iurgia qui me
Iecerit, unde nihil sequitur cũ fœnore fructus.
Nam mihi cũ magno Pelida est orta simultas,
Et lis ob raptam Briseida nata puellam.
Cuius me pugnæ fateor caput esse, sed olim
Prisca iterum inter nos si gratia sarta coibit,
Haud erit ulla mali ulterius concessa futuri
Ne tantilla quidem miseris dilatio Teucris.
Quod superest, epulis releuãtes corpora fortes
Procurate uiri, instructis in prælia turmis
Vt mox aduersos duce Marte ruamus in hostes.
Sint molli nobis hastilia cote subacta,

Sint curata probè clypei geſtamina magni,
Pabula dẽtur equis uelocibus, & ſua currus
Cura leues obeat ſtudio uigilante paratos.
Deniq; eum in pugnas animũ referetis Achiui,
Qui queat inuictus bello ſatis eſſe diuruo.
Nulla quies dabitur, ceſſatio nulla futura eſt,
Nox niſi fuſca uiros tenebris diſiũxerit atris.
Baltheus ex clypeo pectus ſudore rigabit,
Firma ſuo dextram laſſabit pondere cuſpis,
Sudabunt etiam uertentes plauſtra iugales.
Quẽ uerò à pugna conſpexero fortè ſeorſum
Ad claſſem in caſtris ignaua mente ſedentem,
Vulturios morſus nunq; dentesq; caninos
Effugiet fati uitata morte ſupremi.
His dictis alacres ſuccłamãt undiq; Graĩ,
Haud ſecus ac alto reſonãt in littore fluctus
Illiſi ſcopulo per iugera multa fragoſum
In mare porrecto, uehemẽs quos cõcitat Auſter
Nũc huc nunc illuc uentoſo turbine motos.
Diſperſi repetunt ſtantes per littora naues,
Seq; cibis omnes caſtris fumantibus explent.
Hic ſua quiſq; pijs placabat numina ſacris,
Quo liceat mortẽ ac duri diſcrimina belli
Effugere in pugna collatis cõminus armis.

At

At rex ipſe Iouem mactati ſanguine tauri
Pinguis quinquẽnisq; deum placabat & extis.
Ex omni tandẽ proceres uocat ordine ſummos.
Prima quidem Pylio ceſſere ſedilia regi.
Quo cũ cõiunctum uocat Idomenea ſecundo
Ille loco, Aiaces exinde utriq; ſequentes
Cum ſocio ueniunt forti Diomede uocati.
Conſilijs pollens acceſſit ſextus Vlyſſes.
Vltimus ipſe ſua Menelaus ſpõte frequentat
Magnorum aſcitus nulli conuiuia regum.
Norat enim implicitũ curis Agamẽnona fratrẽ.
Inde bouẽ ſumptis circũſtant agmine ſacris.
Hos inter, diuos in uota uocauit Atrides:
Maxime cœlicolũm rector Saturnia proles,
Ne prius occiduas uideat ſol aureus undas
Inductis tenebris, Priami q̃ regia magni
Corruat Argolicis deiecta à culmine telis.
Et circũ urbs omnis rutilo conflagret ab igne.
Da pater Hectoreã ferro perrumpere ueſtem,
Da iuxta ſocios diſiecto in puluere plures
Mordentes terram prono cõtingere uultu.
Sic ait, at uotis haud Iuppiter annuit iſtis.
Sacra quidẽ placida ſuſcepit mente, ſed ille
Voluebat machinãs durum ſub corde laborẽ.

y At

At postq; superũ sunt numina magna precati,
Et molæ salsæ libamina proiecerunt,
Principio abductũ altari mactare iuuencum
Curarunt, tandẽ direptam auellere pellem.
Crura aliꝝ resecant dulci nidore tegenda,
Bipartita sacris diuorum cruda reponit
Aris Argolicus flammis adolenda sacerdos.
Hinc tenuere super Vulcani uiscera uires
Argiui proceres. sed postquam crura sacrato
Libantes superis cœlestibus igne cremarunt,
Et iam tosta duces gustarunt uiscera flammis,
Cætera frustatim conscindunt, fixaq; longis
Assarunt uerubus multa cura atq; labore.
Postq; cessantes conuiuia lauta parassent,
Discubuere toris deinceps epulisq; fruuntur.
Verùm ubi iã potusq; cibiq; extincta cupido est,
Hos inter Nestor tali sic incipit ore:
Rex Atrida uirũm celebri clarissime fama,
Nõ est hic longo tẽpus sermone trahendum.
Sed nec agenda diu sunt ocia inertia nobis,
Ne, quod opus nobis aderit deus ipse secundãs,
Martia cunctando metuẽtes bella moremur.
Quare agè præcones uocali uoce Pelasgos
Ad naues cogant castris ex omnibus actos,

Vt mox educto subeamus milite bellum.
Sic ait. auscultat monitis prudentis Atrides
Nestoris, ac statim uocales ille ministros
In pugnam iussit bellantes cogere Graios.
Illi proclamant, citò confluxere Pelasgi.
Magnanimi sedenim reges Agamẽnona circum
Discretis properant populos educere turmis.
Hos inter glauco bellatrix lumine Pallas
Astitit immẽsi precij palma Aegida portans
Læua, quæ senio non est obnoxia, quæq;
Interitum nunq; per secula cuncta uidebit.
Huius erãt centũ fuluo magna arte metallo
Confectæ bullæ, sed quarũ quæq; paranda
Bobus erat cẽtũ precio haud redimẽda minori:
Hanc quatiẽs properè populũ pertrãsit Achiuũ
In pugnam impellẽs animosis uocibus omnes,
Infractoq; replens cunctorũ robore pectus,
Fortes ut possint pugnã perferre diurnam.
Dulcius his multo tandẽ lachrymabile bellum
Cunctis Palladio mutatis numine factum est,
Quàm patriæ charos accedere classe penates.
Conspicuus ueluti flammis ardentibus ignis
Montis in excelsi populatur uertice syluam
Immensam, & latè collucet flamma per agros:

Haud sec⁹ illorũ quoq; splẽdor ab ære coruscãs
Attigit æthereum penetrãs per nubila cœlum.
Vt multæ pelagi uolucres ad stagna Caystri
Sæpe solent alis alacres gestire uolando
Nunc huc nũc illuc circũ Asia prata frequẽtes,
Quæ quoties sidunt, littus clangore resultat:
Sic etiam illorum à castris & nauibus altis
Effundebantur uastata per arua Scamandri
Innumeræ gẽtes, quarum sub concita gressu
Tellus horrisono strepitãs clangore gemebat.
Stabãt instructi per prata Scamandria Graij
Turbis innumeris, quot uerno tẽpore flores,
Aut quot tũc quauis nascũtur in arbore frõdes.
Ac ueluti multæ muscarum sæpe cohortes
Prima æstate casas pastoris tecta frequẽtant,
Quando plena rigat mulctralia copia lactis:
Tam cõfertæ acies Argiuæ robora pubis
Aduersus Troas Sigæo in littore stabant.
Et sicut nullo pastores multa labore,
Quãuis mixta in agris, separãt armẽta caprarũ:
Sic etiam hosce duces dextra læuaq; cruentam
In pugnam solito discretos ordine iungunt.
Ipse inter primos procero corpore princeps
Versatur superãs reliquos Agamẽno Pelasgos,

Os

Os oculosq; deo similis qui fulmina torquet,
Cinctura Martem, Neptunum pectore firmo
Aequiparãs, magno ueluti cũ corpore taurus
Insignis lato præcellit in agmine uaccas:
Talẽ Saturni proles produxit Atriden,
Illo falsa die quo somnia miserat illi,
Vincentẽ proceres humeris & uertice cũctos.
Nunc mihi Pierides cœlestia numina Musæ
Cultori uestro quæso memorate canenti
(Omnia nã coràm uobis sunt uisa deabus,
Nos tenuis famæ saltẽ percepimus auram,
Nec quicq; ceu uos oculis cognouimus ipsis)
Qui reges Phrygias petierunt nauibus oras,
Argolicæ gentis cõfusam non ego turbam
Expediã, hãc nullo numero cõprendere possim,
Nõ mihi si sint ora decẽ, totidem quoq; linguæ,
Vox infracta, graui fabricatũ pectus ab ære,
Ni uos Pierides Iouis inclyta & alma propago,
Dixeritis quot nam uenere sub Ilion ingens.
Nunc ego cũ ducib⁹ cũctas memorabo carinas.

SECVNDI LIBRI FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER TERTIVS, NICOLAO Valla interprete.

AT postquam æratas struxere in bella cohortes
Dardanidæ, & cantu strepuerunt classica rauco,
Clamorẽ extollunt: quales sub nubibus atris
Aëriæ dãt signa grues, sonitu æthera tranãt,
Oceani hybernũ fugiunt dum sidus ad undas,
Et matutinæ breuibus fera bella minantur
Pygmæis. taciti furias Mauortis anhelant
Argolici proceres, alterna in morte parati
Irarum magnos uoluunt sub pectore motus.
Tum peditum pulsu sublatus ad æthera puluis
Prospectũ eripuit, ueluti cũ uertice montis
Crassa procellosi dispergunt nubila cori,
Densus in obscura caligine uertitur aër:
Qualẽ optant tacitæ per amica silentia noctis
Inuisam fures pastoribus. unde uideri
Lõgius haud poterat q̃ tendat dextera iactum.
Tum superis forma similis cõspectus in armis Ante

Ante alios Paris insultat, cui pellis obibat
Pardalea ingẽtes humeros, simul arcº, & ensis
Pendebat, latè crispans hastilia ferro
Bina manu, inclamat: Quis enĩ cõtẽdere Graiũ
Audet, & alterna Martem decernere morte?
Martiº ut Paridẽ Menelaº in arma furentẽ
Audijt, exultat ueluti leo nactus ab antro
Syluestrẽ ue caprã, aut crescẽtẽ in cornua cer-
Quẽ telis agitãt iuuenes aut aspra canũ uis, (uũ,
Excutit ille thoros, rabiẽq; in dentibus auget:
Haud secus Atridæ uisa est uenientis imago.
Arduus è curru saltum dedit ocyus aruis
Arma ferens, ueterisq; ulturus crimina facti.
Vt uerò ardentẽ pugnæ conspexit Atriden
Priamides, oculos longè radiatus ab armis,
Obstupuit, retroq; pedẽ ad socia agmina tor-
Ac ueluti ĩprudẽs mõtano è fornice si qs (quẽs.
Surgentẽ squãmis rigidũ ppè cõspicit anguẽ
Attollentẽ iras, & cœrula colla tumentem,
Pallidus ora fugit, gelidº tremor occupat artus:
Haud aliter uiso gressus Paris hoste recepit.
Vt procul hũc Hector uidit formidine pulsum,
Vocibus increpuit: Specie licet ipse Paris sis
Conspicuus, uirtute tamen, uel robore dispar:

Fraude uales tantũ, solaq; libidine fortis. (quãdo
Proh pudor, heu mallẽ Priamũ sine semine,
Cõseruit matri tenerum latus, unde labores
Tot Phrygios & dãna simul patriãq; sequũtur.
Num potius tenera potuisti occũbere uita,
Dedecus æternũ patriæ? speculantur Achiui
Ludibriũ Troiæ, & Paridẽ sine uiribus unum
Natorum Priami, forma præstãte, sed armis
Defœtũ, instructa socijs qui classe per æquor
Delectis, hinc ire externa ad regna profectus
Ausus es, & nupta Meneleos fraude potiri?
Quid tantũ horrescis? rapta pro cõiuge regem
Bellantem trepidas patriæ illature tibiq;
Exitium, & Priami regno Phrygibusq; ruinã.
Num regẽ ignoras cuius consorte potiris?
Haud citharæ pulsꝰ, Veneris nec dona iuuabũt,
Insignes ue comæ, bello cõgressus ab hoste
Pulueribus quãdo medijs misceberis aruis.
En quibus arma tuũ facinus dedit, agmina Troũ
Deficiunt ducis exẽplo, iam bella uerentur.
Tũ Paris, Haud ultrà q̃ sit satis arguis Hector,
Indomitũ cui cor feruẽsq; in pectore uirtus
Hæret, ab impulsu dextræ uelut acta securis
Indefessa rati scindit cum fissile lignum,

Dura inuicta acies ferri per robora transit.
Id uerò indignum, Veneris quòd munera culpæ "
Obijcis. arbitrio nobis data munera diuũm "
Haud licuit spreuisse quidem, sed grata tulisse. "
Obsopœus priores tres sic uertit:
Ne mihi grata deæ Veneris des munera pbro, "
Quandoquidẽ superũ nõ sunt spernẽda deorũ "
Munera, quæ nullis possunt cõtingere uotis. "

Quòd si me tãtum uocat in certamẽ Atrides,
Idq; animo sedet Hectoreo, nihil ipse recuso
Ire uirum cõtra, & nudo concurrere ferro.
Tu tamẽ arma iube Phrygibꝰ pariterq; Pelasgis
Deponãt, testes sedeant spectentq; duellum.
Adijce quinetiam leges, feriantq; uicissim
Fœdera per campos. laudes uictoria cuiq;
Fatalis dederit. rerum potiatur honore
Et belli series, hinc Tyndaris aurea cedat,
Hinc acies Troiã repetãt, inde Argos & arua
Telluris Graiæ pulchris generosa puellis.
Hic alacer postq̃ germanũ in prælia uidit,
Cõminus ausurũ medijs in cœtibus Hector,
Cui tum nixus erat ualidã circuntulit hastam.
Dardanidũq; globos restrinxit ĩ arma fremẽtes,
Hic genus omne simul telorũ effundere cõtrà

Inachidæ certant. populorũ Agamẽnonius rex
Præſtãtes Danaos ruere ũdiq; in arma repreſſit.
Et procul exclamat: Audite ò mentibus æquis
Argolici, quid nã in mediũ iam cõferat Hector.
Continuere manus bello ducis agmina iuſſu,
Tum populos inter fatur ſic Hector utroſq;:
Præſtantes Danai, qualẽ ſub pectore mentẽ
Conſilium ue gerat nuper Paris omine cuius
Conterit hoc populos bellũ, iubet ille uiciſſim
Troas & Argolicos poſito ſpectare tumultu
Pugnantes ſeſe tantum, & Menelaon in armis.
Hæc belli ſumma eſt, primas cui Martia laudes
Contulerit uirtus, gaza potiatur, & ipſa
Cõiuge Tyndaride, feriant ſacra fœdera poſt
Inter ſe populi, confecto Marte Pelaſgi (hæc
In patriam redeãt, noſtros petitura penates
Hinc Troiana manus. taciti ſimul ora tenebãt
Heroes Danaũm. contrà ſic reddit Atrides:
Me ſimul, imò magis quẽ iã dolor anxi⁹ urget,
Audite ò proceres, liceat dimittere ab armis
Vos tãdẽ incolumes, finẽq; imponere Marti (rũ
Quẽ mea cauſa dedit Danais, Phrygib⁹q; malo
Et princeps, & cauſa Paris, quẽcũq; ſub hoſte
Cõtigerit uictũ præſenti occũbere fato.

Non

Non Danaus ruat in Troiã, & Troiana qeſcãt
Arma, ſimul noſtro dirimamus ſanguine bellũ.
Ipſe ego militiæ populos iam munere ſoluo.
Huc agnum niuei, uoſq; atri uelleris agnam
Ferte citò: Soli primùm mas, fœmina Terræ
Mactentur, noſtraq; Ioui cadet hoſtia dextra.
Quinetiã Priamus feriat ſacra fœdera uoto
Ante aras, fiant natorum ne irrita fraude.
Abiurare quidem ſuetos, & fallere dextras
Iam ſatis expertũ eſt. uaria in diſcrimina rerum
Sunt animi iuuenũ faciles & mobile pectus.
Ille quidem ſenior ſtatuet rata fœdera primũ
Et rex & genitor, populis cui fortius æquũ eſt
Cõſulere, atq; omnes metuẽtẽ expẽdere caſus.
Hæc ubi dicta, uirũ ſpes anxia quẽq; fouebat
Tantorum requiẽ iamiam ſupereſſe laborum.
Interea Danai Troes pariterq; per agros
Haud longo diſtãt ſpatio, & de curribus altis
Deſiliunt, grauia arma ſolo galeasq; reponunt.
Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant
Inter lora rotasq; ſuas, tum quiſq; iugales
Stringit equos, gaudetq; tuẽs ante ora fremẽtes.
Tũ geminos acer præcones Hector ad urbẽ
Ire iubet, Priamũq; acciri, & dicere leges,

Ferre

Ferre simul superis agnos in sacra litandos.
Nec minus Atrides è puppibus afferat agnũ
Talthybio iubet. ille ducis mãdata secutus
Accelerat. sancire parant dũ fœdera reges,
Nũcia Tyndaridi cælo delapsa per auras
Iris adest, niueæ formam assimilata puellæ
Laodices. Helenæ comes hæc & gloria magni
Natarum Priami, diuiq; Helicaonis uxor.
Cui pater Antenor. cõtextam murice telam
In pallam radio texebat fortè Lacæna.
Hic auro insigni distinxerat arte Pelasgũm
Aeratas acies, Troumq; ex ordine pugnas,
Millia se propter tot iam cecidisse uirorum.
Ad quã sic roseo Thaumãtias ore loquuta est:
Chara mihi ante alias diuini nympha decoris
Admiranda ueni nuper uisura, labores
Differ, & extinctũ cãpis simul aspice Martem.
Dudũ ego iam cuneos armorũ efferuere bello
Prospexi alternæ miscentes uulnera morti:
Nunc lõgis stãt nixi hastis, et scuta per herbas
Acclinata tenent, latè silet undiq; campus.
Te propter tantũ Paris & Menelaus in armis
Pugnabũt. qui uictor, erit te coniuge dignus.
Sic ait, ast illi natorũ & coniugis ardor

Plu

Plurimus antiqui, patriæq; per ossa cucurrit.
Nec mora, candenti texit uelamine uultus,
Egreditur thalamũ famulis comitata duabus,
Huic Clymine comes est, atq; Aethræ filia Pit-
Dũ graditur, teneris humectat fletib⁹ ora: (thei.
Incedũt pariter, Scææq; in culmina portæ
Cõscendunt. illic Priamum Lãpusq; Thymetes
Panthusq; & Clytius, bello præstãs Icetaon
Stãt circũ, simul Vcalegon desuetus ab armis
Iam senio, Antenorq; ambo, sed plurima utriq;
Consilij uirtus. summis de rebus habebant
Sermones, et multa inter se & magna loquẽtes,
Arboribus quales gracili stridere cicadæ
Sæpe solent cantu. postq̃ sub mœnibus altis
Tyndarida aspiciũt, procerũ tũ quisq; fremebat,
Mutuaq; exorsi, Decuit tot funera Teucros
Argolicosq; pati, longoq; in tempore bellum,
Tantus in ore decor, cui nõ mortalis in artus
Est honor, & uultu diuina efflagrat imago.
Diua licet facies, Danaũ cum classe recedat,
Lõgius excidio ne nos aut nostra fatiget
Pignora. sic illi tantis de rebus agebant.
Tũc Helenã Priamus ad sese in sede uocauit:
Huc mihi chara ueni, patrias uisura cohortes

In-

Intuere Argolicas, & primi coniugis ora
Sub galea longè. neq; enim te diua malorum
Arguerim, superũ fatis sors ista senectæ (bellũ
Debita erat nostræ, & Teucris lachrymabile
Agnoscis ne tuos? quis enim (refer) ille Pelasgũ
Celsior ante alios, qui primꝰ in agmina præstat,
Egregius forma simul & fulgentibus armis,
Argolicos qualẽ nondum conspeximus inter
Heroas, cui clara & regia fulget imago?
Talia poscenti Nympharum diua resoluit
Tyndaris ora, senẽ pariter pudibunda ueretur:
Num potui hanc animã crudeli effundere leto
Ascensura ratem, cũ te Paris orba sequebar,
Et patriã infelix, thalamum, natosq; reliqui,
Hermionenq; meã, mollis dum lusibus ætas
Gratior, & matris defleret nomen ademptæ?
Haud retrahũt uim fata, licet dolor anxiꝰ ægrã
Sollicitet mentẽ, lachrymæq; per ora cadentes.
Ille quidẽ quẽ iam memoras, Agamẽnõ Atrides,
Argiuũm ductor, duplici qui laude superbit,
Optimus imperio, & fortis bellator in armis,
Cõiugis & nostri frater. nec plura locuta est.
Tum senior tales effudit pectore uoces:
Fortunate uirũm ductor, cui millia parent

Heroum, auspiciisq; intẽdunt agmina Graiũm.
Lã memini inumeras Phrygiã penetrasse cohor
Bacchiferã ipse olim, diuo cũ bella fuere (tes
Mẽdoni atq; Otreo Sagaris ppe fluminis undas,
Auxilio accitus comes unà & ductor utriq;
Acceßi, æratas cũ traxit Amazonas illuc
Impetus. hic armis, numeroq; ingentior illo
Hostis, & horrendo maior fulgore coruscat.
Pòst acies inter longè speculatur Vlyssem.
Quis procul ille, minor toto q uertice Atridæ,
Amplior ast humeris, & pectore latior extat,
Depositisq; solo cuneos circumuolat armis?
Vir gregis ut mutas pecudes niger agnꝰ oberrat
Lanigeris aries hirsutus tergora uillis.
Tum Ioue nata senẽ sic est affata Lacæna.
Ille Laërtiades rerum consultor Vlysses,
Pubẽtes q̃uis Ithacis in montibus annos
Egerit, ingenio ualet acri, & fraudis abundat.
Tũ cõtrà exorsus uerbis maturus & æuo
Antenor, Vera hæc (inquit) si ritè recordor,
Hic Helenæ raptu quondã legatus ab Argo
Appulit Iliacã simul & Menelaus ad urbem.
Hos ego tunc primũ patrijs in sedibus ambos
Hospitio accepi pariter ueneratus amicos,

Sermonesq; uirũm, uultus, & singula noui
Cõsilia, in medijs Troum cum cœtibus eßent.
Celsior ille humeris, hic iam maturior æuo,
Et solio insidens uultu grauiore uerendus.
Ast ubi legatis coràm data copia fandi,
Et breuiter primum sermonẽ exorsus Atrides,
Quanq; ex more breui suetus sermone potiri,
Defuit haud põdus suauis nec gratia uerbis.
Ast ubi solerti fandi ius cessit Vlyßi,
Intentus telluri oculos atq; ora tenebat
Obtutu tacito, sceptrumq; immobile dextra,
Attonito similis. quid enim? similẽq; furenti
Dixeris. exundãs dumq; increbresceret ore
Eloquiũ, hybernis niuibusq; simillima uerba,
Nemo uirum contra, quanto licet oris hiatu
Fulserit, auderet. formæ et si laude uerendus,
Plus tamẽ excultæ præstabat gloria linguæ.
Vt uerò ingentẽ Priamus cõspexit ab arce
Aiacẽ, Quis ne ille ducũ qui præstat in omnes
Egregius forma nimiũ & præstantibus armis,
Atq; alios humeris & toto uertice supra est?
Tũ Priamo Argolidũ respondit diua Lacæna:
Hunc illum Aiacẽ, bello qui murus Achiuis,
Esse reor. iamiam comitẽ simul aspice iuxtà

Idomenea, deum sibi quem sua Creta ueretur,
Et Lyciæ gentes quæcunq; in bella sequuntur.
Hunc olim hospitio toties Menelaus in Argo
Martius accepit Creta Lycijsq; profectum.
Præstantes licet heroas, & quemq; sub armis
Ductorum aspiciam, norimq; insignia Graiũm:
Eminus hic geminos nequeo discernere fratres
Insignes armis, & cultis uestibus ambo, (dax,
Castor equũm domitor, Polluxq; in cæstibꝰ au
Aut Agamemnonias acies nec castra sequutos
Hos reor, aut Troiam petijsse, sed inde reuersis
Dedecus, & nostræ coràm puduere rapinæ.
Sic effata silet, geminos Lacedæmon habebat
Natalis fratres tellus. dum talia narrat,
Iussi ad sacra ferũt geminos uim fœderis agnos
Præcones, capreo concluſumq; utre Lyæum,
Cratera, & calices, Priamoq; ita uocibus infit:
Venimus Hectoreo iussu mandata ferentes
Laomedontiade, raptim te transfer in agros,
Hic ubi fulgentes armis rutilantibus hostes,
Et Troes pepigere, simul sacra fœdera firmes.
Hæc belli summa est, Paris et Menelaꝰ in armis
Pugnabunt ferro. primas cui Martia laudes
Contulerit uirtus, Helene potietur honore.

Hinc acies Troiã repetẽt, inde hostis in Argon
Nympharũ in patriã, Pelopeiaq; regna recedet.
Sic ille effatus. stupor ima per ossa cucurrit
Laomedontiadæ. sublimes nectere currus
Imperat, & scãdẽs manibꝰ detorquet habenas,
Instratosq; comes sequitur super usq; iugales
Antenor, Scæaq; egressi limina portæ
Cõueniunt ubi pugna duces armauit utrosq;.
Tum medios inter cuneos hinc inde sedentes
Desiliunt telluri, & rem simul ordine tangunt.
Vt Priamũ Iliacis & diuũ Antenora campis
Prospexit ductor Danaũm, & Laërtius heros,
Procedũt, pariterq; monent pro fœdere certo
Præcones, ex more dapes & sacra parentur.
Haud mora, festinant pateris ingentibus undas
Fũdere Baccheas, manibꝰq; aspergere lymphas.
Tũ gladio Atrides (lateri quẽ semper habebat)
Agnorum media uillos de fronte reuulsit,
Quos inter primos Danaũm Troũq; uicissim
Præcones tribuere duces, tunc orsus Atrides:
Iuppiter omnipotẽs, rerũq; æterna potestas,
Cũcta tuo qui regna pater sub numine torques:
Et Sol, qui cœli radijs opera omnia lustras,
Fulminaq;, & tellꝰ omnis, quæq; ætheris alti

Relligio, & quæ cæruleo sunt numina ponto,
Visq; deũm inferna, & nigri sacraria Ditis,
Cui sontes & fœdifragos sub tartara pœnis
Humanos post fata licet torquere nephãdis:
Sacrorum testes estote, & fœderis icti.
Dardanio si fors uictoria cesserit hosti,
Cõuenit è Phrygia Danaos discedere ad Argos
Cõiuge pro rapta: nec post ulla arma rebelles
Atridæ referent, bello ue hæc regna lacessent.
Sin nostro annuerit potior uictoria regi,
Restituent Helenã cũ gaza, & Troes honorẽ
Debebunt meritò quæcunq; in tẽpora Graijs.
Si tamen extincto quæ iam pepigere recusent
Hoste Phryges, testor rursus sacraria Ditis
Numinaq; ipsa deũm, uiolati fœderis ultor
Insistam bello. aut uicti pellemur ad Argos,
Regnorũq; inopes, aut bello imponere finẽ (mis.
Decretũ, & Teucros & Pergama uertere flam
Dixerat, & ferro stomacho tenꝰ amputat ag-
Spirãtesq; solo, resperso in sanguine liqt. (nos,
Ast alij proceres fundẽtes uina coronant,
Et Danai, & Troes superos sic uoce precãtur:
Iuppiter omnipotens, æternaq; numina cœli,
Vt liquor hic Bacchi telluri infunditur atræ,

Tros Danaº q; fluat, q; quis sacra fœdera primũ
Læserit, infrà illi cerebrũ sic defluat omne,
Natorumq; simul cõiunx sit adultera cuiq;.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis
Cõspectu in medio, uotis tamẽ obstruit aures
Iuppiter. At Priamº trepido sic reddidit ore:
Dardanidæ insignes, & uos præstãtibº armis
Argolici, cũ sit gnatus pia cura parentis,
Nõ pugnã aspicere hãc oculis, nec fœdera posse
Ipse urbẽ repeto, norũt pia numina cui sit (sum.
Mortalis uitæ finis. Sic fatus, in altum
Cõscendit currũ, & retrò iubet ire iugales
Frena regẽs. grauis Antenor comitatur euntẽ.
Interea Laërtiades, & Troius Hector
Cãpum ad certamẽ medijs in fluctibus aptum
Dimẽsi, & sortes ærata in casside miscent.
Sic ipsi statuêre duces, quis primus in hostem
Torqueat excusso telum exitiale lacerto.
Inde acies passim Troũ Danaũq; per agros
Intẽtæ indulgent uotis. superosq; precantur,
Tollentesq; manus certatim ad sidera clamant:
Iuppiter æternùm cui gloria fulget in Ida,
Victum sterne solo, & lacerũ detrude coruscũ
Fulmine præcipitẽ tenebris, uter autor in armis
Eu-

Europamq; Asiãq; dedit, pacemq; futuram
Amborum populis, æternaq; fœdera sanci.
Sic illi, ærata sortem tulit Hector ab urna,
Et Paridi primus micuit locus ordine longo (sit.
Inter & arma, & equos, spacia in sua q; sq; recessit
Vt primùm hic ocreis suras incluſit ahenis,
Inde habilem fratris thoraca Lycaonis artus
Induit argento, lateriq; accõmodat ensem,
Et grauiter summo nutabant uertice coni
Hirsutam galeæ frontem, clypeumq; sinistra
Alligat, & ualidã dextra rapit improbus hastã.
Haud secus arma humeris circũdat forti s Atri-
Hic postq; ãborũ fortunã hĩc inde cohortes (des.
Conspexere ducũ, pulsat tremor undiq; mẽtes,
Attonitiq; feros alterna in morte tuentur.
Illi indignantes furijs, ac dira frementes,
Certatim inuadũt Martẽ, & sub casside uterq;
Dẽtibus infrendit, iaculumq; euibrat in hostem
Sortitus fortunã oculis. tum Dardanus aptat
Tela, & funestæ casum prior occupat hastæ.
Illa uiam medium clypei conata per orbem,
Non perfert ictum, forti sed uincitur ære.
Cuspis iter retro sine uulnere pulsa retorsit.
Tum ferus Atrides, cui fortior impetus altè

In clypeum assurgens, quãto non ante lacertõ
Euibrat iaculum, & sæua sic uoce precatur:
Iuppiter æternũ numẽ, da sternere corpus,
Et thoraca manu ualida lacerare reuulsum
Prædonis Phrygij, et fœdare in puluere crines.
Polluti meritò hospitij det sanguine pœnas
Improbꝰ, ut moueãt memorãda exẽpla futuros.
Dixit, & intorquens totis cũ uiribus hastã
Conijcit. illa uolans clypei transfixa per orbẽ,
In thoraca subit: lateriq; hausura cruorem
Hostis, & orbatum uita liquisset in armis,
Pronus in obliquum ni se torsisset ab ictu.
Nec mora, fulmineum uagina diripit ensem
Rex ferus, & galeã crebris quatit ictibꝰ hostẽ.
Dum geminat, mucro glacies ceu futilis ictu
Dissilijt, fulua resplendent fragmina arena.
Vt uerò attonitus dextrã conspexit inermem
Attollens oculos, sursum suspirat Olympo:
Iuppiter hospitibus si te dare iura loquũtur,
Quo superos inter nunc nemo nocentior extat
Oraui dudum lueret scelus ille nephandum
Prædator Danaũm. sic ne impia Iuppiter ultꝰ?
Dissilijt mucro, & manibus sine uulnere telum
Exijt. in Paridẽ, tantũ furor addidit, amens

Irruit, & dextra setosum è uertice conum
Arripit, innixus pronũ ad socia agmina tractat.
Ille quidem inserto ualida sub casside loro
Angitur in iugulum, nec respirare potestas.
Iam magis elisus uitam exhalasset, & hostem
Insignes belli poterant contingere laudes,
Ni Ioue nata Venus rupisset uincula furtim.
Dũ magis obstringit, dextræ ducis hæsit inanis
Cassis, at ille furens uacuam proiecit in aruis
Ad socios. illi spolium uelut hostis ouantes
Accipiunt. dum tela parat, dum colligit hastã,
Dum furit Atrides, circùm dea texit amictu
Nubifero Paridem, & multa caligine sepsit,
Sublimemq; uirum rapuit, laribusq; paternis
Illæsum thalamo stratisq; induxit, odoris
Floribus effultum, molliq; reliquit in ũmbra.
Ipsa Helenã acciri properat, quæ uertice muri
Spectatrix inter Phrygias mirata maritas
Stabat, & in curuæ formam assimilata ueternæ
Quæ quondã lanæ Lacedæmone sueta recessit
Tyndaridi socia, & primũ seruauit amorem.
Tum leuiter tractat uestẽ sic fata sinistra:
Expectata ueni, dudum tuus ignis anhelat,
Te Paris ante thorũ gaudens geniale moratur,

Vnde Arabi rores, & amoma rubentia fragrãt.
Nec uulgare nitet, rutilanti insignis amictu
Conspicitur, qualis solitus uariare choreas.
Haud bellum gessisse putes. sic fata, labantes
Peruertit sensus, atq; ossibus implicat ignem,
Necdũ animus toto percepit pectore flammas.
Vt uerò agnouit roseæ ceruicis odorem,
Pectoraq;, & uultus, oculosq; ardore micãtes,
Aduertitq; simul diuini signa decoris,
Obstupuit, talesq; dedit de pectore uoces:
Quid dea me ludis? qd fraudib⁹ impba captas?
Fallere prõpta dolis tẽtas num fortè Lacænam
Mæoniæ aut Phrygiæ turritas ducere ad urbes
Principibus qui te & lasciuum numẽ adorant,
Cũ Paridem meus ille armis superarit Atrides?
Scilicet ipsa sequar primum comitata maritum
In patriam, partoq; ferar regina triumpho.
At tu læta dolis falsa sub imagine sensus
Ambire incœptas. Paridem modò sedula cures,
Sidereã sedem & superũm cõsortia linquis,
Haud ultra reditura polo, nisi nupseris illi,
Vel tenerè æternùm serues famulata cubile.
Et nunc ille diu spe multum captus inani
Expectare potest, pudor & reuerentia matrum

Ire uetat, quibus ipsa forem ludenda uerendis,
Tristibus & toto lachrymis consumerer æuo.
Tũ furijs incẽsa nouis Cithereа profatur:
Ne me iterum instiges, ne te irritata relinquam.
Non adeo dum te colui, tibi dulce uolenti
Numẽ erã infelix, quãtum experieris acerbum.
In te cõiugibus geminis odia aspera uertam,
Vt merita incesti soluas scelera impia morte.
Talibus obstupuit dictis Ioue nata Lacæna.
Flauentes uelata comas occulta per urbem
Ad Paridem sola graditur comitata Dione.
Vt simul auratis nitidos ingressa penates
Liminibus, thalamũq; uiri cõcessit eburnum,
Perq; domũ famulæ studia ad seruilia currunt.
Tyndarida aurata candentem in sede locauit
Ante uirum, risitq; dolis Cytherea repertis.
Illa oculos breuiter terræ deiecta profatur:
Venisti tandem forti congressus Atridæ,
Vix mortẽ effugiens duri in certamine Martis.
Expertus paruo leti discrimine quantus
In clypeũ assurgat, quo turbine torqueat hastã
Vir meus. has ne mihi quondã uentosus in illum
Iactabas furias? hæc num Paris illa superbi
Effera uis animi, quoties furibundus & armis

Maior in absentẽ bellum metiris Atriden?
Desine quæso minis pugnáq; lacessere rursus
Prælia, lude domi, Graia ne cuspide pectus
Infelix iaceas mediis confossus in aruis.
Ille refert, Dictis mulier ne incesse superbis
Instiges ue animũ quid nam, si uicit Athenæ
Palladis auxilio? posthac ego rursus Atriden
Experiar, quando sunt & mihi numina bello.
Nũc dulces Veneris furias, alioscq; sequamur
Cõgressus stratis in mollibus. aucta medullas
Flãma subit, totũq; hortante libidine pectus
Occupat, & maior nunq; mea sensa resoluit,
Non adeo cũ te rapui Lacedæmone primùm
Aduectam puppi mediis in fluctibus ingens
Insula suscepit, Venus hic ubi iunxit amantes.
Dixit, at illa thoro Paridẽ complexa quieuit.
Hæc inter, trepidos toto uolat æquore cãpi
Huc illuc uoluens oculos, similisq; furenti
Vestigat Paridẽ Menelaus, & increpat altè
Spectãtes bellũ, Quis enim mõstrauerit hostẽ?
Quo ue sequar? nullus Troũ Danaũq; p agros
Viderat, ut uisum Menelao ostendere posset.
Nemo quidẽ auderet Paridẽ cõmotus amore
Occultare, metu concepti fœderis: imò

Optasset

Optasset potius crudeli occũbere leto,
Tantũ odij populis inerat. tũc maximus armis
Argiuũm ductor Phrygijs Agamẽnon adorsus:
Audite ò Troes, Paridẽ superauit in armis
Atrides, seruate fidem, sancitaq; nobis
Fœdera. Tyndarida Argiuã, raptũq; Pelasgis
Ornatũ, & quales meritò debentur honores
Reddite, quos nunq; uentura aboleuerit ætas.
Dixerat, at Danaũ strepitu assensere cohortes.

TERTII LIBRI FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER QVARTVS, NICOLAO Valla interprete.

ANTE Iouẽ interea diuũm cõ
uenerat ordo
Sideream in sedem, cunctisq;
loquentibus Hebe
Nectareos passim miscebat di-
ua liquores.
Auratas illi celerant haurire uicissim
Inter se pateras, cœli tum uertice Troiam

Et

Et Danaũm latos ſpectãt prope littora campos.
At pater æthereus ſolio conſpectus ab alto,
Iunoni ſic incipiens illuſit Achiuæ:
Sunt geminæ forti tanta in certamina diuæ
Præſidio Atridæ, Iuno & Tritonia Pallas,
Quæ ſpectant tacita meditantes gaudia mente.
Hinc Paridem complexa ſuũ Venꝰ aurea leto
Implicitum eripuit. belli iam gloria fortem
Stat penes Atriden. nos conſultare decebit,
Bella odiũq; iterũ populis, placidam'ne quietem
Præſtet, & ambobus pacẽ præbere futuram.
Si placitũ id ſupis, habitẽt ſacra mœnia Troes,
Tyndaridẽ Argiuã reuehat Menelaꝰ ad Argos.
Sic fatus, ſoluunt alta in ſuſpiria mentem
Et Iuno & Pallas, propius quæ fortè ſedentes
Exitiũ implorãt Teucris. nil auſit Athena
Dicta Iouis cõtra, tacitam ſed cõprimit iram.
At Iuno impatiens tantum ſimulare furorem,
Preſſa dolore graui furias ſic fata reſoluit:
Iuppiter, unde tibi diuũm ĩplacidiſſime ſurgit
Hic animus, quando infectum uanũq; laborem
Eſſe iubes, frustra toties quẽ fracta ſubiui?
Sudantesq; ſimul deflexi hinc inde iugales,
Dũ populũ ad Troiã Priamo natisq; ferentem

Excidium traxi. cœptis modò uicta quieſcam.
Perge tamen, ſed non alij tua iuſſa uolentes
Laudabũt ſuperi. ſtrinxit grauis ira Tonantem.
Tum fatur contrà cœli qui ſidera torquet:
In te qd Priamꝰ, Priami quid regia proles
Dæmonia emeriti potuere, ut ſedula nunquam
Ira odijsq; uaces, donec ſacra mœnia Troiæ
Funditus euertas, totosq; ingreſſa penates?
Necdum etiã ceſſes, crudũ niſi dẽtibus ultrix
Diſcerpas Priamũ prolẽq;, & Troas, & oẽs
Iliadas? necdum penitus ſaturata quieſces.
Iamq; agito, ut tua fert animũ furioſa libido:
Nil aduerſor ego. tu tantum ſenſibus hauri:
Quando etiã libeat, penitus radicitus urbes
Eruam, & æqua ſolo turrita palatia ponam,
Hic ubi ſacra litãt tibi gens, & amica propago.
Haud iram impedies, animo quãdo iſta petenti
Inuito dedimus. quot flammeus ambit Apollo,
Quotq; operit ſtellis cœli radiantibus orbis,
Vrbibus ex ipſis cordi mihi gratius unum
Ilion, & Priamꝰ, Priami quoq; Martia proles.
Hinc mihi nanq; calent ſacris & odoribus aræ,
Qui ſuperis impendit honor. Tum regia Iuno:
Treis equidẽ ante alias dilexi Iuppiter urbes,

Argon, & illustrem Sparten, ditesq; Mycenas.
Has euerte solo iam si lubet, anxia quanquam
Obstiterim cui tanta deûm collata potestas
Ire Iouem contra superos qui fulmine terres.
Me tamen indignum est cœptis desistere rebus.
Cum dea sim, genus unde tibi sortita perenne,
Saturnoq; prior te sum generata parente,
Tũ tua sum coniunx, quãdo immortalibus altis
Imperitas, paribus cœlum populosq; regamus
Aũspicijs: ego te, me tu foueamus: utriq;
Quæ uolumꝰ, superũ tũ cætera uota sequẽtur.
Tu modò Teucrorũ Danaũq; p agmina Athenẽ
Iram odiumq; serat iubeas, captetq; per artes
Insidias belli, rumpant sacra fœdera Troes.
Dixerat, at dictis diuũm pater atq; hominũ rex
Annuit, & natæ uerba exitialia fatur:
I medios inter populos, & dissere Palla
Crimina bellorũ, rumpant sacra fœdera Troes
Exhortare prius. cœlo ruit Attica Pallas,
Ac uelut ignitum cum mittit ab æthere fulgur
Iuppiter infestum nautis populisq; timendum,
Corda pauor pulsat stillãtibus undiq; flammis:
Haud aliter dilapsa polo stupuere tuendo
Dardanidũm Danaumq; acies, sic quisq; reflexi

Ad

Ad socios referunt, Aut hæc portenta minãtur
Bella odiumq; uiris, aut icti fœderis autor
Iuppiter ambobus pacem firmabit amicam.
Tunc Antenoridæ uultum assimilata uirilẽ
Laodices Pallas, diuersa per agmina cedit
Vestigans oculis si quô Lycaonius erret
Pandarus, utq; illum multa inter millia uidit,
Quem circũ clypeatæ acies in bella fremebãt,
Quas secum ad Troiam Aesopi de littore uexit,
Ante uirum sistens uerba exitialia fatur:
Diue Lycaonide nil iam parere recusas,
Surge age, fatalem Menelao intende sagittam,
Pronum sterne solo, quem si cecidisse sub armis
Contigerit, Teucros insigni laude fouebis,
Quos bene apud memores tanti tibi gratia facti
Nunquam aberit. Paridi gratus splendentia regi
Dona feres, quando ille pyra conspexerit atra
Impositum Atriden. Lyciæ regionis amico
Funde preces Phœbo, uires tibi suggerat arcu,
Cui pecudum primos aris imponere fœtus
Voueris, ad Zeliam cum mox remeaueris urbẽ.
Sic effata, uiri mentem dementis Athena
Impulit. ille arcum enudat, syluestris erat qui
Cornibus è capræ quam quondã Pandarꝰ alta

Rupe

Rupe procul ſtantem iaculo ſub pectore fixit,
Alta tribus cubitis (mirum) cui cornua fronti
Surgebant, quibus exectis firmauerat arcum
Ingeniũ artificis, poſtremaq; texerat auro.
Hunc rapit, atq; aptat neruo, terræq; reclinat.
Tũ ſociũm clypeatæ acies circùm undiq; ſeſe
Oppoſuere duci, ſpectent ne longius hoſtes
Telum ex inſidijs, celeres tueantur Atriden.
Ipſe nouã pennisq; habilẽ ſquallente ſagittam
Deprõpſit pharetra, neruoq; aptauit acerbos
Laturam Atridæ luctus: Phœboq; dicauit,
Gũ Zeliam attigerit ſacrã, mactare bidentum
Primitias. cornu tum forte uolatile flexit,
Et duxit longè, donec curuata coirent
Inter ſe capita, & manibus iam tãgeret æquis
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.
Extemplo celeres neruo ſtridente per auras
Proſilijt telum: cuſpisq; impulſa petiuit
Te feriens Menelae, tui caſusq; fuere
Dij memores. ictum letalem auertit Athena.
Dum celerat telũ, nuſquam tibi longius illa
Corpore diſtabat, nato quàm ſedula mater,
Cũ uetat à dulci muſcarum prælia ſomno.
Illa quidẽ ueniens, quâ circùm ſutilis ambit

Bal-

Baltheus, & laterum iuncturas fibula mordet
Aurea, quaq; duplex circùm tegit ilia thorax,
Detorſit telum. tranſit per cingula, & ipſum
Thoraca infixum criſpans lorica morata eſt,
Et tandẽ extremũ perſtrinxit corpus Atridæ.
Tum niger illato defluxit uulnere ſanguis.
Mæonis aut Cariæ ueluti ſi uirgo rubenti
Tingat ebur minio, phaleriſq; imponat equorũ,
Pendentes thalamo longè quas fortè uidentes
Exoptant equites, tantũ ſi regibus apti
Ornatus extant aurigæ, & gloria currus.
Sic latera atq; ocreas currẽtes ſanguinis undæ
Tinxerunt Menelae tibi rorata cruore.
Arma uidẽs Agamẽnõ & ictũ in corpore uul
Expauit: ſtupuitq; ſimul Menelaꝰ & ipſe (nus,
Aligerũ aſpiciẽs telũ penetraſſe ſub armis.
Tum grauiter ſocij totis ſuſpiria rumpunt
Pectoribus. dextra Menelaũ amplexꝰ abundis
Suſpirãs lachrymarũ oculis Agamẽnõ adorſꝰ:
Heu mihi nũc frater, quãdo hæc inopina Pe-
Sors fuit, ut rupto pcũbas fœdere mortẽ, (laſgis
Hic ne timor ſuperũ? percuſſa hæc fœdera, &
Agnorũ ſanguis ſacer & libamina diuũ (aris
Nõ uiolanda? quibus dudũ ſic fidimus, ut tu

A Occi-

Occideris frater. contemni numen Olympi
Haud impunè sinũt superi. scelera impia, quanq̃
Distulerint culpas hominũ, grauiora morãtur
Supplicia, æterni si qua est sententia cœli.
Nanq; dies aderit, sacrũ quãdo Ilium & omnis
Martia cum Priamo proles, Teucriq; peribunt.
Iuppiter altitonãs, scelerũ impia facta repẽdẽs,
Induet obscurã fallentibus Aegida Teucris
Perfidiã ulturus. sint hæc licet, heu mihi quãtũ
Mœstitiæ, & quantũ linquis Menelae doloris,
Si moriens uitæ sortẽ complebis acerbam.
Scilicet indecores sine te remeabimus Argos,
Præcipites patriæ Danaos feret anxius ardor.
Iam Priamo & Teucris insignis gloria belli
Funere parta tuo est. heu q̃ liquisse pudebit
Hic Helenã, tellusq; tui cõsumpserit ossa
Dardanis, exhausto quẽ spes dabat ante labore.
Iamiam aliquis Troũ nullo obsistente superbus,
Ingentis tumulo insultans Meneleos et umbræ,
Sic ne iaces Menelae? (feret) sic alter Atrides
Improbus ardorem belli consumat in omnes.
Ille quidẽ ad patriã tota cũ classe recessit
Expertus frustra uires, fratremq; reliquit
Tellure hostili. uos ò miserescite saltem
Infer-

Inferni manes. potius mihi terra dehiscat
Ampla satis, nostras hæc q̃ referãtur ad aures.
Tũ flauus cõtrà affatur Menelaus Atriden:
Iam solare acies, ne'ue exhorresce cruorem,
Haud altè in uulnus telum penetrauit acutum,
Ferrea iam missæ repressit cuspidis ictum
Lamina, ferratus texit simul ilia thorax.
Hũc iterũ affatur prĩceps Agamẽnõ Achiuũ:
Sic pater ille deũm faciat Menelae, dolores
Iam lenire decet medicãdo uulnus acerbos.
Talthybium iubet acciri, cui talia mandat:
Vade uocaturus, siste huc Machaõta medẽtẽ
Talthybi, belligeri foueat qui uulnus Atridæ,
Arciger insignis Lycius quẽ perculit aut Tros,
Mœstities Danais, atq; ingens gloria Teucris.
Dixit. at ille gradu celeri mandata secutus,
Huc illuc uoluens oculos, circũ agmina lustrãs
Aeratas acies inter rimatur Achiuũm
Heroẽ Machaõta. procul quẽ cõminus armis
Circũstãt clypeatæ acies, quas plurima Tricæ
Terra boum generosa dedit socia agmina bello.
Hic propior fit præco duci, & sic uocibꝰ inqt:
Perge Coronide, princeps Agamẽnõ Achiuũ
Ire iubet, fratriq; manꝰ adhibere medentes,

Arciger insignis Lycius quẽ perculit aut Tros,
Mœstities Danais, atq; ingens gloria Teucris.
Dixerat. ille acri turbatus uulnere mentem,
Talthybiusq; simul glomerata per agmina passo
Accelerant, ingens ubi tunc percussus Atrides
Stabat, acerba fremẽs procerũ uallãte corona.
Ille deo similis cõspectus in agmine primũ
Per media infixum detraxit cingula telum,
Quo simul educto paulũ cessere dolores.
Cingula tum soluit, ferrataq; tegmina circum,
Exuit occultum uulnus, teliq; latebras
Explorat dextra, cõcretumq; inde cruorem
Abluit, & mixto plagam linit arte liquore,
Quæ pater huic illi dederat medicamina Chi-
Hi dũ uulno alũt diui Meneleos, in armis (ron.
Cõcurrunt Troianæ acies, pugnæq; parãt se.
Intrepidũ aspiceres Agamẽnona et arma fremẽ
Hortãtemq; uiros bello. nõ segnius acres (tem,
Quadrupedes arcet, currusq; ex ære sonãtes,
Quos procul ardẽtes pugnæ seruabat habenis
Armiger Eurymedon Ptolemæi sanguine nato,
Hũc assistere equos propio iubet agmine facto,
Ardor anhelãtes cũ uiribus hauserit artus,
Ipse pedes cũctos hortatus obibat Achiuũm.

Bel-

Bellorũ Argiui memores nũc sumite uires,
Non erit auxilio periuris hostibus olim
Iuppiter, at primi frangentes fœdera Troes
Vulturibus laniãda dabunt sua corpora sæuis.
Cõsortes natosq; domum super alta feremus
Aequora, & euersa raptabimus omnia Troia.
Quos uerò exangues præsenti Marte uidebat,
Argutis longè uerbis simul increpat omnes:
Dedecus Argiuũm, plebes moritura timẽdo,
Militia indigni, quorum Mauortis imago
Mẽtibus omnis abest, timidi uelut hinnuli apto
Quos labor in campo currentes laxat inanis,
Defectiq; iacent, & nulla in pectore uis est:
Haud secus attoniti armatos horrescitis hostes.
Num pelagi turmas spumosa ad littora Troum
Expectatis adhuc, firmãt ubi uincula puppes,
Visuri dextram si porrigat altus ab astris
Iuppiter auxilio nobis? sic fatus, Achiuũm
Hinc atq; hinc acies longè imperiosus obibat.
Vt Lycios alacer populos prnetrauit in armis,
Qui positi insignẽ circũ Idomenea fremebant.
Idomeneus apro similis, prima agmina bello
Struxerat, extremas Meriõe hortãte phalãges.
Hos placidè ut uidit gaudẽs Agamẽnon adorsus:

Idomeneu Danaos ante omnes digne uereri,
Militiæ pariterq; domi, menſasq; per omnes
Diſcumbis conuiua prior, cyathoq; potiris
Vndanti primùm nigro ueneratus laccho.
Aſt ibi tunc alij heroes (ſi maximus extet)
Menſura potant media. tibi plenior uni
Stare ſolet crater, uelut & mihi quãdo bibẽdi
Eſt animꝰ. quantũ ualeat nũc Martia uirtus,
Et bello uires oſtende, ut ſæpe locutus.
Tunc ille affatur cõtrà, & ſic uocibꝰ infit:
Atride, me nulla dies à fortibus auſis
Diſſimilẽ arguerit. iamiam ſpectabis amicum
Qualem optas, bellumq; animo flagrãte ſubibo.
Exhortare duces alios, atq; agmina pugnæ.
Quandoquidẽ primi uiolarũt fœdera Troes,
Certãdum eſt armis. pœnas dẽt ſanguine rupti
Fœderis. hinc abijt mentem lætatus Atrides.
Mox ille Aiaces geminos offendit in armis,
Quos acies denſæ peditũ poſt terga ſequũtur.
Ac ueluti nubes ſcopulo quã ſpectat ab alto
Per mare rumpentẽ Zephyri ſub flatibus atrã
More picis, paſtor trepidãs procul horret iniqui
Tollentẽ imbriferas cœli, pelagiq; procellas,
Tum rationis inops pecudes tutatur in antro:

Haud

Haud ſecꝰ arua terũt cõdenſæ in bella phalãges
Horrendæ clypeis ſimul & ſurgẽtibus haſtis.
Hos procul aſpiciẽs Argiuũm ductor Atrides,
Vociferans altè uerbis affatur amicis:
Aiaces magni, quorum fera pectora thorax
Ambit, & æratæ ſtant cinctæ ad prælia gẽtes,
Haud opus eſſe reor uos ultrà incendere bello,
Hortatu callent ueſtro pugnare cateruæ.
Iuppiter ò ſumme, ò Palla, et uagꝰ ignis Apollo,
Omnibus hic ardor fieret: nam Troia ſub armis
Et Priami imperiũ caderet populãda Pelaſgũm.
Sic ait, hos linquens alios hortatur Achiuos.
Venerat ad Pylios ubi ſtruxerat agmina Ne-
Exhortãs forti ſocios cõcurrere pugnæ. (ſtor
Hic magnũ Pelagonta ſuis, & Alaſtora turmis,
Hæmona dat Cromiũq; duces, ſimul atq; Biãta
Ductorẽ populorũ equitũ. currumq; potentes
Prima acies in fronte locat, peditũq; ſequũtur
Agmina lecta uirũm, fortiq; in robore plebem
Imbellem ſtatuit medio, pugnentq; coacti
Incluſi. primùm uetat admiſcere iugales
In populum, turbent ne acies. mox fidere quenq;
Curſibꝰ aut frenis prohibet, ne ſolus in hoſtes
Irruat, & longè quantũ ſinit impetus erret.

Tum ſimul ire acies, cõſertaq; robora in hoſtẽ
Fluminis in morẽ prorũpere, fluxaq; paſſim
Debiliora monet, hoſtiles figere currus,
Curribus ex iſtis præſtat pugnãtibus haſtas
His olim multas uerterunt uiribus urbes
Antiqui heroes. Neſtor ſic belliger artem
Bellorum expertus lõgo mõſtrabat ab uſu,
Quẽ procul ut uidit, gaudẽs affatur Atrides:
Si tibi diue ſenex animũ par robur, & auſus
Corporis æquarent uires & fortior ætas.
Sed te fracta ſitu, neruiq; effœta ſenectus
Obruit. ò utinam iuuenili in pectore robur
Afforet, atq; annos ſinerent mutare ſeniles
Numina, uel tali iuuenes q; ſeneſcere ſenſu.
Tũ Neſtor (quanq; ſenior tamẽ armiger) inqt:
Ipſe quidẽ Atride rurſus iuueneſcere uellem,
Qualis erã diuum cum Ereutaliona peremi,
Attamẽ haud ſuperi mortalibus omnia præſtãt.
Fortis eram quõdam iunior, nunc longa ſenectꝰ
Conficit, & ſenſus immutat robur aniles.
Verùm equidẽ medius populos in bella foueboꝰ
Conſilio, qui ſolus honos ſolet eſſe ſenectæ,
Tela manu iaciat miles cui fortior ætas,
Et feriant iuuenes fidunt qui uiribus hoſtem.

Sic

Sic fatus Neſtor, gaudens q; receſſit Atrides.
Tũ properãs uidit Petheos Meneſthea magni,
Quẽ circũ adſtantẽ populi glomerãtur Achiui
Verborũ artifices. huic proximus acer Vlyſſes
Ingenio ſtabat, Cephalenorũq; cohortes
Stãt ferro accinctæ circùm, bellũq; morãtur.
Nõdũ horũ populi rumor ſublatus ad aures
Venerat hic primũ miſceri in bella cohortes.
Spectãtes ſtabãt Teucros q; erumpere pugna,
Cõminus, Argiuũq; ſequi ſimul agmina cõtrà,
Mox ipſi irruerẽt. quos ut ſpeculatus Atrides,
Vocibꝰ increpuit: Petheos ſate ſanguine magni,
Et tu ficte dolis, uulpinæ & fraudis abunde,
Quis metus imbelles, quæ uos tã ſera moratur
Segnities? alios ſpectatis in arma ruentes,
Cũ deceat uos ante omnes pugnare priores.
Vos olim acciti dapibus, quas fortè paraui,
Cũ primũ audiſtis, mẽſis ſuper, arma furẽtes
Induitis, carnes auidiq; aſſumitis aſſas,
Vndantes q; mero pateras inuergitis aluo.
Vos etiam ante decẽ ſpectabitis ire cohortum
Præſidia in pugnas hoſtilibus obuia turmis.
Tũ cõtrà intorquens oculos affatur Vlyſſes:
Qualis ab orbe tui uox excidit oris Atride?

Qui ſegnes belli nos arguis, agmina quando
Marte calent aĭo, quãdo hæc tibi cura, uidebis
Telemachi genitorẽ acies irrumpere primùm
Hoſtiles, & te mentiri, & uana tuliſſe.
Vtq; illum agnouit ſubito caluiſſe furore,
Subridens iterum ſic eſt effatus Atrides:
Diue Iouis Laërtiade ſate ſanguine magni,
Haud ultrà ſæuire decet, q̃ iurgia præſtent
Irarum cauſas. tibi nulla iniuria per me,
Nec iubeo bellare quidẽ, non turbida menti
Conſilia aſſuetus miſcere & uertere ſenſus.
Noui animũ uigilẽ laudis. iãq; iſta (quid ultra?)
Vana dabunt ſuperi. ſi quid cõmiſimus in te,
Pœnitet, & nugas uirtus aboleſcet inanes.
Sic fatus, gradiens alios offendit Achiuos
Magnanimũ aggreſſus Diomedẽ. hic curribꝰ al
Et Stelenus magni natus Capaneos agebãt (tis
Quadrupedes, uultu ſimul hos affatur acerbo:
Tydide armipotẽs qs te metus obruit? aut quô
Effera uis animi patriæq; receſſit imago
Virtutis? non ſic patrem timor arguit olim,
Obuius aduerſos totiens qui terruit hoſtes.
Sic referunt qui tum illius uidere labores
Egregios. ego nil memini, licet ipſe Mycenas
Ve-

Venerat abſq; armis ſocio Polynice receptus
Hoſpitio. Argiui cogebant undiq; belli
Præſidia, ut ſacræ uaſtarent mœnia Thebæ.
Et belli uires, ſicut uoluere precando,
Obtinuere quidem, niſi Iuppiter altus ab aſtris
Signa daret, totos quibus ille exterruit Argos.
Huic tum fama uiro nullos æquabat in armis.
At poſtq̃ herboſi uenere Aſopidos undas,
Tydea legatum Thebas miſere Pelaſgi.
Ille, ut erat fidens animis, id ſolus obiuit
Munus, & ingreſſus multos Etheocleos aulam
Oedipionidas menſis diſcumbere uidit,
Hic ubi nullus erat qui ſe tueretur amicum,
Terrorẽ iniecit Thebis: quosq; ille laceſsit,
Solus Ethionidas uaria in certamina uicit,
Auxiliũ & uires tantum dabat Attica Pallas.
Illi indignantes, ſecreta in ualle latentes
Inſidias ſtruxere duci. ueſtigia retro
Dum ſeruata legit, proceres coguntur in unum
Quinquaginta, illi mortẽ latura iuuentus.
Horum ductores diȳs immortalibus æqui,
Hæmonides, Mæõ, & Echioniꝰ Lycophõtes.
Tydeus hos homines lætum ſibi ferre parãtes
Exitio affecit. tantũ dedit ire deorum
Au-

Auſpicijs ductus, Thebas qui mira referret
Mæona. talis erat, nulli uirtute ſecundus
Aetholius Tydeus: natum tamen ille reliquit
Alloquio ſeſe meliorem, at uiribus infrà.
Sic fatus, regẽ longè ueneratus Achiuũm,
Nil cõtra eſt auſus Diomedes inclytus illum.
Tum Stelenus magni natus Capaneos adorſus,
Vera quidẽ noſti, quæ nunc mentiris Atride.
Nos patribus lõgè præſtantes gloria tollit,
Nos min⁹ Argiuũm populorũ ad mœnia Martis
Duxim⁹, & ſacrã Thebarũ euertimus urbem.
Nos Iouis auſpicijs intẽdimus hactenus, illi
Irati fatis temerè indignantibus auſi
Occubuere, ſui pœnas q; dedere furoris.
Nos quibus aut igitur noſtros dignare parẽtes
Laudibus, Atride? cõtrà tum Martius inquit
Tydides, uetuit q; loqui, & parêre coëgit:
Haud ego te argueri populorũ rector Atride
Hortantẽ Argiuos. pugnat uictoria quando
Te penes, atq; ipſum ſequitur te gloria belli,
Si Troas uincent Danai, ſacrum q; reuellent
Ilion: & uictis luctus te triſtis Achiuis.
Eia agè nos igitur Stelene accĩgamur in hoſtes.
Dixit, & armatus curru uiolentus ab alto

Pro-

Proſilijt. ſonitũ pectus ſuper, arma dedere
Horrẽdum, quo uir quicũq; horreſceret ingẽs.
Haud aliter denſatæ acies ſuper arua mouẽtur
Ductorũ impulſæ ſtrepitu, uelut eminus undæ
Stridentis pelagi Zephyris miſcẽtibus æquor
Paulatim ſeſe tollunt, mox flatibus actæ
Vorticibus rapidis longè glomerãtur in altum.
Tellure illiſi refluunt ſuper æquora fluctus
Spumoſi, & ſalſæ rorant aſpergine cautes.
Agmina ductores animare in bella uideres
Effari nil auſa metu, ſed pectora tantùm
Marte calent, acies uarijs luxere ſub armis,
Progreſſæ in numerũ. cõtrà tũ plurima Troum
Turba fremit, pecudũ ſimilis, quas paſtor ĩ aula
Dines agit, ſepta patulas ad ouilia mulgens.
Aſſiduos referunt circùm balantibus agnis
Ad uoces ſtrepitus: talis ſuper agmina Troum
It rumor, uaria in mores, & diſſona linguis.
Hos acuit Mauors, aſt illos Pallas Athena:
Terror utroſq; tenet, idem pauor occupat oẽs:
Rixaq; mortiferi ſoror et comes horrida Martis
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila cõdit,
Per populos præceps rumore accenditur acri,

In

In medium lites affert, ac ſuſcitat iras.
Hæc ubi peruenit, campo furibunda ſuperbi
Spectatrix belli ſedit, rabiemq; per omnes
Miſcuit, unde oritur gemitꝰ mortesq;, dolorq;.
Aduerſi poſtq; apparent, tum tela reductis
Protẽdunt longè dextris, & ſpicula uibrant.
Iamq; intra iactum teli progreſſus uterq;
Cõſtiterãt, ſubito erumpũt clamore furentes.
Miſilibus feriunt clypeos, thoracas ahenos,
Pectora pectoribꝰ, clypeis clypeosq; repellũt
Connixi. ſtrepitu uario fremit Ilia tellus.
Fit gemitus morientũ, & mixta cæde uirorum
Semineces hinc inde cadũt, fluit undiq; ſanguis
Per terram, ueluti plures de mõtibus amnes
Per caua ſaxa ruunt, aucti pluuialibus undis,
Miſcentur ſimul, & uiolenti fluminis inſtar
Rauca ſonãt, ſtrepituq; pauet de uertice paſtor.
Haud ſecus immixtis oritur gemitusq;, cruorq;.
Hic primũ Antilochꝰ pugnãtẽ & dira fremẽtẽ
Dardanidũm ĩplicuit Thalyſiaden Echepolum.
Excuſſis galeæ criſtis ſub fronte cruentum
Traiecit telum, cuſpisq; impulſa per oſſa
Tranſilit, & nigræ lucem clauſere tenebræ.
Ille ruit medio uelut in certamine turris

Vul-

Vulſa ſolo, lapſum rapto pede ductor Abãtum
Calcodontiades Elephenor in arua trahebat
Rapturus ſpolia, ac inhians hoſtilibus armis.
Haud uotum tulit incautus: nam flexus apertũ
Dat latus. obſeruans oculis id fortis Agenor
In læuum uerſus tranſuerberat ilia ferro.
Singultantẽ animã trepidosq; extinxit in artꝰ.
Hic Teucrũm Danaumq; ſimul pugna aſpera
Implicuere inter ſeſe, legitq; uirum uir (ſurgit.
Exitio affecti rapidorum more luporum.
Hic Anthemione natum Telamonius Aiax
Simeſium excepit, teneri cui protinus anni
Impubesq; genæ, quondam quem mater ab Ida
Diſcedens genuit rapidi Simoentis ad undam,
Dum pecora infelix uiſenda parentibus egit,
Simeſiumq; ſimul fluuij de nomine dixit.
At non hic miſeræ præſtare alimenta parenti
Eualuit, uitæ ſpacio breuiore potitus.
Obuius huic Aiax ferratum haſtile mamillæ
Magnanimus dextræ intorſit, pectusq; repente
Trãſilit atq; humeros extra. tum pronꝰ in aruis
Corruit, & totus telluri inſternitur atræ,
Qualis adulta ſolo pingui ſinuoſa uirentes
Populus in ramos, nigra quam forte bipenni

Arti-

Artificis cædit manus, acri ut robora curru
Arte rotasq; paret. iacet illa in littore, donec
Arescat. talis cecidit prostratus ab armis
Anthemionides. Aiacis uulnere ut illum
Vidit Priamides confectum Antiphus acerbo,
Per medios ruit, & iaculum proiecit in hostem.
At non Aiacẽ, sed fixit cuspide Leucon
In latus. hic magni fuerat comes unus Vlyssi
Carior ante alios. qui dum Simesion adunca
Ad socios traheret dextra, confossus arenæ
Defunctũ iuxta cecidit, dextraq; remisit.
Tunc Ithacus cari comperta morte sodalis,
Perfurit, ac rapto prorumpit in agmina telo.
Bellator ualidis proiecit uiribus hastam
Per medium, Troes teli uenientis ab ictu
Seducunt sese. diræ non irrita mortis
Hasta uolat longè, meditantem prælia pulsat
Democoonta nothũ Priami, qui solus Abydo
Ardentes conduxit equos. per tempus utrunq;
Illa subit, nigræq; oculos clausere tenebræ.
Corruit in præceps, sonitũ sup arma dedere.
Tũc retrò incipiũt Teucri et mauorti⁹ Hector
Ferre pedẽ, Danai facto clamore fremebant,
Cõcurrũtq; ultra, & spoliãda cadauera raptãt.

Per-

Pergamo ab excelsa pugnas dũ spectat Apollo
Palãtesq; Phrygas, sic ira turbidus inquit:
Ite alacres (quid'nã Troes dubitatis?) ĩ hostes.
Nõ lapis est illis, nec durũ in corpore ferrum,
Vt nequeant armis uiolari, & uiribus angi.
Nõ hic æquoreæ Thetios bellator Achilles,
Puppibus in mediis sed tristem digerit iram.
Sic deus excelsa Teucros affatur ab urbe.
Excitat hic cõtra Danaos Tritonia Pallas,
Ingrediens lapsos reficit, uiresq; ministrat.
Tunc Amaryggiden fatum Diorea ligauit.
Hũc Pir⁹ Imbrasides, Thracũ qui ductor ab oris
Venerat, iniecto percussit crura molari.
Perfregitq; genu, neruos cõtriuit & ossa.
Collapsus tandem iacuit resupinus in aruis,
Ad sociosq; manus anima fugiente tetendit.
Tum Pirus hũc iterũ currẽs percussit acuto
Vmbilicum iuxta ferro. fluxere cruore
Viscera cõmixto, & lucem clausere tenebræ.
Dum furit, illius percussit pectora Thoas
Aetholius, iaculoq; animæ spiramina fixit.
Tum propior ualidũ deducit uulnere telum
Magnanimus Thoas, gladioq; euiscerat aluum,
Vna eadẽq; uia sanguisq; animusq; sequuntur.

Non tamen exuuias, licet ingens uiribus ille,
Eripuit. longis facto simul agmine Thraces
Obnixi incurrunt hastis, hostemq; repellunt.
Sic illi exanimes utrinq; per arua iacebant
Vulneribꝰ mixti, Thracũq; Epathrũq; cateruæ,
Ductoresq; ipsi: sanieq; inuoluitur omnis
Turba uirũm, quis enim cõfusæ stragis aceruos
Ediderit? non si media inter prælia Pallas
Duxerit illæsum dextra. tot millia Troum
Argiuumq; die passim cecidere sub illo,
Implicitiq; iacent per mutua uulnera fossi.

QVARTI LIBRI FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER QVINTVS, NICOLAO Valla interprete.

HIC iam Tydidæ Diomedi Pallas Athena
Fulgorem uiresq; dedit, quo maior in omnes
Surgeret Argolicos: aspectu illustrat honoro.

Ardet apex galeæ cristis, ac uertice flamma
Fũditur, & tremulos umbo uomit aureus ignes.
Qualis ubi oceani perfusus lucifer unda
Extulit os cœlo sacrum, longeq; coruscat:
Tydidæ talis species radiabat ab armis.
Per mediũ pugnæ, frẽdet quâ plurimꝰ horror,
Irruit in Teucros. diues purusq; sacerdos
Vulcani geminos Dares ad prælia natos
Ideum Phegeũq; uno super axe comantes
Miserat insignes belli. tunc obuius hastam
Tydidæ Phegeus humeri quâ tegmina surgunt
Cõiecit, ærato procul illa umbone repulsa est.
Tydidæ contrà dextram non irrita liquit
Hasta, papillosum pectus trãsuerberat hostis.
Dat gemitũ armorũ pulsu conterrita tellus.
Deserit Idæus Phegeũ pulchrosq; iugales,
Expectare pauẽs Diomedẽ fratre peremptο.
Haud nigrum poterat fugiens euadere fatum:
Sed patris orbati sortẽ miseratus acerbam
Mulciber, obscuro fugientem texit amictu.
Ille rapit currum sociis, pariterq; iugales
Imperat ad naues duci. tum cætera Teucrũm
Idea turba uidẽs pauitãtem, & Phegea lapsum
Inter lora rotasq;, procul densantur in unum.

Hic Pallas Martẽ cõplexa his uocibꝰ orſa eſt:
Bellipotẽs Mauors hominũ populator, et urbiũ
Euerſor, Troas Danaosq; in bella quid ultrà
Vrgemus? noſtris pugnent ſine uiribus omnes:
Cedamus, uincant tantũ quos uincere mauult
Iuppiter, atq; ipſos comitetur gloria belli.
Nos procul amoti Iouis hinc uitabimus iram.
Sic effata, deum totis ſubtraxit ab armis
Et ſtatuit longè herboſi Scamandros in aruis.
Acrius hic inſtant Danai, fugitq; uirum uir,
Deficiũt Troes. princeps Agamẽnõ Achiuũm
Altronum Odion ductorem perculit haſta
Pectus in aduerſum. micuit trans terga cruẽta
Cuſpis, & è curru cecidit reſupinus in aruis,
Deſuper arma graui ſonuerũt quaſſa fragore.
Licius hic Phæſton rapit Idomeneus ab alto
Mœonio genitum, Boro qui ex ubere Tarma
Venerat: hunc ualida pugnantẽ uulnerat haſta,
Et dextro affixa ex humero tremebũda pepẽdit
Ille ruit, Stygiæq; oculos clauſere tenebræ,
Et ſociꝰ exuuijs ſpoliare cadauera currunt.
Hinc Strophio genitũ fugientẽ magnꝰ Atri-
Venatu egregiũ, Scamãdrõ traijcit haſta, (des
Delia quẽ docuit nemoraleis currere montes,

Et terrere feras iaculisq; agitare fugaces.
Sed nec diua uirum, celeresq; in bella ſagittæ,
Nec iuuere quibus cunctos ſuperauerat arma,
Nanq; humeros inter fugientis cõijcit haſtam
Atrides Menelaus. micuit trans pectora ferrũ,
Dat ſonitũ ingentem curru delapſus ab alto.
Tunc Myreonæa currens exceptus ab haſta
Pheredus Harmonides, coluit quẽ Pallas Athe
Omnia q; noſſet manibus faciẽda per artes. (na
Hic Paridi inſtructas puppes æquauit in undis,
Principiũ infauſtũ Teucris, ipſiq; futurum
Exitio, monitus qui non audire deorum
Eualuit, lũbis proiecta ſuperuolat haſta,
Oſſibus effractis inuenit uiſcera cuſpis,
Suſpirãsq; oculos æterna in morte ligauit.
Pedea Phylides cõnixus corpore Meges
Excipit arte Nothũ celebri, quẽ diua Theano
Erudijt ſtudijs tantum gratata mariti.
Martius hũc Meges lõga ferit eminus haſta
Ceruice obuerſa, neruorũ ubi nexilis hæret
Stirps capiti. lingua cuſpis porrecta ſub ipſa
Per dentes inuenit iter, cum frigidus aruis
Decidit, & ferrum moriens hoſtile momordit.
Eurypylꝰ diuũ Emonides Hypſenora magno

Dolopione ſatũ, dudum qui ſorte ſacerdos
Scamandri fuerat, populis ducibusq; uerendus
More dei, ſtricto gradientẽ intercipit enſe,
Et ſolidũ magnaq; humeri cũ parte lacertum
Amputat. effuſo cõmixta in ſanguine dextra
Decidit, ac ſubitò moriens expalluit aruis.
Talia per cãpos paſſim dum funera Graij
Edebant, medios Tydides tranſilit hoſtes.
Haud utris bellũ gereret, Teucris ne ſuis ne
Cernere erat, Danaos tantũ tulit impetꝰ ultra.
Hæc uerba non ſunt Homerica.
Tegmina nulla ualẽt, nec quisq; ex hoſtibꝰ audet
Pugnando tẽtare uices: pcul arma frementis,
Mortiferosq; ictus, & criſtas caſſidis horrent.
Ac ueluti torrẽs qui multis imbribus auctus,
Aggeribus ruptis, hominũq; boũq; labores
Sternit, & inſertos euellens gurgite pontes,
Fertur in arua furẽs: rapido ſic Martius omnẽ
Percurrens cãpum Tydides agmina uertit,
Cõfertosq; licet perturbat uiribus hoſtes.
Vt procul hunc acies uidit Lycaonius heros
Vndiq; rumpentem, lunato infenſus ab arcu
Vulniferũ laxat telũ, quaq; æra fatiſcunt
Thoracis tranſit, dextroq; infigitur armo.
Tranſadijt cuſpis, micuit de corpore ſanguis.

Hic

Hic ſubitò illati quem gloria uulneris auget,
Pandarus exclamat, Longè conuertite Troes
Magnanimi currus auriga, & ſumite uires.
Scilicet Argiuũm melior confectus acerbo
Vulnere, nec ſpẽrẽ teli uim ferre ſupremam,
Quod mihi iã neruo manibꝰq; aptauit Apollo,
Nec uoluit Lycijs quõdã me excedere fruſtra.
Talia iactabat. neq; enim cõſumpſit acerbum
Tydiden uulnus, ſed iam penes ipſe iugales
Excedens, Stelenum ſic eſt affatus amicum:
Hactenus ò Stelene potui, nunc uulnus acerbũ
Cõficit, hãc humeris actutum euelle ſagittam.
Sic fatus. curru Stelenus mox deſilit alto,
Et penitus dextra telum de uulnere traxit.
Tũc niger ex humero totis cruor effluit armis.
Saucius ille preces tandẽ ſic reddit Athenæ:
Exaudi me nata Iouis Tritonia Pallas,
Pugnantẽ totiẽs duro ſub Marte parentem,
Me quoq; ſi dextro fouiſti numine, da nunc
Horrentes tenebras nigræ uaneſcere mortis,
Admotũq; uiri pectus lacerare ſuperbi,
Qui dudum feriens nitidum me cernere ſolem
Iactatus non poſſe diu. ſic fatur. Athena
Audijt orantem, propiusq; admota lacertos

Contingens totos uires infudit in artus,
Exhortata ducem sic ore affata sereno est:
Tydide armipotẽs, Teucrũ ne horrosce tumul
Nec pugnare time. patriũ tibi robur ĩarmis, (t⁹,
Quale dedi Oenidæ quouis sub Marte potẽti.
Quinetiã ex oculis nubẽ quæ plurima circùm
Mortales hebetat uisus, operitq; tenebris,
Eripui, ut pariter diuos homines q; uideres.
Si quis in hoc superũ fautor certamine Teucris
Venerit, excepta tantum uiolare Dione
Parce deos. illam (si uenerit) excipe ferro,
Sit Ioue nata licet. Pallas sic fata recessit.
Talibus incensus dictis Aetolius heros
Acrior ad pugnã redit, ac uim suscitat ira.
Vt leo cum pleno ferus insidiatur ouili,
Quẽ feriẽs lõga pastor non conficit hasta,
Saucius ille thoros quatit, impauidus q; minax q;
Ingreditur caulas, fremitu per ouilia sæuus
Grassatur, cũ segne pecus densatur in unum:
Haud sec⁹ aduersos crudescit ductor in hostes.
Astynoon populi pastorem, & Hipenora ferro
Percutit. ast illum fixit penes hasta papillam,
Huic humerũ stricto & totũ tulit ense lacertũ.
Hos linquẽs sequitur Polidõ et Abãta fugaces,

Quos

Quos sacer Eurydamas genuit, qui somnia doct⁹
Scire uirũm, natis Troiana ad bella profectis
Somnia non cecinit, melior sed Martius illis
Interpres soluit Tydides somnia ferro.
Post hos ĩplicuit Xanthõ, pariter q; Thoona
Phenopo genitos annis pubentibus ambos.
At pater audita natorum cæde, penates
Seruabat lugens, æuo q; exhaustus anili
Haud ultra sobolẽ sperat cui lauta relinquat
Rura suis longos atauis possessa per annos.
Nanq; animã ferro Diomedes fortis ademit
Ambobus patri steriles in luctibus annos.
Cũ natos redĩsse sibi non uiderit ultra,
Cognatisq; domos, & pinguia culta reliquit.
Tũ geminos Priami natos Echemona leto
Et Chromion curru stantes detrusit in uno,
Vt leo prosiliẽs pascentẽ in terga iuuencum
Aut armentalẽ uaccam prosternit in aruis:
Sic hos Tydides curru super arua cadentes.
Tũ spoliare uiros socijs, rapere inde iugales
Imperat, exuuiasq; omnes inferre carinis.
Hunc postq; Iliacas uidit turbare cohortes
Aeneas, celerat pugnãtum ubi plurima sæuit
Tẽpestas, natũ explorãs Lycaone per omnes.

Aſt illum poſtq̃ media inter millia uidit
Bellantem, ſeſe antè ferẽs ſic ore profatur:
Pãdare nunc ubi ſunt tela exitialia, & arcus,
Gloria qua nullus ſe iã tibi Dardanus æquat,
Nec quiſq̃ Lycius melior tibi prætulit heros?
Eya agè tende uiro iaculũ, manibusq; precatus
Ante Iouem paßis, qui nũc tot funera Teucris
Per campos infert, & uiribus agmina uertit.
Quis, niſi fortè deus, ceſſantibus ordine ſacris
Iratus Teucris ſtrages tot miſerit atras?
Dura quidẽ res eſt mortalibus ira deorum.
Ille refert cõtrà, Teucrorũ maxime ductor
Aenea, longè tantum (ni fallor) ab armis
Illum ego Tydiden hominũ delebile fulgur
Eſſe reor, noſco triplices in caſſide criſtas,
Et clypeum, & currus. ſed nõ ego certior idem
Sit'ne deus. certè non hic ſine numine magno
Tãta mouet diuũm, quiſq̃ ſtat proximus illi
Nube latens, alio qui corpore uulnera torquet.
Iamdudum cõtrà telum iaculatus, & armo
Infixi dextro, laxat quâ brachia thorax
Orbe cauo, Stygioq; ducem truſiſſe ſub orco
Speraui, fruſtra uires expertus in illum
Tela dedi, deus hic aliquis mihi protinus ictus
Fru-

Fruſtrãtur, fatis inij iam bella ſiniſtris.
Tum curr⁹, & equi deſunt, qbus ipſe p̃ hoſtes
Inferar. undenos Lycaonis in atria currus
Aeratos circùm, peplis phaleriſq; decoros,
Inſtratosq; oſtro geminos, ad quenq; reliqui
Cornipedes, qui nũc tenues paſcuntur auenas,
Ordeaq; aſſueti bellis. mihi ſæpe Lycaon
Ducere quadrupedes uẽturo ad prælia ſuaſit,
Troianos ut eques inter uerſarer equeſtres:
Nũc repeto infelix monit⁹, quos antè refelli.
Linquere equos duxi melius, ne Martè perenni
Pabula deficerent: nitidi ſtabulantur in altis
Aedibus, ad ſacrum ueni pedes Ilion arcu
Fretus, & his tandẽ quæ nil ualuere ſagittis:
Nanq; duces geminos dudum ſine funere fixi
Præſtãtes armis diuũm, Menelaon, & ipſum
Tydiden, fuſo rubuerunt membra cruore,
Quo magis iratos acui ſuper agmina Troum.
Has equidẽ rapui fortuna obſtante ſagittas,
Suſpẽſosq; arcus ramo, quãdo Ilion altum
Acceßi Teucris, traxit me plurimus ardor
Hectoris auxilio. felix augere Pelaſgos
Nõ ceſſat fatũ. quòd ſi patriãq; laresq;
Rurſus ut aſpiciã dabitur, charosq; parentes,
Mox

Mox caput hoc humeris Danaũ qcũq; recidat,
Hos ego tum manibus fractos flagrãtibus arcus
Cõijciam flammis, sic dij mea uota sequũtur.
Tũ cõtrà Aeneas, Hæc iã desiste loquendo
Pãdare, præstat enim Tydidæ occurrere forti.
Scãde meos currus, quãtũ per aperta uolãtes
Prosiliant cursu nunc experiere iugales.
Nam si fortè iterũ Tydidæ gloria belli
Fulserit, & grauior Teucros Iouis ira sequetur,
Versi urbem cursu uolucri tutumq; petamus
Effugium, cape lora manu, compelle sonoro
Verbere quadrupedes, descẽdo, et bella subibo
Ipse pedes pugnãs, uel equũm moderabor habe
Et tu Tydiden fatali intercipe ferro. (nas
Dixerat Aeneas, contrà Lycaonius heros:
Aenea tute ipse & frena, & uerbera, & axes
Sol⁹ habe, assuetusq; tuos auriga iugales,
Obliquosq; regat currus, ne fortè recusent
Iussa aliena pati, passimq; per arua furentes
Assueti imperio domini retinacula rumpant,
Et pauidi alterno longè rectore trahantur,
Exoptentq; tuos monitus, mox irruat in nos
Tydides, perimatq;, & equos sibi raptet, & ar
Ergo tuos rege cornipedes, ego lõgi⁹ hasta (ma.
Ex-

Excipiam uenientem. ambo super axe ferũtur
Tydiden contra. Sthelen⁹ quos inclytus armis
Vt procul aspexit, sic ore exclamat aperto:
Tydide Diomede animo gratissime nostro,
Ipse ego nunc geminos in te torquere iugales
Prospicio heroas: alter præstantior arcu
Pandarus ante alios natus Lycaonis: & alter,
Aeneas Anchisiades acerrimus armis,
Quẽ Ven⁹ alma parẽs genuit Simoẽtis ad undã,
Nec te magnanimæ laudis ferat ardor in hostes
Vsq; adeo ut nimium pereas ingẽtibus ausis.
Huic toruo contrà Tydides lumine fatur:
Talibus ardentẽ pugnæ præuertere frustra
Sollicitas mentẽ uerbis, fuga nulla sub armis
Degenerẽ arguerit, sunt & mihi fortia bello
Pectora, uisq; animi. qd enim moror obui⁹ ipsis
Hostibus ire pedes, geminosq; lacessere ferro?
Dũ mea bellipotẽs modò me tueatur Athena,
Diripientur equi retrò, uel pronus uterq;
Corruet, aut alter. q; si mihi candida Pallas
Amborum illato dederit de funere laudem, (det
Hauri aĩo hæc memori, te nũc mora nulla retar
Quĩ ad equos, pperes Aeneæ, et corripe dextra
Frena citatorum, totoq; ex agmine raptos
(Hor

(Horrendũ quanq; fremitent) ad littora ducas.
Illorum de prole genus traxisse feruntur
Quos dedit æthereo regi de semine Troo
Iuppiter altitonãs preciũ Ganymedis adempti
Ante alios longè uolucres, quos tota sub axes
Sidereos nutrit tellus, ac lustrat Apollo.
His armentales clam Laomedonte per agros
Subdidit acer equas Anchises, inde iugales
Sex tulit, & geminos efflantes naribus ignes
Aeneæ dedit, ipse alios ad pabula seruat
Auxilio belli. quibus hic si fortè potiri
Cõtigerit, laudis quantũ referemus ad Argos!
Sic alternantes hi dum sermone fruuntur,
Accelerant illi gressus, hostiq; propinquant
Et primum affatur Lycaonius ore proteruo:
Tydeos armipotẽs magni sate sanguine frustrà,
Vulnere quem dudum nostræ petiere sagittæ,
Rursus ut experiar ualida nunc cõmin⁹ hasta,
Veni equidẽ, num tela magis felicia sint hæc.
Dixit, & intorquens quantis non uiribus hastã
Ante tulit, forti clypeo super ingerit ictum,
Quẽ penetrãs medio cuspis thorace retẽta est.
Tum satus ingenti clamore Lycaone fatur
Exultans uicisse ratus, Non irrita uoti

Ha-

Hasta subit ferrum, nunc altè in corpora pressi,
Nec superesse diu poterit, mihi gloria tanti
Per gentes ierit leti, laudesq; ferentur.
Tunc illi intrepidus contrà fatur Diomedes:
Pandare uana putas, nec quicquã corporis ict⁹
Perstrinxit, nostrũ mage nũc penetrabile telũ
Experiere: prius uos hinc non ire licebit,
Arida quàm uestro satietur sanguine tellus.
Hæc dicens iaculum conuersa cuspide uibrat,
Et iacit, at Pallas medijs in naribus illi
Detorsit ueniens subitò, dentesq; per ipsos
Cuspis it, extremæ radens superantia linguæ
Transilijt, fossa micuit ceruice cruenta.
Corruit in uulnus, gemitũ super arma dedere.
Vno animus simul & sanguis effluxit hiatu,
Armorum ingenti sonitu expauere iugales.
Tũ celer à stricto mucrone horrẽd⁹ & hasta
Desilit Aeneas, ueritus ne exangue cadauer
Corriperent Danai, ueluti leo uiribus audax
Prostratum circa ferrugine clarus obibat
Dẽtib⁹ infrendẽs morti dare quenq; parabat,
Instãtes iãq; hos clypeum, nunc uertit ad illos,
Ingeminatq; ictus. acri tum percitus ira
Tydides, magna saxum ui corripit ingens.

Vix

Vix illud gemini ualida ceruice subirent,
Qualia nũc hominũ producit corpora tellus.
Illa manu raptũ celeri detorquet in hostem,
Excussitq; genu neruos, & ferrea circum
Tegmina pelliculæ paulũ scidit aspera cautes.
Incidit ad terram duplicato poplite nixus
Aeneas dextra, tenebrisq; adopertus ob ictum
Lumina, iam tenues uitã exhalasset in auras,
Ni cõplexa Venus natũ Citherea lacertis
Splendenti peplo Danaũm texisset ab armis
Traxissetq; uirum denso per inane tumultu,
Ne quis in occursu lapsum contingere ferro
Vectus equo celeri, uitãq; extinguere posset.
Tũ Stelenus memor imperij, quos ipse regebat
Ad currum cõpescit equos, pugnaq; remouit,
Et procul astrictos in frena reliquit habenis.
Actutum aggreditur crinitos inde iugales
Aeneæ, densoq; obliquat ab agmine raptos.
Deipilo, quo non erat alter amicior illi,
Tradidit. hic uelox, omniq; industrior arte
Tydidæ ad naues duxit, licet usq; frementes.
Ille suos tandem sumptis repetiuit habenis,
Tydiden mox pone subit, qui turbidus ira
In Venerem fertur bello, quia debile numen

Degeneremq; deam norat, non qualis Athena
Bellica, non urbes qualis populatur Enio,
Sed cui nil magnæ uirtutis in arma fuisset.
Tunc acies inter spectans rotat acrius ensem.
Quã Venus ipsa fugit, pepli uelamina ferro
Discidit ambrosij, Charites quæ munera diuæ
Texuerãt, mediũq; infodit uulnere dextro,
Vnde cruor fluxit, qualis solet esse beatis
Numinibus. neq; enim crustis cerealibus illa,
Nec nigro dapibus sumptis uescuntur laccho,
Sic diui exangues, immortalesq; uocantur.
At Venus ingenti grauiter cõcussa dolore
Vociferat, natũq; manu, peplumq; reliquit.
Actutum Aenean obductu nubis Apollo
Eripuit leto, ne quis celer hostis amicam
Hauriat illi animã longè, mox uoce superba
Tydides clamat fugienti, & iurgia diuæ
Multa refert, Magno pugnas Ioue nata uirorũ
Sollicitas, luxu molliq; assueta furore.
Num tibi fœmineos satis est incendere sexus?
Quinetiã insidias acies media inter & arma
Ausa paras Danais? non hæc tibi prælia diuũm
Dat pater. armisonũ ni ptinus improba cãpum
Deseris, hoc ipso disces mansuescere ferro.

Dixerat. ast acri Venus exanimata dolore
Multa gemit, pulchros artº cruor undiq; mollit.
Tunc Iris cõplexa deam uentosa gementem
Abstulit armorum strepitu per inania uelox,
Et Martem ante ipsum pugnæ qui læuº in hasta
Nixus erat, curruq; sedens spectabat Achiuos,
Deduxit lachrymantem, elapsa in poplite fluxis
Voce deum lachrymis sic est affata trementi:
Da rogo chare tuos frater mihi cede iugales,
Vt uehar æthereos misera hĩc sublimis ad axes
Si qua deis sit tuta domus: nam uulnere tetro
Saucia conficior, Tydides impulit in nos
Mortalis ferrum, qui cum Ioue fortius ipso
Cõsereret dextrã. Sic diua effata. frementes
Dat Gradiuus equos, niueis sub dentibus illi
Aurea frena terũt, scandit tum saucia currum.
Iris lora manu torquens Taumantias urget
Alipedes stimulis, rapido super æthera cursu
Prosiliere pares, illos de curribus Iris
Amouet, atq; hilares diuina ad pabula nectit.
Illa super genibus totiens recidiua Dionæ
Procubuit, toto collapsam corpore mater
Sustinet, & uerbis dulcem solatur alumnam:
Cui licuit de te tãtum mollissima diuũm

Gna-

Gnata, uelut magnam dederis dijs impia cladẽ?
Tũ sic fata Venº, Dedit hæc mihi uulnera natº
Tydeos armipotẽs, pugnæ cum sola tuerer
Implicitũ Aenean. mihi carior oĩbus hic est
Quos peperi. haud ultrà lis est odiosa Pelasgis,
Pugnaq; cũ Teucris, quãdo immortalibus ipsis
Bella gerunt. rursus tribuit sic diua Dione:
Perfer, & obdura tãtum mea nata dolorem:
Cœlestes etenim multi grauiora tulerunt
Vulnera, confossi pariter mortalibus armis,
Mortalesq; deũm telis cecidere uicissim.
Bellipotẽs certè Mauors tulit anxiã, quando
Nexilibus uinclis Othos fortisq; Ephialtes
Aloidæ strinxere deum: uinctusq; catenis,
Donec Luna decẽ ternosq; reuoluer et orbes,
Ferrata inclusus stetit & periturus in olla,
Ni pia Mercurium Eribœa nouerca moneret.
Ille deum uinclis furtim subtraxit iniquis
Iam pẽnè extinctum. doluit Saturnia Iuno
Cũ ferus Alcides traiecit cuspide mammam,
Vulnere quo diuæ dolor intolerabilis hæsit.
Quinetiam Pluton nigri regnator auerni
Sustinuit uulnus: idem Ioue natus ad umbras
Prorumpens erebi, primis in faucibus illum

Implicuit, multumq; dedit sentire doloris,
Mactassetq;, necẽ si dij paterentur acerbam.
Saucius ille humerũ magni Iouis atria lãguens
(Sic animam angebat dolor exitialis) adiuit.
Illic infundens plagæ medicamina Pæon
Abstulit omne malũ, neq; enĩ mortalis erat Dis.
O` nimiũ infelix Alcides, impia quando
Est ausus, iaculisq; deos uiolauit Olympi.
Hũc (si uera reor) Tydiden Pallas Athena
Impulit indomitũ mentis, sensusq; carentem,
Quẽ latuit non posse annos superare seniles,
Qui dijs infensus gerit immortalibus arma,
Nec penes hũc genibus nati super usq; sedebũt
Blandiri assueti, si iam remeabit ab armis.
Sit licet is bello præstans, & uiribus audax,
Aspiciat ne quis secum præstãtior arma
Conferat, & uitam crudeli sorte relinquat.
Vsq; adeo Adrastis pauida Aegialea parentes
Excitet à somno plorans mala fata mariti,
Exclamet, repetatq; uirũ mœstissima cõiunx.
Dixerat, & digitis saniẽ de uulnere mulgẽs
Lenibat, penitusq; graues cessere dolores.
Hæc dum Iuno simul lætæ Pallasq; tuentur,
Ante Iouem stãtes Veneri ludibria iactant.

Al-

Alba oculos tunc illudens affatur Athena:
Diue deũm genitor, licet indignatus acerbis
Corripies mea uerba minis, & singula dãnes:
Ipsa tamen referam, cœlo Venus unde cucurrit
Saucia. iandudum Graiã studiosa puellam,
Iret ut ad Teucros, uerbis pellexit & arte:
Sed dum blãda manu pẽdentia cingula tractat,
Aurea molliculã pupugit mala fibula dextram.
Sic effata. deũm risit pater atq; hominum rex,
Et Veneri illudens formosæ talia fatur:
Haud belli imperiũ curæ tibi nata relictũ est,
Sed molli amplexu flammisq; incendere diuos:
Hæc tibi sint curæ. Mauors, & bellica Pallas,
Arma uirosq; regãt. Hæc dũ simul alta loquũtur
Numina, Tydides Aenean turbidus urget,
Esse licet tectũ nouisset Apollinis umbra.
Ter conatus ibi ferro rescindere nubem,
Ter deus obiecit clypeũ. tum dæmonis instar
Sæpe insurgenti minitans, sic fatur Apollo,
Terrificũ infrẽdẽs, arcuq; horrẽdus & armis:
Aspice Tydide, quid iam uiolentior audes?
Cede deis, tantosq; animi metire furores.
Nec superos æquare putes, mortalia quando
Inferiora deis, ceduntq; colentibus astra

Terrarũ indigetes, minitantis Apollinis iram
Arcigeri ueritus paulum ſuper arua receſsit.
Interea Aenean ſubtraxit Apollo tumultu
Pergamũ in anguſtã, raptũq; in tẽpla locauit
Numinibus ſacrata ſuis, ipſumq; Dianæ
Arcigeræ, & matri Latonæ liquit alendum.
Ipſe (ut erat ualidus) clypeo teliſq; coruſcam
Effigiem Aeneæ campo formauit inanem
Bellanti ſimilẽ, quã circũ fortibus armis
Argolicũm Troũq; ſimul pugna aſpera ſurgit,
Obnixi telis clypeos clypeisq; repellunt,
Pectora pectoribus cædũtur & enſibus haſtæ,
Cõflictuq; gemũt galeæ. tum Phœbus Apollo
Gradiuũ alloqtur. Mauors Mars belliger urbiũ
Atq; hominũ populator (ait) nunq; ne ſuperbũ
Viribus expuleris Tydiden longius unum,
Qui ferus in magnũ pſtringeret arma tonantẽ?
Hic primùm Veneris percuſsit uulnere dextrã,
Dæmone mox rabido truculentior irruit in me.
Sic fatus tendit greſſus ad mœnia Troiæ,
Fitq; Athamas Thracũ ductor, cuneosq; poẽs
Vltro animos tollit dictis, atq; increpat ultrò:
Dardanidæ magni, claroq; è ſanguine nati
Priamidæ (exclamat) ſinitis tot funera Teucrũ?

Num quia fortè iuuat ſpectare ingentis aceruos
Stragis, & ora uirũm Troiæ ſub mœnibus altis
Trunca ſolo? reuocate animos, en inclyto armis
Aeneas Anchiſiades, quem uiribus æquum
Hectoris, & ſimili iam dignabamur honore:
Eia agitè egregium ſocium tueamur ab hoſte.
Talibus incẽdit uires animũq; per omnes.
Acrius hic ingens Sarpedon Hectora diuum
Vocibus increpuit: Quô nũc uis effera, et acer
Spiritus Hector abit? cũ te ſine ciuibus urbem
Auxilioq; uirũm tutari poſſe ferebas
Viribus ipſe tuis fidens, fratrumq; tuorum
Cognatũmq; ſimul, quorũ pars nulla uidetur.
Iam, cũ tela manu poſcũt, pcul arma uerentur,
Turba canum ueluti rugitantis ab ore leonis.
Nos pugnæ impliciti tãtũ qui uenimus Hector
Præſidio Troiæ. Lycijs ſum uectus ab oris,
Et procul à Xanthi lõgè reuolubilis unda
Auxilio accitus, patriam dulcesq; reliqui
Cõſortem natũq;, & opes, quas ardet habere
Pauper inops rerum. liqui tamen omnia, quãdo
Huc me traxit amor ueſtri. quin audeo contra
Tydiden, Lycioſq; animare in bella frequento,
Quãta tui (quis timeant) non perdere ciues,

Nec quantũ Danai ſperent, ſi uertere Troiam
Dij dederint. pugnæ ceſſas ne incẽdere Troas?
Auxiliũq; ferant pugnantibus ipſe coherce.
Expectas ne ut aues ſub retia linea captos
Hoſtibus occidi populos, ſacrumq; reuelli
Ilion in prædam lacerantibus omnia Graijs?
Te tãtum ante alios quãtum uirtute feroci
Exuperas Hector, ſocijs impenſius æquũ eſt
Conſulere, & rerum duros expellere caſus.
Talibꝰ affatꝰ mentẽq; animũq; momordit
Hectoris. hic curru totis horrendus in armis
Deſiluit, liquido criſpans haſtilia ferro.
Progreditur, paſſiq; acies hortatur in hoſtes,
Incenditq; animos ingenti Martis amore.
Hic acres redeũt Troes, cõtraq; phalanges
Expectant Danaũm, ſublatꝰ in agmina puluis
Funditur impulſu peditũ tractuq; rotarum,
Quadrupedũq; cito cãpum terit ungula curſu.
Non aliter cunei reſperſo puluere ſordent,
Quàm cũ nuda cohors ardẽti ſidere fruges
Separat, excuſſis Eurus dum ſpirat ariſtis.
Si qua tamẽ cõtrà uiolentior ingruit aura,
Dum fragiles ſtipulas culmosq; per aẽra iactãt,
Omnia peruolitãt Cereris purgamina circum

Ter-

Terga humeroſq;, caput, albeſcit ruſtica pubes.
Iam Gradiuus equos urget, populoſq; fatigat
Diſcurrens paſſim fuſa caligine tectus:
Hortatur Teucros, uires animoſq; per omnes
Sermonis Phœbi memor imperijq; fouebat.
Ipſe etiam Aeneæ robuſtos reddidit artus
Delius, atq; adyti penetralibus extulit inter
Pugnãtes. poſtq; ualidum uidere per agmen,
Lætitia exultant Troes, cupiuntq; potiri
Iam ſermone uiri, ſed bello argenteus omnes
Delius inuoluit Mauorſq; & denſa tumultu
Rixa uiros, horret cõflictibus aſpera pugna.
Hinc gemini Aiaces Danaos, & diuus Vlyſſes,
Tydeſq; ingens, quando imperterrita bello
Corda gerũt, pugnare oẽs hortantur in hoſtes.
Stant ferro accincti Danai, Troasq; morantur
Nubibus aſſimiles, ſummi quas uertice montis
Iuppiter addenſat, Boreæ ſilet impetus omnis,
Et poſuere minas alij ſuper æthere uenti
Imbriferas ſueti flatu diſpergere nubes.
Atrides acies longè imperioſus obibat,
Hortaturq; uiros, Nunc ò nunc ſumite robur,
Nunc animis opus ò ſocij, timor omnis abeſto.
Quos pudor et uirtꝰ animat, minꝰ haurit acerba

Mors hoĩm,& plures remanent q̃ bella timen
Nulla fugã uirtꝰ sequitur uel gloria nulla. (tes.
Sic fatus,raptim iaculũ detorquet in hostem
Magnanimũ Aeneæ comitẽ Docoona potenti
Pergaso genitum,coluit quẽ Dardana pubes
Vt Priami natum.nam cum data copia pugnæ,
Ocyus aduersos primus surgebat in hostes.
Haud uim sustinuit,clypeũ p & arma, per aluũ
Hasta subit uelox,cecidit q; in uulnere pronus.
Fit sonus armorũ,cõcussa est pondere tellus,
Chretona Aeneas ferro rapit,Orsilochum q;,
Præstantes armis natos genitore Dyocleo.
Is pollens opibus Phera consederat urbe,
Cui genus Alphæo,Pylios qui gurgite cãpos
Influit.is quõdam rebus populisq; potentem
Orsilochũ genuit,genuit Dyoclea superbum
Orsilochꝰ.geminos(q nũc cecidere) Dyocleus
Chretona & Orsilochũ præstãtes uiribus am-
Hi simul ad Troiã transuecti puppibꝰ altos (bos.
Argolicũm heroas,geminos q; in bella secuti
Atridas,fato simul interiere sub uno:
Vt gemini iacuere simul super arua leones,
Quos aluit catulos nemorosa in ualle leæna.
Hi,dum dira fames urget,tauros pecudes q;

Ad caulas raptant,ferro sed pastor acuto
Conficit.haud aliter iuuenes iacuere cruenti
Arua super.lapsos spectans miseratus Atrides
Et ferro accinctus medios irrupit in hostes.
Euibrans iaculum dextra.Mars ipse furorem
Vim q; dabat,magni caderet quò uictꝰ ab armis
Aeneæ.imparibus pugnantẽ uiribus ut q;
Nestoris Antilochus lõgè conspexit Atriden,
Ductori cui tot populorum cura labor q;
Imminet,auxilio,ne quid patiatur acerbi,
Aduolat.alternæ morti dum tendit uter q;,
Aeneas cessit,cursu licet acer,& armis
Egregius.neq; enim tutum bellare duobus
Auxilio enixis alterno duxit Achiuis.
Illi aũt amborũ prostrata cadauera Graiũm
Dant socijs,uersiq; iterũ fera bella sequuntur,
Dardanidas q; urgẽt.similẽ Pylemona Marti
Paphlagonum regẽ iaculo Menelaus Atrides
Insignis tetigit,medios penetrauit in armos
Cuspis.& Antilochus rectãtẽ Mydona curruꝰ
Percutit Amynto genitũ,per inane rotato
Confregit cubitum saxo:dum uulnere currus
Luctat,eburna manu ceciderunt lora dolore.
Tunc illũ Antilochus stricto mucrone petiuit,

Tempus utrunq; ferit curru reuolutus ab alto
In caput, inq; humeros, ſtetit alta ĩ puluere cer-
Merſa diu, pedibꝰq; ſuper mirãtibꝰ auras, (uix
Donec equi pedibus triuere in puluere corpus,
Quos pugna Antilochꝰ cõcuſſos uerbere tra-
Hæc ubi cõſpexit ſublatꝰ ab agmine Troũ (xit.
Priamides Hector, magnis clamoribus actus
Per media arma ruit, ſequitur quẽ plurima circũ
Turba uirũm, Mauors hũc & comitatur Enyo,
Frẽdentes ſtrepitu pugnæ ſimulacra ciebant.
Armiger antè deus ferratum haſtile gerebat
Et nũc ponè ſubit. poſtq; tot millia Teucrũm
Tydides uidit, Martẽq; horrentibus armis,
Expauit, ueluti ſi quis per littora tendens
Neſcius in rapidũ curſu ſimul incidat amnem
Spumãtis pelagi. uel qui refluentibus undis:
Haud aliter Diomedi animo fiducia ceſſit.
Vertit iter retrò, longeq; exclamat Achiuis:
O ſocij, quid enim uires miramur in armis
Hectoris? armipotẽs Mauors ſtat proximus illi
Mortalem indutus uultum, quo tutus ab omni
Exitio bellare poteſt. quin cedimus ultrò?
Qui dijs bella gerit, nequicq; fortiter audet.
Sic fatus, magno Teucri inſiluere tumultu.

Mar-

Martius Enchialon ſimul & Meneſthea ferro
Obtruncat curru pugnantes Hector in uno.
Hos procul iuſtratos uidit Telamonius Aiax
Cõmiſerans fatum, ſplendentiq; obuius haſta
Amphiona è Selago genitũ prope cingula fixit,
Qui Peſum incoluit rerũ dominator & agri.
At illum infelix Priamo natiq; ferentem
Auxilium traxit fatum, cõſumptus ab haſta
Cõcidit Argolica, ſonitum ſuper arma dedere.
Ipſe inhians ſpolijs lapſi, rapere arma cucurrit.
Dardanidæ obnixi iaciunt tela omnia cõtrà,
Nec ſufferre ualet, iaculis ſuperantibus Aiax
Obruitur, riget innumeris haſtilibus umbo.
Ictibus ingeminant Troes, tandẽ ille recepta
Defuncti ſeſe retrò dedit arduus haſta.
Arma humeris ſpoliare neqt meliora repulſus,
Grãdinis in morẽ crepitant tot ſpicula circùm.
Interea aduerſo Danai cũ Marte laborant,
Tlepolemũ ingentẽ magno uelut Hercule natũ
Corporis atq; animi fatũ crudele ligauit.
Nanq; indignãti ſimilis, ſimilisq; minanti
Incidit ante Iouis natum Sarpedona magni.
Iam ſubito aſpectu turbatus inhorret uterq;
Dux odijs, hinc arma nepos Ioue natꝰ, at illinc

Stri-

Stricta tenent, acuunt alterna in uulnera ferrũ
Tlepolemus sic incipiens hostile profatur:
Quæ te Sarpedon Lyciorum ductor ab oris
Militiæ expertem tam sors tulit aspera bello
Oppetere extremos obitus? mentitur alumnum
Qui Iouis esse refert, longè cum uiribus absis
Illorum qui se genitos uirtute fatentur
Esse Iouis, qualem cecinit uetus Herculis ætas?
Quo feror haud illi dispar, nec uiribus infra.
Sex olim ratibus Troiæ penetrauit ad oras
Alcides, quanq̃ paucis comitatus Achiuis,
Laomedontis equos rapuit furibũdus, & armis
Ilion euertit sacrum, facinusq; piauit.
Tu uerò imbellis passim socia agmina cernis
Expirare animas, sperant se posse tueri
Auxilio Lyciũm Troes. tu sis licet ingens
Viribus, his erebi manibꝰ penetrabis ad umbras.
Tũ cõtrà intrepido Sarpedon reddidit ore:
Tlepoleme augustum pater hic tuus Ilion olim
Eruit, infidi regis periuria tantum
Laomedõtis enim meruere: ingratus equorum
Alcidæ munus, percussáq; pacta negarat.
Cui tribuit magnos (non inficiamur) honores.
At tibi Tlepoleme armipotens nil tale licebit,

Sed

Sed moriẽs animã Diti dabis, & mihi tantæ
Gloria mortis erit. Sic ille effatus. uterq;
Alter in alterius cõtendunt spicula corpus.
Vulnera dãt ambo, ceruix trãs fixa recumbit
Tlepolemi, tenebræq; oculos clausere natãtes.
Lãcea Tlepolemi ligno tenus inguine dextro
Illius affixa est, neruos penetrauit & ossa,
Sed penè extincto mortẽ pater expulit atram.
Ast illum fidi æquales genua ægra trahentem
Deducunt pugnæ, pendẽs grauat acrius hasta.
Vellere non ausus ferrum de uulnere quisq̃,
Sic animã angebat dolor exitialis in artus.
At parte ex alia Danai rapuere iacentem
Tlepolemum. diuus postq̃ cognouit Vlysses
Infelicẽ obitum comitis, seseq;, animumq;
Increpat ipse suũ socijs tot dira ferentem.
Heu qd agat? magnũ ne prius Sarpedona secũ
Ambigit, an Lycios ingenti strage sequatur.
In Lycios furias illi commouit Athena.
Nãq; Iouis natũ manibus telisq; negarant
Inuida fata suis. sæuit super agmina, tandem
Interimit regẽ, Cromiũq;, & Alastora ferro,
Nœmona & Alcãdrũ fortẽ, Pritanimq; Aliõq;.
Ingentes orco Lyciũm misisset aceruos,

Sed

Sed ferro accinctus Hector galeatus Achiuis
Terrorẽ iniecit, cuneosq; in cæde furentes
Restitit: aduentũ cuius lætatus Olympum
Sarpedon spectans oculis miserabile fatur:
Priamide ne linque feris super arua cadauer
Hostibus (oro) meũ prædæ, sed tolle cruentum.
Da dextrã misero, refer urbi ubi sæcula līquã.
Vicina iam morte domum, connubia, natum,
Non ultrà aspiciam. coniunx miseranda marituũ,
Et puer infelix flebis mala fata parentis.
Belliger ast illi contrà nil reddidit Hector,
Acrior urget enim quo longius arceat hostes,
Multorumq; animas Argiuũm mactat auerno.
Interea socij uix se retinente sub alta
Semianimẽ quercu ducũt Sarpedona: summo
Quæ cũ sacra Ioui, nulli uiolata remansit.
Hic illi insignis Pelagõ de uulnere ferrum
Euulsit, grauiusq; animã dolor ultimus anxit.
Defecere oculi tenebris, uix spiritus omni
Fotus ope exhaustos redijt reuocatus in artus.
Argolici contra Martem, contra Hectora ferro
Accinctos, nõ terga dabant, sed cedere retro
Paulatim, norant Teucris accedere Martem.
Tũc ibi quẽ primũ aut postremũ deijcis Hector?

Armi

Armipotẽs Mauors Graiũ quot corpora fũdis?
Teuthrãtẽ ignipedũ domitorẽ et Orestẽ equorũ
Threũq; Aetoliũ præstantẽ uulnerat armis,
Oenomaũq; Helenũq; & Presbiõ ampla colẽtẽ
Tecta Cephiseis Hylæ refluentibus undis.
Diuitijs inhians auro pollebat & agris,
Nãq; opibus lautos studuit superare Boëtas.
Has ubi cõspexit strages dea candida Iuno,
Tot Danaos cecidisse dolens, affatur Athenã:
Heu Ioue nata malũ facinus Tritonia, quando
In uanum Atridæ promisimus Ilion altum
In prædam, Danais patriæ tutosq; recessus,
Nec spẽ facta seq, Mauors populatur Achiuos,
Eya agè nos etiã pariter cingamur ad arma.
Dixerat, & dictis nõ alba repugnat Athena.
Iam festinat equis, atq; aurea frena parabat
Magna Iouis coniunx, ferratas curribus Hebe
Arte rotas mira celebres adiungit eburnis.
Desuper æra nitẽt octo firmantibus orbem
In circum radijs, operiq; argenteus axis
Vertitur, auratis fulgent curuamina bullis.
Eminet alta super sedes, quam circulus ornat
Aureus ambitu duplici. nodantur in aurum

Vndiq; compactam stringentia cingula sedem.
Sūma crepant auro iuga, temo argenteus arctat
Aurea distinctis auro connexa capistris.
Tū celeres admouit equos nō Marte pauentes
Iuno iugo. uestes auroq; ostroq; rigentes
Deposuit, Pallas strato quas ipsa laborum
Prima suis manibus mira uariauerat arte.
Induit arma Iouis, quibus ille exterritat urbes
Luctificū populis cū mittit ab æthere Martem:
Aegidaq; horriferam suspendit uincula collo,
Quā circū strepitus passim, terrorq;, furorq;,
Rixa minax, clamorq; et uis fremebūda rotātur:
Gorgoneū clypei medium caput asperat orbē,
Mōstrū horrēdū atrox, quo nullū tristius ultrà
Iuppiter aspexit, triplici cum casside crista
Incluſit uultus fuluoq; incenditur auro,
Heroūq; capax capitū quot mœnia centum
Magna tenēt, uolucriq; super salit ignea curru.
Dextra grauē ualidāq; capit qua disijcit hastā
Ingentes populos, acri cum feruet in ira,
Vt Ioue nata deo totum qui territat orbem.
Vrget equos Iuno, rapiunt ad limina cursum
Ignipedes cœli, sistunt ubi tempora & horæ:

His

His data sunt magni custodibus atria cœli.
Altera nigrantes expellunt æthere nubes,
Alteræ ut inducant noctesq; diesq; sequuntur.
Spōte sua patuere fores, per aperta uolantes
Præcipitant sese elati, sublime uidentur
Aēra per liquidū ferri atq; hinnire per auras
Ignipedes. ubi tunc extremo in uertice Olympi
Conspexere Iouem sine dijs in sede locatum,
Illic sistit equos candens dea brachia Iuno,
Ante deūm regem sic est effata uerendum:
Diue deū genitor tibi ne hæc satis ista uidētur
Digna quidē, tuo Argolicis quot funera Mauors
Iam dedit, & quales quātosq; emiserit Orco
Heroas? certè non hæc iubet ordo deorum.
Infensus nobis, Phœboq; & Cypros alumnæ
Indulget, nostris gaudent in luctibus ambo.
Hūc sine honore pater (neq; enim mihi turbida
Obstiteris, si iura deis dabis oībus æqua) (ira,
Indomitum affligā, sensuq; & lege carentem
Multabo totiens monitū, pugnaq; repellam.
Iuppiter huic cōtrà q nubila cogit & imbres:
Iuno hæc armiferæ, sueuit quādo īclyta Martē
Afficere in bello, peragēda relinque Mineruæ.
Dixerat, ac dictis paret dea candida Iuno,

Verbere flectit equos. auidi per inania cursus
Protendũt, scinduntq; obstãtes pectore nubes.
Suspensi tellure procul, super aëra distant,
Quãtum acie possunt oculi spectare sedentis
In scopulo, nigri cum respicit æquora ponti.
Hoc tantũ spacio cœli terræq; per auras
Ignipedes cursu soliti prodire deorum.
Vt uerò ad Troiã uenere, ubi gurgite fluctus
Miscẽtur Simois simul & Scamãdrus in uno,
Sistit equos Iuno, soluitq; à curribus ipsos,
Et caliganti circùm contexit amictu:
Ambrosias Simois pascentibus egerit herbas.
Ipsæ dehinc geminæ uelut incessere columbæ,
Accinctæ auxilio Danais, ubi plurima turba
Magnanimiq; duces truculẽtũm more leonum,
Aut aprũm quorum uis ingens dentibus hæret,
Tydiden circumfremitant. hic candida Iuno
Stentoris in specie clamat, uox ferrea cuius
Tantũ clamorem tollebat ad æthera, quantum
Quinquaginta simul cũ clamãt ora uirorum.
Proh pudor Argiui coràm pudet ista fateri:
Magnanimus bello dum uersaretur Achilles,
Dardanidæ nunq; penetrarunt limina Troiæ,
Ullius ingenti sic expauere sub hasta.

Nunc

Nunc procul à muris circum naualia pugnãt.
Talibus Argiuũm percussit uocibus aures,
Vimq; animũq; ferẽs. oculos dea cãdida Pallas
Tydiden stabat iuxta, quem fortè iugales
Offendit crasso purgantem sanguine uulnus
Magna Lycaonidæ quod stragula fixerat olim.
Ipse quidem multo sudore, & puluere sordens
Cõfectus grauia arma solo, clypeũq; rigẽtem
Exuit, & motis dextra fouet ulcera uinclis.
Ad quem sic roseo fatur Tritonia uultu:
Magnanimus quõdã natũ sibi robore Tydeus
Dissimilẽ genuit, mẽbris breuis ille, sed acer
Bellator. totiens me tunc prohibẽte labores
Martis adit quõdam socia sine gẽte profectus
Nuncius ad Thebas conuiua per atria multis
Accitus dapibus, tantum sibi gloria laudis
Auxerat ingentes animos: quoscunq; lacessit
Egregios iuuenes uaria in certamina uicit.
Hortatrix aderam tãtùm, tibi sedula custos
Te penes assisto, iubeoq; audentius hosti
Congredere. obtusus totos uelut ictus in artus
Deficis, atq; animũ Martis pauor ater obũbrat.
Magnanimi neq; enim gnatũ te dixeris ultrâ
Tydeos. huic cõtrà fatur diuus Diomedes:

Noui equidẽ dea nata Iouis, sed uera fatebor
Nil simulãs, nõ me pugnæ timor occupat ullus,
Sed memor ipse tui monitus, pugnare beatis
Me dudum superis uetuisti & parcere ferro,
In Venerem tantum ruerem, si uenerit inter
Aeratas acies. nunc ipsa in prælia Martem
Intuor, excedo, sociisq; excedere suasi.
Huic oculos candens fatur sic Pallas Athena:
Tydide Diomede animo gratissime nostro,
Nõ adeò extimeas Martẽ nec quenq; deorum,
Auxilio tibi sum præsens, impinge iugales
Gradiuo, nec te ulla eius reuerentia tardet,
Iratus uarium gerit & mutabile pectus.
Nõ mihi, nec magnæ Iunoni seruat honorem,
Pollicitus dudum nobis dare funera Teucris,
Pugnaturum acies contra, Danaosq; tueri.
En promissa fides, Teucrorum præsidet armis
Argiuũm oblitus. Stelenum sic fata sonanti
Expulit è curru, diuum penes ipsa subiuit
Tydiden. festina manu molitur habenas,
Indulsit galeæ, ne fiat cognita uultus,
Vrget equos, axis stridebat quernus in ære
Numinis & magni Tydidæ pondere pressus.
Dat dextræ stimulos, obliquat frena sinistra,

In Martẽ cõpũgit equos, quibus obuio it Mars,
Cũ procul aspexit diuo Periphãte relicto
Ductorẽ Aetholũm quẽ dudũ fixerat hasta,
Nixus uterq; ruũt animis & cursibus acres.
Sãguinis utq; auido Mars primũ hastile tetẽdit,
Inter lora & equos ueniens obliquat ab axe:
Pallas at à caro detorquet corpore ferrum.
Tydides contrà Marti non irritus ictum
Impulit, inq; uterum quâ lamina ferrea pendet,
Percutit hasta deũ, totis quã pressit Athena
Viribus, & ferrum diuino in corpore cõdit,
Vnde cruor fluxit tracto de uulnere telo.
Clamore ingenti percussit ferreus auras
Vulneris impatiẽs Mauors, nõ millia quantum
Ora nouem ferrent, nec millia dena uirorum
Si pugnæ impliciti fremerẽt crudelibus armis:
Quo Teucrũm, Danaũq; exercit⁹ horruit oĩs.
Nec mora, conscendit solito uiolẽtior auras,
Dumq; abit, obscurus Diomedi apparuit aẽr,
Vt solet in nubes cũ uertitur aura repentè.
Aduolat ante Iouẽ magno de uulnere languẽs,
Assediq; illi, plagamq; cruore natantem
Ostentat, gemitu uerba incidente resoluit:
Quo tãdẽ genitor scelera hæc ĩpunè licebũt?

Vſq; feres animos ſtudia in cõtraria diuûm
Miſceri, & curis grauiter mortalibus angi?
Non uerbis ſatis eſt, odijs pugnatur & armis.
Tu pater indomitã genuiſti Palladа natam,
Quæ ſceleris ſolers, & iniqui operoſa laboris.
Dij quot habet cœlũ cunctι tua iuſſa ſequũtur,
Cogimur imperio parêre, hæc ſola recuſat.
Nec tamẽ hãc uerbis iurgas nec uerbere cædis,
Indulges ſq; tuo tantum quia uertice nata eſt.
Filia magna quidem ſtultum ſæuire coegit
Tydiden ſuperis, dudum qui Cypridis haſta
Cõfixit dextrã, mihi turbidus inſiluit pòſt
Dæmonis inſtar agẽs, dedit iſta, diuq; moratus
Immortalis ego poteram ſentire dolores,
Sed pedibus raptum uelocibus inde receſſi.
Iuppiter at cõtrà toruo ſic lumine fatur:
Me penes aſsiduis clamoribus obſtrepis ò Mars,
Qui mihi de ſuperis cœlũ quot ſuſtinet unus
Infeſtas grauius, ſtrepituq; obtundis Olympũ.
Tãtum animo ſtrages, rixas, & prælia, & arma
Sẽper habes, matriſq; tibi uis effera reſtat
Iunonis q; furor, uerbis quã ſæpe neceſſe eſt
Indomitã urgeri rabidãq; inflectere mentem.
Illius ingenium reddis, ſed nõ ego tantum

Fer-

Ferre queo uulnꝰ, noſtro de germine quando
Te genuit mater ſæuũ tam numẽ & atrox.
Si quiſq; ſuperûm noſtro genuiſſet Olympo,
Titanũ Stygias præceps cecidiſſet ad umbras.
His dictis iuſſuq; dei medicamina Pæon
Inſperſit plagæ, reſciſsi uulneris oram
Iunxit ut antè fuit, nec quid deforme remanſit.
Nõ citius liquidum ſtrinxere coagula lacte.
Sanguine ſordentẽ Iunonia diluit Hebe,
Ponẽ Iouẽ ſedit ueſtes indutus honoras.
Vt uerò Argiuûm tantis de ſtragibus illum
Deiecere ſimul Iuno & pulcherrima Pallas,
Sidereum curſu repetunt per inania cœlum.

QVINTI LIBRI FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER NONVS, VINCENTIO Obſopœo interprete.

SIC erat excubijs Troiana intenta iuuentus,
At fuga perculſos præceps inuaſit Achiuos,

Quæ comes ignauo ſemper ſolet eſſe timori.
Cunctorum ingenti torpebant ſaucia luctu.
Pectora magnatum, ueluti cum flamine uenti
Fortè duo uaſtos piſcoſa per æquora fluctus
Cũ Zephyro Boreas horrẽdo murmure tollũt:
Quorũ à Threicio dũ prorũpit impetus axe,
Nigra procelloſo cum fluctu attollitur unda.
Multa aũt è pelago cõuulſa effunditur alga:
Sic Danaũm triſti feruebant pectora caſu.
Præcipuè magno concuſſus corda dolore
Argiuũm ductor tacitè iubet ire miniſtros,
Cogere cõciliumq;, & nomine quẽq; uocari.
Ipſe inter primos ſatagẽs ſeſe anxius infert.
Illi in concilio confuſa mente ſedebant.
Mox quibus Atrides lachrymãs, de rupe cadẽtẽ
Præcipiti æquiparãs turbato flumine fontem,
Surgit, & hiſce duces cõpellat uocibus ultrò:
O Danai pceres Mauortia pectora, quali
Me miſerum noxa cõſtrinxit Iuppiter hoſtis,
Qui me pollicitis erexit & annuit antè
Vt patrias iterum poſt diruta Pergama ſedes
Incolumis peterem ſortitus ritè regreſſum.
At nunc dãnoſa deluſum fraude Mycenas

Me

Me iubet incelebrem ſine re, ſine laude redire,
Poſtq̃ tot populos aduerſo Marte peremptos
Amiſi. hæc ſummo placuit ſententia regi
Per quẽ nõ paucæ præclaris mœnibus urbes
Subuerſæ prono tetigerunt culmine terram.
Quinetiã poſthac populabitur oppida ſoluens,
Omnia nanq; poteſt immenſa potentia patris.
Quare agite, & monitis aĩos aduertite noſtris.
Inſtructa ad patrios fugiamus claſſe penates,
Amplius haud noſtris urbs corruet Iliõ armis.
Sic memorat. cũcti pceres ſimul ora tenebãt,
Et multo triſtes tacuerunt tẽpore, donec
Tali Tydides ſermone ſilentia rupit:
Primũ ego Atrida tuis pperabo occurrere dictis,
Et quæ ſuaſiſti monita incõſulta refellã,
Vt ſolet iſta fori libertas eſſe monendi.
Quare me placida rex perfer mente loquentẽ.
Quæ prior ipſe palàm cõuitia dixeris in me
Imbellẽ ignauũq; uocans, hæc cũcta profectò
Norunt Argiui iuxtà iuuenesq; ſenesq;.
Vt uideo, tibi multa dedit, tibi multa negauit
Iuppiter obliquo diſpenſans omnia nutu.
Cõſpicuũ ſceptris & maieſtate potentem
Præ cunctis ſummo dignum te fecit honore.

Ille

Ille ſed infractas animoſo in pectore uires
Non tribuit, quib⁹ haud res eſt præſtãtior ulla.
Ergo adeò ignauos & inertes reris Achiuos
Infelix, tali moueantur ut agmina ſuaſu?
Quòd ſi animũ tãtus redeundi perculit ardor,
Vade petens patrias conſcenſis nauibus oras,
Eſt uia ſtrata tibi, ſtant curuo in littore puppes
Quæ te ſunt multæ per uaſta fluenta ſecutæ.
At non diſcedẽt reliqui, ſic ſpero, Pelaſgi,
Donec direptæ excindantur mœnia Troiæ.
Quòd ſi etiã hoſce fugæ retraxerit ĩde cupido,
Et patriæ feſſas admorint æquore puppes,
Nos tamẽ & Stelenus bellum fugiẽtibus illis
Aduerſus Troas præfracto Marte geremus,
Donec Teucrorum captæ dominabimur urbi.
Venimus auſpicijs huc nãq; & numine diuũm.
Dixerat, applaudũt certatim murmure claro
Fortia Tydidæ laudantes uerba Pelaſgi.
Pòſt quibus aſsiſtens Pylius ſic incipit heros:
Vt tua Tydide ſupereminet inclyta uirtus
Bellando, ſic conſilio nec inutilis, inter
Aequales etenim nõ eſt prudentior alter,
Nec quiſq; è nobis tua dicta refellet Achiuũm,
Aut fortaſſe tuis dicet contraria uerbis.

Non

Non tamen optatum fert conſultatio finem.
Et quamuis uigeas florẽte ætate, meusq;
Filius eſſe queas noſtro haud conterminus æuo:
At cordata tamen iuuenili è pectore promis
Regibus Argiuis, poſtq; aptè es cũcta locutus:
Verùm agè cũ te ſim multis iam grandior annis,
Expediam noſtræ quæ ſit ſententia menti
Singula percurrẽs, nec quis mea dicta ſuperbè
Deſpiciet, nõ ipſe ducũ induperator Atrides
Ille ab amicitia, ille eſt alienus ab omni
Iure, fociq; hoſtis longè deterrimus eſt, cui
Perfida ciuilis grata eſt diſcordia belli.
At nũc (quod ſuadeo) nocti cedamus opacæ,
Corpora feſſa cibo releuabimus, excubiæq;
Ad foſſam muri lecto cuſtode locentur.
Hæc acri dabimus per noctẽ obeunda iuuentæ.
Cũ uerò penes imperij te ſumma ſit inter
Argiuos, agè duc proceres, epulisq; uocatos
Accipe adornatis, ut par eſt, inclyte Atrida.
Sunt inſtructa tibi multo tentoria uino,
Frigida belligeris quod Thracia mittit ab oris
Cottidie inſuper omnis adeſt tibi copia rerum,
Qua facilè aſcitos reges tractare licebit.
Multi nãq; tuis parent rex optime ſceptris.

Au-

Auditis tandem multorum uocibus ultrò
Cõsilium sanum dederit quicunq;, patebit.
Firmo aũt & sano dubijs iam rebus egemus,
Quandoquidẽ nostris uicini nauibus hostes
Consedere solo succensis ignibus. ista
Conspiciens animo quinam queat esse soluto?
Hæc nox aut pdet populũ, aut seruabit Achiuũ.
Sic memorat, monitis auscultãt ocyus oẽs.
Custodum mox turba foras procurrit in armis
Excubias actura. minor Pylio sene natus
Primꝰ erat, dein Ascalaphꝰq; & Ialmenꝰ audax,
Quartꝰ Meriones, Apharesq; hinc Deipyrusq;
Strẽnuus hos seqtur Creõte satus Lycomedes,
Ductores septem centeni quenq; secuti
Prælõgis iuuenes armati hastilibus omnes,
Murũ intra & fossam castris exinde locatis
Incenso cœnam uigilantes igne parabant,
Ipse sed Atrides seniores gentis Achiuæ
In sua collectim perduxit castra frequentes,
Hisq; ibi regifico apponit conuiuia luxu,
Illi proposita extendunt ad fercula palmas.
Ast ubi iam potusq; cibiq; extincta cupido est,
Nestor principibus primùm sua dicta retexit,
Cuius & antè senis potior sententia uicit.

Ille

Ille fauẽs Danais sic(inq;) est uoce profatus:
Rex Atrida potẽs celebri clarissime fama,
A te principium dicendi & sumere finem
Collibuit, quoniã multis dominaris Achiuis.
Nãq; tibi sceptrũq; & legũ iura sacrarum
Iuppiter attribuit, populos ut ubiq; iuuares
Cõsilijs, quapropter opus expromere uerbum
Altumq; & sapiens, aliosq; audire monentes.
Quinetiã si quẽ mens incitet, annue, uerùm
Si quid protulerit recti, illius arbiter esto.
Porrò ego quæ nostræ sunt iã uisa optima menti
Edi cam, nemo melioris forsitan autor
Cõsilij accedet, quod nunc olimq; probabam.
Ex quo cõmoti tu in castra profectꝰ Achillis
Per uim formosam abduxti Briseida, nostram
Haud iuxta mentẽ, scis quo dissuasimus ore
Ista tibi. magna sed enim tu uictus ab ira
Probrosè summum læsisti heroa puella
Abducta, superi quẽ di uoluere per omne
Tẽpus honoratũ. at nũc cõsultabimus omnes
Quinam placantes mollire queamus Achillis
Et donis multis, & blandis pectora dictis.
Hũc breuiter cõtrà est affatꝰ rex Agamẽnõ:
Haud falsò nostræ cõmissa piacula culpæ

Chare

Chare ſenex memoras: deliqui impulſꝰ ab ira
Sed neq; peruerſus uitioſa mente negabo
Eſſe hũc multorũ (quicũq; ſit) inſtar habẽdum,
Quẽ colit ex animo ſupremi rector Olympi.
Hũc ueluti coluit, populũq; affixit Achiuum.
At poſtq̃ nocui mentis dictata ſecutus
Damnoſæ, hunc iterum donis placare ſtudebo.
Iam uerò uobis memorabimus inclyta dona,
Principio tripodas ſeptẽ, bis quinq; talenta
Auri, bis denos candenti ex ære lebetas,
Bis ſex præterea ſolitos certamine palmam
Veloci curſu reliquis auferre iugales.
Non ſine diuitijs foret hic cui tanta ſuperſit,
Nec foret hic auri fului poſſeſſor egenus,
Quãta mihi per equos adcreuit copia rerum,
His addam ſeptem forma præſtãte puellas
Lesbidas, euerſa quas cepimus urbe per ipſum,
Multorũ gnaras operum ſimul atq; laborum,
Quæ longè ſuperant formoſo corpore cũctas.
Illis accedet nuper quam abduximus ipſi
Filia Briſei: ac ſanctè iurabo, puellæ
Me nunq̃ thalamos raptæ inſcẽdiſſe pudicos,
Aut tetigiſſe meo uiolatum corpore corpus
Ceu uir legitimo ſueuit mulierq; cubili.

Cu-

Curabo actutum ſimul ut ſint omnia præſto.
Quòd ſi deinde dabit ſuperũm clemẽtia Troiã
Ingentem Priami regis ſubuertier urbem,
Auri æriſq; ſuas numeroſo pondere naues
Impleat. aſt ubi prædã diſtribuemus Achiui,
Viginti ipſe ſibi Troianas ordine matres
Eligat ex omni pulcherrima corpora turba,
Quæ ſunt poſt Helenæ formã laudata lacænæ.
Si uerò ad patrios unq̃ remeabimus Argos,
Ille gener mihi erit pariter dilectus Oreſte
Cum puero, teneris qui iam pubeſcit in armis,
Sera mihi ſuſcepta pia de coniuge proles.
Tres autem natæ uerſantur in ædibus altis,
Chryſothemis cũ Laodice cũq; Iphianaſſa.
Harũ quæ placitura uiro eſt ſine dote dicata,
Cõnubio iunctam ferat hãc ad tecta parẽtis.
Addam ego theſauros illis, ingentia dona,
Quanta ſuæ nemo dedit unq̃ munera natæ.
His addam ſeptẽ multis cum gentibus urbes,
Cardamylen, Enipenq;, feracẽ graminis, Iren,
Ingentes Pheras pratis Anthean amœnis
Cõſpicuã, Aepeanq;, & Pedaſon undiq; cinctã
Vitiferis Bacchi plantantis collibus uuas.
Cũcta Pyli pelago ſunt oppida ſtructa ppĩquo,

E Quo-

Quorum pulchra colũt opulenti mœnia ciues,
A' quibus ut numen donis cumulatus amicum
Sẽtiet exhibitũ Aeacides ſibi ſemper honorẽ,
Atq; ſuis læti parebunt legibus omnes.
Ocyus hæc illi placato effecta dabuntur,
Tantùm commoti domet oro pectoris iram,
(Vnicus ille deũm prece inexpugnabilis Orc⁹
Immitis, quare non eſt inuiſior alter)
Accedat nobis, uel noſtra potentia quanto
Eſt maior, uel quanto ipſo ſum grandior æuo.
Hũc tandẽ Pylius reſpõdens excipit heros:
Rex Atrida potens celebri clariſsime fama,
Haud ſpernenda dabis Pelidæ munera regi.
Verùm agè mittantur properè qui caſtra ferocis
Accedant miſsi placatum pectus Achillis.
Hos ego delectos habita ratione requiram,
Nec dubito quin noſtra uiri mãdata capeſſant.
Dux erit illorum Phœnix gratiſsimus heros,
Hunc magnus cum facundo comitetur Vlyſſe
Aiax, hos Odius ſimul Eurybatesq; miniſtri
Magnorũ heroũ faciẽtes iuſſa ſequantur.
Fundite aquã manibus, linguis animisq; fauete,
Vt ſummo patri libemus Bacchica dona,
Si fortaſſe uelit placido nos uiſere uultu.

Sic

Sic memorat, cũctis Neleia uerba probãtur.
Mox famuli manibus iuſſas dãt fluminis undas.
At iuuenes magno uinũ cratere coronant,
Fundentes cunctis hinc pocula plena tulerũt.
Verùm ubi libantes ſolito pro more bibiſſent,
Certatim è caſtris Agamemnonis exilierunt.
His autem Pylius mandabat plurima Neſtor,
Diducẽs in quẽq; oculos, ſed maximè Vlyſſi, ut
Omnibus ille modis placare ſtuderet Achillẽ.
Iamq; per undiſoni uadebant littora ponti,
Supplicibus uotis Neptunum multa precantes,
Quò liceat magnam Aeacidæ miteſcere mentẽ.
Poſtq̃ Myrmidonum caſtris uenere propinqui,
Illum pulſantẽ citharam inuenere ſonoram,
Quæ formoſa fuit multum fabricata per aurũ,
Quam tulit ex ſpolijs capta Eẽtionis ab urbe.
Hac animũ oblectans heroum facta canebat
Fortia, Patroclus tacitè è regione ſedebat
Captans Aeaciden. ceſſaſſet dum ille canendo,
Hi propius mouere pedem. dux ibat Vlyſſes,
Et tandẽ coràm apparent. ſtupefactus Achilles
Cum cithara actutũ exilijt, ſedemq; reliquit.
Sic Patroclus, ubi proceres cõſpexit Achiuos.
Hos dextra excipiẽs placidè eſt affat⁹ Achilles:

O' chari ſaluete uiri qui noſtra ſubiſtis
Caſtra, meo cordi capita optatiſſima, quanq̃
De malè me meritis uehemens iraſcar Atridis.
Dixit, & ad ſeſſum fortis perduxit Achilles.
Quos introductos aulæis ille ſuperbis
Excipit, ac ſtatim fidum cõpellat amicum,
Maiorem ſtatues nobis cratera Patrocle,
Vinaq; miſcebis generoſa meracius, atq;
Vt ſua ſint cuiuis curabis pocla parata:
Nanq; uiri noſtros chari ſubiere penates.
Sic ait, & dictis paret Patroclus amici.
Ille dehinc magnũ flãmis admouit ahenum,
In quod ouis tergumq; capræ coniecit adultæ,
Et ſpinam ſpumãtis apri pinguedine plenam.
Dũ tenet Automedõ, ſecat hæc aĩoſ⁹ Achilles,
Quæ uerubus diſſecta probè figenda parauit.
Patroclus magnum interea ſuccenderat ignẽ.
Poſtq̃ cõbuſto uehemens flamma igne reſedit,
Subſternit uerubus prunas fortiſſimus heros,
Conſperſitq; ſale in lapides ſublata tenaces.
At poſtq̃ toſtas detraxerat ordine carnes,
Excipit è pulchris cerealia dona caniſtris
Patrocl⁹, carnes ſedenim ipſe miniſtrat Achil-
Hoſpitibus, cõtraq; bonũ cõſedit Vlyſſem (les
In

In latere aduerſo. ſuperis ſua ſoluere iura
Imperat, hũc audit perſoluens ſacra Patroclus,
Primitias menſæ rapidum cõiecit in ignem.
Illi propoſitis epulis uinoq; fruuntur.
Aſt ubi iam potusq; cibiq; extincta cupido eſt,
Phœnici ſignis Telamonius innuit Aiax.
Hoc uafer aſpiciens mox intellexit Vlyſſes,
Impletisq; mero pateris excepit Achillem:
Magnanime Aeacida heroũ fortiſſime ſalue,
Haud equidẽ dapibus mẽſæ genialis egemus,
Atridæ à caſtris huc uenimus antè cibati,
Nec minor hic lautis epulis eſt copia præſens,
Sed nõ ſunt agitanda modò cõuiuia, nanq;
Arduа res nobis & certa pericula magnum
Incuſſere metũ, quæ coràm obiecta uidemus.
Hæret in incerto noſtræ ſpes fracta ſalutis,
Simus ne incolumes ſeruata claſſe futuri,
Aut an conſumptis perituri nauibus igne,
Ni tua nos uirtus præſentirobore firmet.
Nam claſſi ac muro uicini caſtra locarunt
Magnanimi Troes, tum qui uenere uocati
Auxilio ſocij. crebris tentoria lucent
Ignibus incenſis inimica per arua, putantq;
Amplius haud ullam dubij ſubſiſtere cauſam,

Quo minus inuadant naues cras Marte feroci.
Iuppiter his animũ similis uehementibus addit,
Ostentans læuo felicia fulgura signo.
Quos inter ualidis tollens se uiribus Hector
Terribili iam more furit, Ioue fretus amico,
Nõ homines, nõ ipse deos fer⁹ ultrà ueretur.
His furijs fertur rabioso percitus œstro.
Vt primùm surgat reparato lumine Phœbus,
Optat atrox: siquidem pictas à culmine proras
Est animus fractis furioso euertere rostris,
Exin tabificos immittere nauibus ignes.
Has iuxta fumo domitos decreuit Achiuos
Hostili miserè ferro iugulare cruentus.
Hinc nimiũ metuo perculsa mente minaces
Has ne illi uoces audaci prona deorum
Numina conficiant, ac sit fatale sub ipsis
Mœnibus inuisæ Graijs occumbere Troiæ
Hic procul à patria crudeli cæde peremptis.
At rex si pateris, uel sero respice fessos
Auxilio firmans aduersus Troas Achiuos,
Haud dubiè grauiter turbato corde dolebis
Pòst, ubi nulla malo poterit medicina peracto,
Nullum consilium, sed nec ratio ulla parari.
Quare flecte aĩm, ac danais multo antè salubrẽ

Con-

Confer opem dubij sublata peste diuelli.
Sic tibi chare tuis præcepit in ædibus ipse,
Ipse pater Peleus, cum te mittebat Atridis:
O fili ualidas procero in corpore uires
Ipsa dabit Pallas tibi cum Iunone Minerua,
Si feret illarum sic talia certa uoluntas:
Tu modò magnanimi tumidã fac pectoris iram
Cõpescas, placidæ est potior nam gratia mẽtis.
Et lites, causas multorũ nate malorum,
Effuge, maiori ex meritis quò semper honore
Certatim cunctis dignus uideare Pelasgis.
Hæc dederat mandata senex, obliuia quorum
Te cepere diu. sed agè ò fortissime mentem
Vince tuam, ac iram concepti mitte furoris.
Inclyta placato tibi dat rex dona Agamemnon
Quæ tibi perstringã, tu me memorãte benignã
Da mihi saltẽ operã, p certo ut munera noscas
Quãta tibi in castris princeps promisit Atrides.
Principio septẽ tripodas, bis quinq; talenta
Aurea, uiginti candente ex ære lebetas,
Bis sex præterea solitos certamine palmam
Veloci cursu reliquis auferre iugales.
Haud sine diuitijs foret hic qui tanta teneret,
Non foret hic auri fului possessor egenus,

Quãta Agamẽnonij pedibus retulere caballi.
His addet ſeptem forma præſtãte puellas
Lesbidas, euerſa quas per te elegit ab urbe,
Multorũ gnaras operũ ſimul atq; laborum,
Quæ lõge ſuperant formoſo corpore cunctas.
Illis accedet nuper quã abduxerat ipſe
Filia Briſei. diuorum numina iurat
Se nunq̃ thalamos raptæ inſcendiſſe puellæ,
Aut tetigiſſe ſuo uiolatum corpore corpus
Ceu uir legitimo ſueuit mulierq; cubili.
Hæc tibi mox aderũt iũctim ſimul oĩa præſto.
Quòd ſi deinde dabit ſuperũm clemẽtia Troiã
Ingentem Priami regis ſubuertier urbem,
Auri æriſq; tuas numeroſo pondere naues
Impleto. præda aſt ubi diſtribuetur Achiuis,
Viginti ipſe tibi Troianas ordine matres
Eligito ex omni pulcherrima corpora turba,
Quæ ſunt poſt Helenæ formã laudata Lacænæ.
Si uerò ad patrios unq̃ remeabimus Argos,
Huic gener eſſe potes pariter dilectus Oreſte
Cũ puero, teneros iam pubeſcẽte per annos.
Tres illi natæ uerſantur in ædibus altis
Chryſothemis cũ Laodice cumq; Iphianaſſa.
Harum quæ placitura tibi eſt ſine dote dicata,

Cõ

Connubio iunctam ducas ad tecta parentis.
Theſauros addet uobis ingentia dona,
Quãta ſuæ nullus dedit unq̃ munera natæ.
His addet ſeptem multis cum gentibus urbes,
Cardamylen, Enopenq; feracẽ graminis, Iren
Ingentes Pheras, pratis Anthean amœnis
Cõſpicuã, Aepeãq;, & Pedaſon undiq; cinctã
Vitiferis Bacchi generantis collibus uuas.
Cũcta Pyli pelago ſunt oppida ſtructa ppĩquo,
Quorũ pulchra colunt opulẽti mœnia ciues,
A' quibus ut numẽ donis cumulatus amicum
Cernes exhibitũ gaudẽs tibi ſemper honorẽ.
Atq; tuis læti parebunt legibus omnes.
Hæc tibi lenito mox (inq̃) miſſa dabuntur.
At ſi non poſsis non eſſe infenſus Atridæ,
Eius & irato tibi non niſi munera ſordent,
Tum precor ut ſaltẽ populi miſereris Achiui
Vexati toties duri certamine Martis.
Hic tibi diuinos alacris præſtabit honores.
Et nũc tẽpus adeſt magnæ quo gloria famæ
Non moritura tua poſsit uirtute parari,
Audacem capies certè nũc Hectora, poſtq̃
Impulſus rabie tibi uenit ab urbe propinquus.
Nec ſibi quenq; parẽ cenſet uirtute uel armis

E' cunctis quotquot classe huc petiere Pelasgi.
Hũc cõtrà est magnº dictis affatus Achilles:
Dulichiæ gentis princeps Laërtia proles,
Sunt tua uulgari mihi dicta neganda repulsa.
Sic erit, ut statui iandudum mente, futurum,
Ne semper querula uenientes uoce molesti
Hic modò, mox alius nostras obuerberet aures.
Vt mihi tartarei postes inamabilis Orci
Sunt odio, sic ille mihi deuotus habetur,
Qui premit hoc animis, aliud sed uoce pfatur.
Porrò ego quæ nostræ uisa est sentẽtia menti
Optima, simpliciter uerbis effabor apertis.
Vt reor, haud unq̃ me persuadebit Atrides,
Nec quisq̃ è Danais, qa gratia nulla relicta est
Semper in aduersos pugnãti gnauiter hostes.
Est eadem sors bellãti, in castrisq; manenti.
Strennuus ignauusq; pari uenerantur honore.
Sunt etiam æquali subiecti deniq; fato,
Et qui multa manu non pigra fecit, & ille
Quem tenet imbelli cessantem corpore terror.
Nec mihi plus superest, q̃is sim plurima passº,
Hanc animã in duri semper discrimina belli
Obiectans, uelut implumes cibat anxia pullos
Ore ferens escas multo sudore paratas
Ex-

Excrucians semet miseranda & fida uolucris:
Haud secus insomnes ego multo tẽpore noctes
Transegi uigil, ortarum sed longa dierum
Tẽpora cõtra hostes infesto Marte cruentus
Consumpsi duris bellando miles in armis
Semper ob uxores charissima pectora uestras.
Bis sex diripui subuersis mœnibus urbes
Nauibus adiutus nostris, pedes at minus una,
Ex his plurimæ opes, substãtia multa, supellex
Non parua à nobis uastas huc uecta per undas
Est data ductori Argiuũm simul omnis Atridæ,
Ille sed ad celeres tranquillo pectore naues
Expectans, auidis suscepit munera palmis,
Quædã distribuens parcè, licet ampla teneret:
Munera sed ducibus quæ præstitit, illa recepta
His immota manẽt: me solũ orbauit Achiuũm
Ex omni numero dilecta coniuge rapta,
Qua cum postq̃ inijt socij commercia lecti,
Gaudeat oblectans mentem lasciuus Atrides.
Et quæ caussa subest aduersus Troas Achiuis
Bellandi? aut huc collecto cur milite uenit
Atrides? an non Helenæ tolerata Lacænæ
Huc uos ultores iniuria traxit Achiuos?
Num soli è cũctis mortalibus esse putandi
Atri-

Atridæ nuptas qui complectuntur amore?
Nã quicũq; bonus cordatũ pectus habebit,
Ille ſuã uxorem ſummo complexus amore
Diligit, ac illi ſolitos oſtendit honores:
Sicut ego hãc, noſtrum q̃uis captiua cubile
Ambijt, ex animo charam fouiq; habuiq;,
At nũc è manibus poſtq̃ mihi munus Atrides
Extorſit miſerè, defraudatumq; fefellit,
Ne bene me gnarũ ſuſceptæ deniq; fraudis
Tentet iners: nec enim me uoce mouebitis unq̃.
Atqui cum reliquis tu cõſultabis Vlyſſe
Regibus, hoſtilem ut moueas à nauibus ignem.
Quàm uerò nobis hic multa abſente peregit?
Scilicet & naues muro circundedit alto,
Et circunduxit lata tentoria foſſa,
Aſpera quæ paſsim palis horreſcit acutis:
Sed nec ſic potis eſt miſer Hectoris ille cruenti
(Proh pudor) audacem bello depellere dextrã.
Porrò donec Achiui me duce bella gerebant,
Noluit à muro campos ingreſſus apertos
Hector Priamides aciẽ protendere pugnæ,
Vix adijt Scæas timido certamine portas,
Et ſemel annoſam eſt auſus contingere fagum,
Me ſolum expectans, ubi uix elapſus abiuit.

Quo

Quo minus à noſtra proſtratus corruit haſta.
At nunc cum magno poſtq̃ pugnare recuſo
Hectore, cœlicolis ſacris cras ritè litatis
Protrahere eſt animus ſtipatas in mare puppes.
Si cupis, aut ſi forſan erunt tibi talia curæ,
Helleſpontiacas ſpectabis nare per undas
Luce meas naues tenebris oriente remotis,
Atq; uiros ualidis uerrentes æquora remis
Impigros ſocios magno conamine. quòd ſi
Neptunus uentis implerit uela ſecundis,
Tertia lux uectos patrijs nos ſiſtet in oris.
Eſt mihi magna domi multarũ copia rerum
Ad Troiæ pugnas huc claſſe relicta petenti.
Atqui etiã hinc alio cõpletis nauibus auro
Diſcedam, necnon rubei ditiſsimus æris.
Præterea graciles florente ætate puellas
Et cani ferri formandum incude metallum
Abducam, quæ ſorte mihi euenere ſecunda.
Porrò quod dederat primũ mihi munꝰ habere,
Rurſus idẽ per uim princeps Agamẽno recepit.
Singula cui referes, ut mando, profatus apertè,
Quò capiat reliquos etiam indignatio Graios,
E' Danais ſi quẽ poſthac quoq; fallere geſtit:
Qui nõ, perfricta q̃uis ſit fronte caninus,

Au

Audeat in nostros faciem defigere uultus.
Sed neq; consilium uobis conferre libebit
Hoc cum coniunctis, non ulla negocia rerum.
Ex quo me primùm frustratus fraude fefellit,
Haud dabit Atrides iterum mihi uerba dolosus.
Sit satis hoc tentasse semel, nunc ille quiescat
Ac ualeat, quoniam mentem deus abstulit illi.
Sunt inimica mihi illius quoq; munera, quippe
Quẽ Care contẽpto nũquam maioris habebo,
Non, mihi si decies aut ultra tanta darentur,
Quanta modò rebus iam possidet ille paratis,
Et quanta illi olim sunt accessura tenenti,
Quãta nec Orchomenon ditat substãtia rerũ,
Nec quibus Aegypti Thebanæ censibus arces
Sunt celebres, ubi opũ uis est immensa repostá,
Quarum centenis reserantur mœnia portis,
Per quas alterna uice millia multa uirorum
Cũ plaustris et equis simul egrediũtur et ĩtrãt:
Nec si tãta daret, quantũ undiq; pulueris extat,
Aut quãtum bibulæ tenet undiq; littus arenæ,
Nostrũ animus petulãs est pſuasurus Atrides,
Is prius illatæ quàm soluerit omnia noxæ.
Nec mihi connubio Atridæ sociabo puellam,
Inferior quamuis siet hac Venus aurea forma,

Et

Et superet doctam licet ingeniosa Mineruam,
Non tamen hæc uinclo cedet mihi iũcta iugali.
Ille sed è ducibus generum sibi quærat Achiuis
Longè alium, qui sit tum conuenientior ipsi,
Tum qui me imperij sceptris præcellat auitis.
Quod si unq̃ patriæ superis ductoribus arua
Intraro sospes, Peleus Iunone secunda
Vxorem nobis sociali fœdere iunget, (las.
Nã fouet innumeras modò Græcia magna puel
Nec numerũ illarũ dat patria Phthia minorem
Magnorũ natas procerũ, multæ quibus urbes
Subiectæ parent, harum dulcissima coniunx
Quæ mihi cũq; placet pprias ducetur ad ædes,
Horsum me magis impellit mens alta, maritus
Vt iuuenem & nostris uxorẽ moribus aptam
Extructis opibus, genitor quas antè parauit
Peleus, oblectem dulci complexus amore.
Nulla mihi uitæ res anteferenda uidetur
Quamlibet excellẽs, non ipsa opulentia Troiæ
Ingentis, pridem qua tempore pacis amœnæ
Floruit urbs populosa prius q̃ classe Pelasgi
Fluctibus æquoreis uecti uenere Mycenis:
Sed nec Apollinei locuples substantia templi
Delphica quæsitas ubi præstat Pythia sortes.

Namq;

Nanq; boues aliqua possent ratione parari,
Lanigeriq; gregis pingues cũ matribus agni.
Quinetiã tripodes, & equorũ plurima turba
Cornipedum certo datur acquirenda labore.
Sola potest nunq̃ mortalibus uita redire,
Hæc amissa semel, non est reparabilis ulli.
Iam mea me genitrix albis argentea plantis
Diua Thetis duplici subiectum consciа fato
Prædixit, quòd si Neptunia Pergama circum
Gessero sanguineas audaci pectore pugnas,
Nunq̃ post reducem me patria chara uidebit.
Attamẽ hinc semper uicturæ gloria famæ
Exurget nobis omni memorabilis æuo.
At si iam patrios deserto Marte penates
Accedã, celebris perijt mihi gloria, sed me
Annis longæuum senio curuata senectus
Excipiet, nec ego ueloci morte peribo.
Quare cõsulerem reliquis ego fidus Achiuis,
Protinus ut patriæ succedant finibus omnes.
Nunq̃ Martigenæ capietis mœnia Troiæ,
Iuppiter ipse suo Troianos robore firmat.
Et populo maior semper fiducia cresсit.
At uos regressi ducibus referetis Achiuis
Qualia sim uobis legatis uerba locutus:

Nam decet ista senes prouincia, quò potiore
Consilio lapsis properent succurrere rebus.
Ne sua flãmiuomo mox classis ab igne cremẽ-
Et populꝰ duro succumbat Marte perẽptus (tur,
Hic iuxta naues, quoniam hæc consulta Pelasgi
Nequicquã euentus sperant habitura secundos,
Dum grauiter læsi iusta stomachabimur ira.
Phœnix hic capiat mulcentem pectora somnũ,
Vt cras in patriam socios comitetur euntes,
Si uolet, inuitus non abducetur Achilli. (bant
Sic memorat, cũcti proceres simul ora tene-
Sermonem Aeacidæ turbata mente stupentes,
Quippe graui nimium renuebat uoce rogata.
Hunc tandem serò lachrymis affatur obortis
Phœnix, Argiuæ metuens incendia classis:
Ergo tui quoniam reditus es certus Achille,
Nec uis à nostris depellere nauibus ignem,
Postquam non molli feruet tibi pectus ab ira,
Cuí nã me hic solum charissime nate relinques
Discedens? comitem tibi quem pater addidit illo
Tẽpore, quo primùm è patria te misit Atridæ
Communis nondum belli fandiq; peritum,
Vnde uiros cernis uirtute emergere claros.
Propterea Peleus tibi me dedit esse magistrum,

Bellandi qui te facerem fandiq; potentem.
Hæc me causa mouet, ne te sine nate relinquam,
Non mihi si certis promissis annuat ipse
Iuppiter, exutum senio florentibus annis
Deniq; me factum iuuenem reuirescere posse,
Qualis ubi primùm Graijs è finibus exul
Cedebam fugiens genitoris Amyntoris iram.
Qui me formosæ cõsuetum propter amorem
Pellicis, infensus dictis lacerabat amaris
Cottidie inuadens. huius tenebatur amore
Ille, meã cessans non dedecorare parentem,
Mœchus adulterio. hinc mater me chara fatigat
Assiduis precibus, dum supplex instat & urget,
Pellicis ut properẽ uitiatæ inscendere lectum,
Quo facto illa patris thalamos exosa seniles
Sperneret. huius ego precib⁹ superatus iniquis
Pellicis inuasi furtiui fœdera lecti.
Quod pater infandi feruens ubi conscius acti
Senserat, accensus furijs est multa precatus
Dira, ciens tristes imo ex Acheronte sorores,
Ne qua suis unq̃ soboles me nata parente
Luderet in genub⁹, quæ uox haud irrita cessit,
Nã Stygij implerũt inimica precamina diui,
Ille gener Cereris rapta cum cõiuge Pluto.

Hic

Hic mihi commoti genitoris in ædibus ultrà
Haud fuit acceptum cõcessam ducere uitam:
Quamuis me socij, q̃uis me multa sobrini
Orarent, nimia quoq; sedulitate tenerent,
Crebra licet cæsis struerent conuiuia bobus
Atq; agnis, multæq; sues pinguedine crassæ
Vulcano sua terga darent urenda uoraci,
Multaq; melliflui biberetur copia uini.
Inde nouem noctes me circũ membra sopore
Laxant alterna uigilantes sorte, nec unquam
Defuit incensi focus ardentissimus ignis.
Nanq; alio magnæ lucebat porticus aulæ,
Vestibulumq; alio circundabat igne cubile.
Ast ubi iam decimæ uenerunt nubila noctis,
Tunc foribus thalami ruptis egressus & aulæ,
Transiliens ualli munimina tutus abiui,
Fallens excubias, turbam fallens famularum.
Mox uag⁹ Argolicos ppero dũ linquere cãpos,
Fertilibus Phthiæ succesi finibus exul:
Rex ubi me Peleus animo suscepit amico,
Ac me ceu genitor natum dilexit amanter,
Quem locuples solum seris suscepit in annis,
Et me diuitijs cumulauit munificus rex,
Reddidit & multa me Peleus gente potentem:

Extremo Phthiæ Dolopes ſub fine regebam.
Hinc ego te tanta feci uirtute ualentem
Inclyte Pelida, immodico te ſemper amore
Cõplectens. alio nec enim comitante uolebas
Lætus adire cibis conuiuia ſtructa paratis,
Fercula nulla domi niſi me præbente paternæ
Sumebas, aut in mea te genua antè locatum
Imponens tenero ſociaſſem uina palato.
Sæpe merũ noſtras reuomẽs ex ore rigaſti
Veſtes, inualida nutans ætate puellus.
Sic ego multa tuli te propter, multa labore
Exhauſi, hæc mecũ perſuaſa mente uolutans
Vt quoniã noſtro nunq; mihi ſanguine prolem
Præſtarent ortam ſuperi, te illuſtris Achille
A' puero officijs poſſem mihi reddere natum,
Exitiũ ut quõdam meritis pro talibus à me
In duris preſſo uelles depellere rebus.
Ergo agè uince tuã generoſo in pectore mentẽ,
Te talem nec enim decet implacabile pectus.
Quælibet eſt ſuperũm mutabilis ira deorum,
Quamuis ſit uirtus horum atq; potentia maior,
Sæpe tamen uotis diui pacantur & extis,
Sæpe prece & puro fiunt libamine mites,
Hos quoties hominũ læſerunt impia facta.

Quin-

Quinetam Litæ natæ Iouis eſſe feruntur,
Rugoſæ, claudæq; pedes, & lumina toruæ,
Quæ retrò curis Aten comitantur onuſtæ.
Cũ pedibus ſedenim & mẽbris quoq; polleat
Has celeri greſſu lõgè præcurrit, & oẽm (Ate,
Occupat immenſo præiens diſcrimine terram,
Innumeris hominũ cõplens commercia dãnis.
Illam ſed faciles Litæ poſt terga ſequuntur,
Læſis conſilium auxiliumq; ſalubre laturæ.
Iam Ioue qui natas monitus reuerebitur, ille
Ex his actutum captat bona multa uiciſsim,
Vota nec illius non exaudita repellunt.
At, qui Litarum monitis non paret amicis,
Has bona ſuadentes ſed ſpreuerit ille ſuperbẽ,
Mox adeũt patrẽ precibus cõſueta rogantes
Vt luat acceptis ex Ate tormina pœnis.
Quare agè flectẽdum quoq; te Pelida puellis
Da Iouis, ac illis ſolitum fer uictus honorẽ.
Sæpius hæ placidè mentem flexere bonorum.
Quòd ſi nulla tibi non plenæ munera dextræ
Nũc daret Atrides, nec pòſt foret ulla daturus,
Frenderet at rabido tumidus ſine fine furore:
Non ego te poſita commoti pectoris ira
Auxilium Argiuis maturum ferre iuberem,

Quamuis extrema bellantes sorte laborant.
Nunc aũt tibi multa citò missurus Atrides
Est dona, & quædã pòst offeret haud reuocã.
Quæ se pollicitis promiserat antè daturũ. (dis
Insuper & summos proceres huc ille rogatum
Certi delectus habita ratione remisit,
Quorum nec possis uerè reprehẽdere uerba,
Sed neq; corporeas illorum spernere dotes,
Prima licet fuerit non uituperabilis ira.
Hæc etiam ueterũ laus est audita uirorum
Olim iam nobis, excandescentia si quem
Fortè grauis tumidũ stimulis agitasset amaris,
Hos sua muneribus crebrò placanda dedisse
Pectora, nec rarò uerbis superanda benignis.
Et iam clara subit ueteris mihi fabula facti,
Hanc etiã dulces memorabo hic inter amicos.
Ingens pugna fuit Calydonia mœnia circum
Ciuibus Aetholis socia cũ gente propinquũm
Curetum: alternis bellantes sæpe cadebant
Cædibus. Aetholi siquidem Calydona tuentes
Pugnabant, hostes uersis sed mœnibus illam
Curetes captis spolijs excindere tentant.
Causa mali tanti fuit his irata Diana,
Quòd non ob plenos successus fertilis anni

Pri

Primitias illi frugum sacrauerat Oeneus:
Et cum dijs alijs rex splendida sacra litaret,
Solã inhonoratã nõ aduocat ille Dianam
Nescius, aut fortè in mentem nõ uenerat illi.
Attamen offensa magnam Latoida læsit.
Propterea Oenẽios agrestem diua per agros
Misit aprum ultorem, candentẽ dentibus albis.
Protinus ille furens multis regalia complet
Arua malis, patulis radicitus eruta ramis
Arbor multa cadit, mali cum floribus ipsis
Prosternunt latè deiecto uertice terram.
Exuit hunc uita Meleager morte peremptum,
Cum uenatores multis ex urbibus ille
Atq; canes acri duxisset odore sagaces.
Vincibilis nec enim paucis erat ille maniplis,
Tantæ molis erat Latoidos horribilis sus,
Et dederat duro iam plurima funera læto.
Deniq; propter apri Oenidæ iam cuspide fixi
Et caput immane, & rigidis horrentia setis
Terga, furoriferos commouit diua tumultus,
Inter Curetas simul Aetholosq; colonos.
Ergo dum fortis pugnans Meleager obibat,
Semper ab infesta Curetes clade ruebant:
Nec numero plures licet, extra mœnia quibãt

Hostem expectantes duro sub Marte manere.
At postq; flammis heros Calydonius iræ
Exarsit, queis prudẽtum quoq; pectora turgent,
Desertis pugnis irascens ille parenti
Althææ, in gremio pulchræ iacuit Cleopatræ
Coniugis, è nitida Marpissa matre creatæ
Atq; Ida genitore, uiros qui uicerat omnes
Temporis illius membrorum uiribus acer,
Qui Latonigenãq; intonso uertice Phœbum
Pennigeris telis formosæ nomine Nymphæ
Impetere est ausus, quam tũc cognomine chari
Alcyonẽ certam ob causam dixere parentes:
Alcyones etenim multum lugentis amarum
Experiens fatum mater plorabat ab illo
Tẽpore quo rapuit Cleopatrã Phœbus Apollo.
Huic ille accũbens feruentis pectoris æstum
Lenibat, propter materna precamina motus.
Quãdoqdẽ ob cædẽ & crudelia funera fratrũ
Magno uicta dolore deos est multa precata:
Multum etiam terram palmis pulsabat, ab imo
Et Ditem, & Stygiã Iunonẽ Acherõte ciendo.
Prona genu flexo lachrymis fœcunda rigabat
Illa sinus nitidos uestis ueśana fluentis,
Filius ut misera deuotus morte periret.

Has

Has obscura preces immiti prædita mente
Ex erebi tenebris tandem exaudiuit Erinnys.
Illorum subitò portas & mœnia circum
Ingens exoritur trepido clangore tumultus,
Altas infesto dum oppugnant agmine turres.
Illum sed precibus grandes ætate fatigant
Aetholi proceres turbata mente rogantes.
Mittunt præterea superũm qui templa deorum
Sacra sacerdotes redolenti thure uaporant,
Oratum præsens egressus ut ille periclum
Hostibus occisis patria propellere uellet.
Addita sunt precib⁹ præstãtia munera magnis,
Vt quocunq; loci Calydonia rura uigerent
Fertiliore solo, proprios ibi semper in usus
Quinquaginta iubent fœcundi iugera campi
Eligeret, quorum pars altera fertilis uuæ
Grata uoluptifici produceret Orgya Bacchi,
Altera pars fruges proferret arata benignas.
Supplicat huic Oeneus genitor quoq; multa ro-
Ipse solũ ĩgress⁹ sublimis grãde cubilis (gato.
Concussit tabulas cõiunctas uerbere læui,
Voce petens operam Meleagri supplice nati.
Hunc etiam orarũt dilectæ multa sorores, (uit.
Hũc reuerẽda parẽs lachrymis Althæa roga-

Hoc magis auxilium implacabilis abnuit heros.
Deniq; consueti charissima turba sodales
Quos coluit semper summo complexus amore,
Hunc humiles querula lugentes uoce rogarunt,
Sed neq; mens tali prece flexa resedit ab ira,
Antè sui thalami quàm crebris ictibus hostis
Pulsaret muros, & turres scanderet altas.
Et iam Curetes incendia multa per urbem
Magnam miscebant, uastantes omnia flammis,
Tũc uerò Oenidẽ lachrymãs pulcherrima cõ-
Mellitis dictis supplex aggressa rogauit. (iunx
Cui mala cũcta breui memorat cõplexa relatu,
Quã sortẽ miseri ciues, quantumq; malorum
Auxilio uacui capta paterentur in urbe,
Cæduntur ciues, tota urbs uastatur ab igni,
Pignora chara trahunt alij, gracilesq; puellas.
His mẽs mota malis splendẽtia protinus arma
Induit, & currens infesta apparuit hasta,
Ac sic Aetholis damnosæ tempora lucis
Depulit Oenides cæso feliciter hoste,
Iratum superans animum: sed nulla dederunt
Illi dona, licet præstantia multaq; ciues
Spondebant, frustra sed pestem depulit ille.
At tu ne talem feruenti in pectore mentem

Concipias

Concipias, horsum nec dæmonis ullius astu
Impellare precor, quoniam grauiore labore
Haud dubiè incensas possis defendere naues.
Obuius extensis sed enĩ arripe munera palmis,
Præstabuntq; parẽ cũ Dijs tibi semper honorẽ
Argolicæ gentes. at si sine munere bellum
Exitiale uiris placata mente subibis,
Tales te nũquã (mihi crede) sequẽtur honores,
Quanq̃ sustuleris duri discrimina belli.
Hũc cõtrà est magn⁹ dictis affatus Achilles:
O Phenix reuerẽde senex, Iouis inclyta proles,
Nec uolo, nec tales moror ambitiosus honores.
Quẽ mihi fata Iouis statuerunt, ille sequatur
Nos honor, hoc iuxta naues retinẽte manebo,
Donec uitali spirant mea pectora flatu,
Dũq; genu alterno gressu mihi utrũq; mouetur.
Verum aliud dicam tacita quod mẽte reponas,
Ne mea perturbes sic tristi pectora luctu
Atq; dolore, duci gratum facturus Atridæ,
Ille meam mentem tibi non est præter amandus,
Ne mihi te propter nimis ægrè fiat amanti.
Huic mecum faueas nobis quicunq; fauebit,
Ac mecum regnes parilem sortitus honorem.
Illi abeant Graijs ducibus mea dicta ferentes,

Tu

Tu uerò in molli releues hic membra grabato
Capturus somnũ, at roseos ubi crastinus ortus
Extulerit Titan, tum consultabimus ambo
Nauibus ituri patrias ne simus ad oras,
Aut hic mansuri spectantes horrida bella.
Dixerat, & tacito nutu innuit ille Patroclo,
Mollia Phœnici struerentur strata cubilis,
Quò celeri gressu properent decedere castris.
Sic tãdẽ his infit magnus Telamonius Aiax:
Dulichiæ gentis princeps Laërtia proles,
Quin nos hinc ergo maturis gressibus imus?
Non ullum sic est habitura oratio finem,
Conficienda uia est, atq; hic referẽdus Achiuis
Quamprimũ sermo, quãuis sit durus & asper,
Quo nos cunq; loco suspensa mente sedentes
Expectant Danai, agrestem sed durus Achilles
Implacido nimium concepit pectore mentem,
Nec sociæ turbæ studio nec amore mouetur
Ipse quibus nobis præ alijs est cultus Achilles
Semper apud naues habito uenerãdus honore,
Immitis: citius pro fratris cæde cruenta,
Aut pro nati aliquis miseranda morte necati
Mulctam lenito persuasus corde recepit:
Nec pede cæsori uita est quæsita fugaci,

Sed

Sed mulctam pendens uenia dignatus abiuit,
Alter & euicta pacatus mente recepit
Pœnã. porrò tibi constrictũ adamante dederũt
Cœlestes animum, ob raptæ tolerata puellæ
Vnius probra, at septem præstamus ab omni
Nũc tibi fœminea pulcherrima corpora turba.
His alia innumera accedent ingentia dona,
Indue placatam facili modò pectore mentem,
Hospitij reuerere focos, reuerere sodales
Quos tua tecta tibi iunxerunt fœdere firmo.
Insuper è Danais certò nos esse putamus
Qui tibi præ cunctis chari sint atq; uerendi.
Hũc cõtra est magnus dictis affatus Achilles:
O præstans Aiax animi Telamonie princeps,
Iuxta dicta meam tibi sunt hæc omnia mentem.
At mihi non facili turgescit pectus ab ira,
Illius quoties leuiter fortasse recordor
Qui me ceu stupidũ cũctos hic inter Achiuos,
Ac uelut abiectum, patria qui pulsus ab urbe
Errat in orbe uagus, probris affecit Atrides.
At uos ite citi referentes dicta Pelasgis,
Me prius haud belli memorẽ fore sanguinolẽti,
Magni quàm Priami natus Mauortius Hector
Myrmidonũ naues adeat, castrisq; propinquet,

Argiuos

Argiuos perimens, & puppes igne perurens.
Attamen à castris & nauibus Hectora nostris
Declinaturum uim belli certus opinor.
Dixerat, illi aũt, sumptis ubi quisq; Lyæum
Libasset cyathis, duce regrediuntur Vlysse.
Iussa Menœtiades ancillis atq; ministris
Mandat, Amyntoridæ citò mollia strata parẽtur
Phœnici, dictis parent ac iussa capessunt.
Nec mora, puluinis densum strauere grabatũ.
Tunc ibi diffusus placido per membra sopore
Fessa senex lucis nitidum requieuit ad ortum.
Intima castrorum penetralia fortis Achilles,
Illi ubi lectus erat, somnum capturus adiuit:
Quo cum communes thalamos sociabat amica
Filia Phorbantis nitidis malis Diomede,
Quam tulit excisa Lesborum uictor ab urbe.
Ex alia at fidus dormiuit parte Patroclus,
Quem propter iacuit formosa & nobilis Iphis:
Hanc illi dono dederat diuinus Achilles,
Scyron Enei felicem ubi ceperat urbem.
Postq̃ sunt regis legati ad castra regressi,
Oblatis cyathis hos excepere Pelasgi
Certatim proceres surgentes atq; rogantes,
Quorum sic prior est illos affatus Atrides:

O` multis

O` multis Laërtiade defuncte periclis,
Dic agè, dic ingens Argiuæ gloria gentis,
Ecquid ab incensis hostilem nauibus ignem
Pellere Pelides statuit? seu dicta negauit?
Feruet adhuc tumida forsan mens illius ira?
Talibus huic cõtrà dictis respondit Vlysses:
Rex Atrida potens celebri clarissime fama,
Non uult ille suæ ueteres extinguere flammas
Iræ, sed tumidus grauiore furore subinde
Impletur: quare teq; & tua dona perosus,
Cum reliquis iussit te consultare Pelasgis
Qua ratione rates rutilo tuearis ab igne,
Quaq; tuos populos serues à cæde cruenta.
Addit & ista minax, ubi crastina fulserit Eos,
Inde soluturum se nauibus in mare tractis.
Præterea reliquis etiam consultat Achiuis,
Protinus ut patrijs succedant finibus omnes:
Quippe capi nunquã cõfirmat Pergama posse,
Dextra namq; sua Troas Saturnius ipse
Protegit, & populo semper fiducia crescit.
Hæc sic dicta dedit, bene quæ nouere sequuti
Qui me sunt comites Aiax & utriq; ministri
Non imprudentes. Phœnix sed dormiet istic
Illius iussu, ut socios comitetur euntes

Crastinus

Crastinus ad patrias conscensis nauibus oras,
Si uolet: inuitũ haud est abducturus Achilles.
Sic memorat, cũcti ꝓceres simul ora tenebãt,
Sermonẽ Aeacidæ turbata mente stupentes,
Quippe graui nimium renuebat uoce rogata.
Et multo tristes manserunt tempore muti,
His donec sera Diomedes uoce profatur:
Rex Atrida potens nota clarissime fama,
O utinam precibus nullis heroa rogasses
Peliden, tantis oblatis deniq; donis:
Semper enim ille aliàs sublata mente superbit,
Et nunc illius maiore superbia fastu
Inflatos animos tollet, mentemq; ferocem.
At iam Peliden heroa ualere sinamus.
Manserit, indutis forsan pugnabit in armis,
Tunc ubi mens illum impulerit, belliq; cupido
Traxerit, aut deus hunc aliqs reuocarit ab ira.
Quare agitè, ac mentẽ monitis attẽdite nostris,
Nunc imus cubitum uinoq; ciboq; refecti:
Quãdoquidẽ mẽbris uenit hĩc durabile robur,
Corporis hinc lassi reparantur deniq; uires.
At postq̃ roseis surgens aurora quadrigis
Lampada Phœbeam terris inuexit apertis,
Ante rates equitũ peditumq; exercitus omnis

Mox

Mox tibi productus stet duris acer in armis.
Ipse inter primos obeas quoq; munia pugnæ,
Et reliquis animos addens, & prælia miscens.
Dixerat, applaudũt iucũdo murmure reges,
Fortia Tydidæ laudantes uerba Pelasgi.
Ac demũ laticem superis ubi quisq; Lyæum
Libasset pateris, sua sunt ad castra profecti,
Exin ibi placida laxarunt membra quiete.

LIBRI NONI FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XIII. NICOLAO Valla interprete.



IVPPITER ut Troas admouit & Hectora classi,
Hos penes armorum studium belliq; laborem
Liquerat, ipse oculos fulgentes torsit ab oris
Thracũ equitũ, gẽtẽq; super respexit & urbes
Mysorum Agauumq; pares in gentibus æui
Antiqui, absq; opibus, lactis uescuntur equini,

G Na-

Naturæ genus innocuæ, patiensq; laboris.
Nõ iterũ aspiciens Troiã, nec quenq; deorum
Auxilio Teucris censet Danaisq; futurum.
Nõ tamen hic latuit te rex Neptune recessus:
Nãq; super Samo nemoroso uertice Thraciæ
Admirans belli sortem populosq; sedebas,
Vnde acies hinc inde atq; omnis cernitur Ida,
Et Priami sedes ingens, & classis Achiuûm.
Illicet è summo descendit uertice montis,
Sub pedibus syluæ trepidãt ueniẽtis & alpes,
Immortalis agens celeres per inania gressus
Ter saltu nixus mox attigit ultima quarto,
Aegas ubi est illi medijs in fluctibus ædes,
Aureaq; arma nitent nullo uiolanda sub ictu.
Huc ubi delatus, ferratos cursibus acres
Nectit equos, curru radiant per colla cadentes
Aere iubæ fuluo. se cultibus induit aureis
Cõspicuũq; auro dextra capit inde flagellum,
Admotũq; salit currum, mox fertur in undas.
Agnouisse suum regem maria ipsa uideres,
Sub quo iam tremulis gestibant motibus undæ.
Atq; eius summas currus perlabitur undas.
Nulla mora, ad naues donec peruenit Achiuũ.
Antrũ immane mari summo sub fluctibus altis,

Aren

Arentem Tenedon mediũ latet inter, & Imbrõ.
Illic sistit equos terram qui circuit undis,
Amborum curru mox aurea uincula soluit,
Ambrosia irrorans fremitantibus ordea fudit,
Illaqueatq; pedes aurata compede, ne quis
Soluere posit eos, aut uincula rũpere, donec
Expectẽt regẽ rediturũ. ipse agmina Achiuûm
Hortaturus adit, uiresq; incendere bello.
Tum Troes flammæ similes aut turbinis instar,
Hectora Priamidẽ turmatim in bella sequũtur.
Nil intentatum linquunt, nec ferre laborem,
Quo Danaos inter puppes extinguere adorsi,
Ignibus aut iaculis ualeant exurere classem.
Tum deus undisonans mortales induit artus
Omnia Calchanti similis uocẽq; habitumq;,
Ac ueluti à pelago ueniens hortatur Achiuos.
Aiaces primùm stantes affatur in armis:
Nũc opus est animis, uires reuocate, timorem
Mittite, nũc populos tutari, en classe sub ipsa
Bella gerunt, totis occurrite uiribus, hostes.
Nusq; alibi timeo Teucrorũ arcere furores.
Hinc nos inuadunt, & currere lõgius audent,
Nanq; alios aditus passim tutantur Achiui.
Hinc tantum timeo ne quid patiamur acerbi.

Hinc flammæ similis candenti Martius urget
Hector agens turmas, & se Iouis ingerit alti
Auspicijs fretus, diuûmq; è sanguine iactat:
O si aliquis nobis tanto in discrimine præstet
Immortalis opem, uiresq; inspiret Achiuis,
Quò saltem ualeant propellere nauibus ignẽ,
Atq; ipsum Iouis auspicio licet Hectora nixum.
Talibus undisonans Aiaces excitat armis,
Et sceptro quatiens impleuit uiribus ambos,
Dat pedibus celeres cursus, mẽbrisq; uigorem.
Ille uelut uultur uolucrem speculatus ab alta
Rupe uolat, medioq; aliam per inania cursu
Insequitur, donec latebras per gramina prædã
Vnguibus insiliẽs quærentem euiscerat uncis.
Agnouere deum proceres sub imagine falsa.
Affatur Telamoniaden Oileius Aiax:
Nõ nos fata canẽs, & qui sapit omnia Calchas
Admonet, ò Aiax, superûm qui lapsus Olympo
Calchanti similis, naues & castra tueri.
Posteriora pedum uestigia certus euntis,
Ardentesq; notaui oculos. num respicis Aiax
Quis uultus, uocis ue sonus? quis spiritus illi?
Diuini facile est discernere signa decoris,
Humanis sint rara licet commercia cum dijs:

Quum

Quũ mihi nũc animus maiori feruet in hostes
Pugnandi studio, iam gestit dextera ferrum,
Stare pedes nequeũt, iamiã salit impetus, & uis
Acrior insurgit, pugnæq; immensa cupido.
Illi tum contrà reddit Telamonius Aiax:
Vis mihi nũc eadem, sequitur sua lãcea dextrã,
Vltrò animus pugnæ pedibus pernicior aura.
An deus humanis mentẽ, uel dira cupido
Exagitet? solus diuum in certamine posco
Hectora Priamidẽ, populos qui territat armis.
Sic illi inter se uario sermone loquuntur,
Numinis instinctu pugnæ maioribus aucti
Viribus. inde alios celerat Neptunus Achiuos
Qui belli circum naues sudore madebant.
Horũ aĩos pugnæ labor attenuauerat ingens,
Et dolor hostiles cuneos transcendere uallum,
Et faciles ad castra aditus nauesq; uidebant.
Posse rati exitium pelli non uiribus ullis,
Fundebant lachrymas mœsti, et suspiria corde.
Per mediũ celerans cũctos hortatur in armis
Neptunus, uiresq; animis præstãtibus auget.
Ante alios Teucrum, mox Leiton, inde ciebat
Peneleonta heroa, Thoantaq;, Deipyronq;,
Merionem simul, Antilochũ, fortissima bello

Pectora. mox tales effundit pectore uoces:
Proh pudor, ò iuuenes uobis pugnãtibꝰ ultrò
Sperabam tutas hostili à turbine puppes.
Quòd si adeò attoniti pugnã modò q̃sq; recusat,
Hæc erit illa dies, quæ uos cecidisse sub armis
Arguet Iliacis populos sub Marte cadentes
Auspicijs segnes. oculis quàm mira uidentur
Ista meis, & dura quidem: nã tale futurum
Prodigiũ nunq̃ rebar (nisi Iuppiter autor)
Troianas acies pugnando inuadere classem.
Hi quondam similes ceruis fugientibus, acer
Quos agitat metus in syluis, ubi pabula fiunt
Pardalibus lanianda feris. seu præda luporum,
Imbelles non antè manus, nõ agmina Graiũm
Expectare ausi, nec sese credere pugnæ.
Nunc procul effusi circa tentoria certant
Ante rates. ò segnities, ò principis ira
Causa mali: nanq; imperio parêre recusant
Seditione ducum populi, & cõsueta relinquũt,
Quisq; suos comites in aperta pericula linquũt.
Intereunt miseri sub puppibus, acrius hostis
Instat enim, nemo auxilio succedit Achiuis.
Indignantur enim ductori gentis Atridæ,
Hoc, quia præstãtem bello cõtempsit Achillẽ.

Nõ tamẽ est cur uos pugnæ mora lõga retra-
Hæc'ne adeò funesta odia, socijq; dolores, (ctet.
Vt nequeant aboleri animis? placantur & iræ
Sæpe deũm, mẽtesq; hoĩm placabitis. ergo
Cõsulite in medium. sunt hic lætissima bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentꝰ.
Nõ ego nũc homini (quanq̃ modò debilis æuo)
Pugnarẽ attonito, quẽ iam timor arcet ab armis.
Sim licet imbellis, cur non ego Martis inertes
Arguerim socios? quorũ fortissimus inter
Quisq; calet sortes, pariet tamen ista futuris
Triste aliquid maius, nec tũc medicabile uulnꝰ,
Segnities tam sera. igitur conuertite mentes,
Ante oculos ignominiã modò ponite, & ingẽs
Dedecus ò nostrũ, quod nulla aboleuerit ætas.
Hector it ante rates, strepituq; exterret Achi-
Martiꝰ effractis trãscẽdit mœnia portis. (uos,
Sic Neptunꝰ agẽs animos exciuit Achiuũm.
Aiaces geminos fortes cinxere phalanges
Septæ armis, Pallas nõ ipsa erũperet, aut Mars
Bellorũ præses, si cõtrà obsisteret armis.
Ante alios primi Teucros, diuũq; morantur
Hectora, condensi circùm glomerantur in unũ.
Hærebant clypei clypeis, hastilibus hastæ,

Vmbonẽ terit umbo, premũt arma arma, uirum
Et galeas galeæ, nutant in uertice coni, (uir,
Ornatusq; pilis simul immiscentur equinis,
In manibus curuata uirũm reflectitur hasta.
Armorum facies, & uis coit omnis in unum:
Stant auidi pugnæ, seseq; hortantur in hostes.
Tum densæ Teucrorũ acies & Martius Hector
Prosiliunt, celso ueluti de monte reuulsus
Vi torrentis apex per saxa, per auia rumpens
Præcipitatur, & inde repentè rotatur ab amni.
Effractis ingens resonat fragor arboribꝰ, mox
Desiliens uolucrẽ linquit per plana tenorem.
Non secus in Danaos sese ferꝰ Hector agebat,
Per strages hominũ penetrare in castra minatꝰ,
Et naues inter populorũ effundere cædes.
Vt uerò ad densas incesserat usq; phalanges,
Restitit haud procul inde manꝰ. Argiua iuuẽtus
Expediunt hastis, & strictis ensibus hostes
Quisq; ferit, luctꝰ hinc inde, et plurima cædes.
Bis reiecti hostes. tandem mox turbidꝰ Hector
Vociferans socios medio de Marte retractat:
Magnanimi Troes, Lyciiq;, et Dardana pubes
Bellipotens satis est, præsenti absistite pugnæ.
Expectent me, metãdem experiantur Achiui.

Non

Non iam sufficient, quanq; glomerantur in unũ
Turritæ in sese acies: hac protinus hasta
Præcipites fundentur enim, Iunonius ille
Magnificus multis coniunxme uiribus auxit.
Sic fatus, cunctos Martis uirtute repleuit.
Hos inter se Deiphobus mox primus in armis
Aptabat leuior pedibus, præcesserat omnes
Incluſus clypeo. contrà parat eminus hastam
Meriones diuus, magni quam turbinis instar
Intorsit, longè sed sustinet æreus umbo
Intextum toties tauris opus, ima resedit
Cuspis, & in corpus torta non pertulit ictum.
Ille pedem referens, concussus pectoris oras
Cessit, & in clypeo præfixũ hastile refregit.
Meriones retro ad socios turbatus abiuit,
Quòd sine cæde suum telum iaculatus inane
Perdiderit: subitò ad naues celerabat Achiuũm,
Laturus iaculum in castris quod liquerat olim.
Confligunt alij, pugnæ fragor intonat ingens.
Tum Teucer ferro Telamonius excipit armis
Imbrion egregium, diuino Mentore natum.
Pedæum hic olim rerum prædiues & auri
Incoluit, Danai ad Troiam quàm classe uenirẽt.
Obsidione notham Priami sibi Medesicastam

Connubio ſortitus erat, penetrauit ad oras
Claſſis ut Iliacas Teucris, generoq; profectus
Auxilio, incoluit Priami propè mœnia ſedes.
Non ſecus ille uirũ, quàm ſi ſibi natus, amabat,
Hũc Telamoniadæ dextra procul acta ſub aurè
Haſta ferit, quam mox illata cæde retraxit,
Ille (uelut ferro procera in uertice montis
Icta cadit foliis per membra uirentibus ornus,
Dat ſonitum concuſſa ſolo) ſuper arma fragorẽ
Reddidit horrendũ, gemuit ſub pondere tellus.
Exuuijs inhians Teucer ſpoliare parabat
Arma uirũ: procul aſpiciens quod Martius He-
Ingentẽ ualidis contorſit uiribus haſtã. (ctor,
Hic ſimul aſpiciens iaculum uolitare per auras,
Corpus in obliquum uerſus declinat ab ictu.
Sed gerit haſta necẽ: Amphimachũ ferit Acto-
Per medias acies trãsfixit pectus eũtis: (rionis,
Corruit in uulnus, ſonitum ſuper arma dedere.
Hector & Amphimachi galeã tractare parabat
Inſertam capiti, ſed Martius obſtitit Aiax:
Reſpiciens iaculum contorſit in Hectora diuũ
Eminus, hoſtilis nec quicquã corporis hauſit:
Totus enim ferro tectus lucebat & armis,
Vix iaculum clypei tetigit pendentia lora.

Non

Non tamẽ incaſſum cecidit, nãq; Hectora lõgè
Expulit à ſpolijs. mox bina cadauera pugnæ
Detraxere procul Danai de ſtrage uirorum,
Strenuꝰ amphimachũ Stichiꝰ, diuꝰq; Meneſtheꝰ
Ductor Athenarũ, reddũtq; cadauera Achiuis:
Imbrion Aiaces Martis uirtute ſupbi
Eripiunt gemini, ueluti ſi quando leones
Præreptam capream de maxillaribus arctis
Corripuere canũ, quã mox nemus inter opacũ
Suſpenſam referunt: ſic illi hoſtile cadauer
Sublatum, exuuias, clypeumq;, & tela ferebãt.
Tum galea exertum caput à ceruice recidit
Aiax Oilides leto indignatus acerbo
Amphimachi, retro p tela, p agmina ad hoſtes
Vertit iter, iacit inde caput per inania longè
Hectoris ante pedes, cecidit tellure rotatum.
Nec minus Amphimachi caſu Neptunus in irã
Arſerat infauſto Danaos ſub Marte cadentes.
Indignatur enim, greſſumq; ad littora tendit,
Auxilium Danais, luctus laturus acerbos
Dardanijs. illi tunc obuius Idomeneus
In primis heros belli cui gloria ſumma eſt,
A ſocio rediens, qui uulnere ſaucius acri
Parte genu, ferro ſuram confoſſus acuto,

Stabat

Stabat inops animi, medicis mãdarat alendum
Curandumq; suis, belliq; cupidine multa
Accingi ferro rursus gestibat in hostes.
Tum sermone uirum tali Neptunus adorsus,
Omnia persimilis speciem uocemq; Thoanti
Andremonos genito, qui sub ditione frequentẽ
Pleuronem populis omnem Calydona regebat.
Aetholiaq; deus ueluti ueneratur ab omni:
Idomeneu Cretæ ductor, quô robur & iræ?
Quo ue minæ in Teucros abiere? ubi pubis A-
Effera uis aĩ? cõtrà sic reddidit heros: (chiuæ
O Thoã, caussæ quisnã modò conscius? oẽs,
Quantũ oculis uidi, bello præstamus & armis,
Non aliquẽ timor exanimat, nã fortiter audẽt:
Nec quẽ segnities, nemo nam cessat ab armis.
Nemo fugit belli sortem quis ferre laborem,
Et tamen aduerso pugnamus Marte. quid ergo
Iam certum? deus ille deûm Saturnius auget
Troianos, patria procul ut cædamur ab Argo
Sic miseri statuit rerum moderator Achiui.
Tu tamen ò Thoan heros, cum semper in armis
Perstiteris, Danaos hortare per agmina, si quẽ
Defecisse uides, ꝑge ergo, haud desine cœptis.
Tũ deus horrisonis terrã qui fluctib⁹ ambit:
Triste

Triste uiro exitium pugnam qui liquerit ultro,
Imprecor Idomeneu, redeat nõ amplius Argon
Littore ab Iliaco, pereatq; inglorius & sit
Præda feris canibus lacerãda in uiscera et art⁹.
Verùm nos armis pariter celeremus oportet
Ocyus assumptis: præstantes uiribus ambo,
Ambo pares animis, tum robur, & utilis est uis
Auxilio socijs ueniens, cum cætera turba
Fessa iacet bello, nos & pugnare parati,
Et sumus audentes, opus est ubi fortibus armis.
His dictis abiere. Deus sub Marte labantes
Instaurat Danaos, diuersa per agmina gressus
Nunc hos nũc illos pugnæ succendit euntes.
Vt uerò Idomeneus alta ad tentoria uenit,
Induit arma humeros, dextrãq; hastilib⁹ implet,
Mox celerat, radijs stillantibus arma coruscãt.
Sic ubi fulgur agens sublimi uibrat Olympo
Iuppiter ostentans signum mortalibus iræ,
Irradiat ferrum longè currentis in armos.
Merones cursu medio fuit obuius illi,
Rapturus iaculum pugnæ, cui talia fatur:
Meriones Molide animo gratissime nostro,
Veneris unde, effare. qd arma reliqueris? an tu
Vulnus habes teli? quisnã fuit autor? an ultro
Nuncius

Nuncius is qui me pugnæ non passus inertem
Excires? uenio stragem laturus in hostem.
Illi Meriones reddit sic Martius heros:
Magnanimũ Idomeneu populorũ maxime du-
Iãdudũ ĩgrediẽs pugnã, iaculatº in hostẽ (ctor,
Deiphobi clypeo frustratum hastile refregi:
Sumpturus uenio si te penes hasta relicta est.
Olli tum princeps sic reddidit Idomeneus:
Si qua uoles, mox una domi & bis dena uidebis
Spicula, quæ muris annixa per atria cernes.
Illa ego tum uictor cæsis ex hostibus olim
Eripui, Troiana quidem sunt arma, sed illis
(Vt quæ inimica manº gesßit) nõ utor in hostes.
Sunt clypei, et galeæ, et thoraces ære nitentes.
Tũ sic Meriones, Sunt & mihi plurima certè
Rapta manu, sed quæ capiã modo nauibº arma
Fixa manẽt, nõ apta mihi, nãq; eminus absunt.
Degenerem nondum fateor me Martis & usus
Militiæ, assueui prima inter prælia fortes
Ire uiros contra, uel cum magis aspera lis est.
Nec mihi præsidio quisq̃ succeßit Achiuũm
Pugnanti, tu uera refer, namq; omnia nosti.
Talibus hunc iterũ affatur dux Idomeneus:
Non ignarus eram quantis ſis uiribus heros,

Verũ

Verũ hæc cõmemorare, qd est? Mars urget A-
Nũc opº est aĩs, uirtute et uiribº, armis (chiuos,
Certatĩ ante rates se quisq; ostẽtet ĩ hostes
Præcipuè uirtus alienæ laudis & actus
Aemula, fit maior, studijsq; obnixa nitescit.
Longius alternis tum quantum distet inerti
Magnanimus, quantũ ignauo sit fortior acer,
Apparet. stupet ille metu, nec sistit in armis,
Genua labãt, pedibºq; sup uelut umbra residit,
Nõ animo fidit, nõ dextræ, in utrunq; recũbens
Sæpe pedẽ nutat, artus sudore madescunt,
Sponte metu mortis fugit, et sub pectoribus cor
Palpitat, & gelidi crepitant formidine dentes.
Magnanimi color est idẽ, formidinis expers,
Nõ tremit insidias, postq̃ semel instruit, ardet
Ocyus immiscerĩ & sese ostendere pugnæ,
Nunc dextra ingeminãs ictus, nũc ille siniſtra.
Nemo tuã meritò, dũ non modò terga uel armos
Ceruicem' ue retro iaculo feriare uel ense,
Virtutẽ arguerit, uel pectora perforet ictus,
Aut fugienti iterũ pugnando cõminus instes
Obuius, aut expers ibis formidinis hosti.
Immò alijs præferre pedem primusq; uideri,
Hoc uirtutis opus primum laudatur in armis.

Hactenus

Hactenus hæc: neq; enĩ pueri uelut ocia fruſtra
Ducamus, uel quis poterit fortaſſe proteruus
Carpere cunctantes. intra tentoria telum
I, cape, mox redeas, ſimul ut celerem⁹ in hoſtes.
Dixit. Meriones præfixum cuſpide telum
Corripuit, ſequiturq; ducem furibũdus euntẽ,
Qualis erat Mauors hoĩm populator in armis,
Quẽ ſua progenies Cratherus et acer Atartes,
Dum populis fatum parat exitiale, ſequuntur,
Quãdo Ephyris Thraces Phlegyis'ue horrẽda
Bella, uirũ quẽuis præſtãtẽ uiribus ur (minãtur
Ambobus nutant populis certamina, tãdẽ (gẽt,
Cui deus ipſe fauet, certa eſt uictoria parti,
Non ſecus incedunt incluſi pectora ferro
Meriones heros, regnator & Idomeneus.
Tũ prior ille refert, Vbi primũ irrũpim⁹ hoſtẽ
Deucalide? à dextro cornu potius'ue ſiniſtro,
Per mediũue? acies nec ubi inclinare uidemus?
Illi tũ contrà ſic reddidit Idomeneus:
Præſidio Aiaces ambo pro nauibus aſtant,
Et Teucer, quo non iaculo præſtantior alter,
Marte bonus ſtabili pugnaq; reſiſtit in omni,
Hi poterunt Troum quoſcunq; arcere furores,
Hectoraq;, heroum quamuis acerrimus armis,

Et

Et rabies illum pugnandi inuaſerit atrox,
Et claſſem certet flagrantibus urere flammis,
Non ut retur, erit facilis ſibi ſudor, ab alto
Ni deus ardentes iaculetur Iuppiter ignes.
Mortali cedit nulli Telamonius Aiax,
Qui uictu Cereris uitæ ueſcatur & aura:
Non hoſtile timet ferrum, nec uulnere ſaxi
Frangitur, aut iaculi manet imperterritus omni
Congreſſu, inferior non armipotentis Achilli
Viribus, indefeſſus enim ſub Marte moratur.
In leuibus quis enim pedibus ſimilãdus Achilli?
A'læuo nobis aditus ſit in agmina cornu.
Aut erit alterius de nobis gloria belli,
Vel noſtra ex alijs. fatus ſic Martius anteit
Idomeneus, mediumq; acies irrumpere certant.
Vt uidere duces fulgur uelut ignis in armis
Cõſpicuos, illuc alacris concurſus Achiuũm
Aduolat, exortis circum clamoribus inſtant.
Exterior quâ claſsis erat, certamina ſurgunt.
Cõfligunt hinc inde acies, furit aſpera pugna,
Alter in alterius cõuertunt pectora ferrum.
Mutua ſit ſtrages, ueluti per inanæ procellæ
Ventorum feriunt, ſeſe cum puluereã uim
Per uada pq; uias glomerãt, torquẽtq; uiciſsim,

H Col

Colliduntur, & aduersi se turbine quassant.
Non secus inuadunt acies in mutua uersæ
Exitia, insiliunt ferro, rapiuntq;, ruuntq;,
Obtruncant sese densata per agmina passim,
Sæuit amor pugnæ, galearum in uertice coni,
Scutorũq; orbes nitidi, & thoraces aheni
Perstringũt oculos uenientũ, & fulgura iactãt.
Qui propè nõ pauidꝰ pugnæ spectator adesset,
Armorumq; habitus obtutu lætus in ipso,
Atq; alacris, nõ ultrà iterũ fera bella timeret
Quæcunq; aspiceret. Gemini Saturnia proles
Autores aderant diræ duo numina cladis.
Victores Teucros atq; Hectora Iuppiter ambit,
Non tamẽ Argiuos extingui ante Iliõ omnes,
Sed Thetidi ut morẽ gereret, quò maior Achillis
Gloria, quò reges alios excelleret armis.
Neptunus Danaũm sortẽ miseratus iniquam
Teucrorum manibus cædi sub Marte dolebat.
Hoc igitur fratri longè indignatus agebat,
Quo minus Iliadæ belli potirentur honore.
Hæc lis amborũ studia in cõtraria mentes
Verterat: unus enim sanguis atq; una propago,
Terra fuit genitrix eadem, sed grandior æuo
Iuppiter, anterior ueluti satus, omnia longè

Callebat rerum multarum gnarus ab usu.
Insidias ueritus fratris Neptunus, Achiuis
Venerat auxilio mortalis imagine septus.
Hostiles illi quamuis magis aspera Martis
Irrumpunt acies, ferro conferta refringunt
Agmina magnanimi, nõ horrẽt tela manusq;.
Tũ (licet ætatis mediæ) Idomeneus Achiuos
Excitat infrendẽs, nũc hos nũc uersus ad illos:
Præcipites agitat Teucros, atrumq; timorem
Iniicit, obtruncat multorum corpora ferro.
Hos inter patria Cabyso insignibus armis
Othryoneus erct: Cassandræ incensus amore
Venerat auxilio Teucris: sine dote petebat
Priamidem, tali pro munere pactus Achiuos
Sumptibus ipse suis tota deducere Troia.
Hoc illi Priamus promisit fœdere natam.
Spe iuuenis tanti fidentior ibat in hostes
Coniugij. rũpentem acies hastile coruscans
Idomeneus illum media transfixit in aluo:
Corruit in uulnus, sonitũ super arma dedere.
Insultans heros strato super arduus hoste,
Mortales (inquit) dignum te laudibus ultra
Otrionee feram, modò si promissa, fidemq;
Dardanidæ Priamo pacta pro coniuge nata

Perſolues eadem.tibi nos promittimus Argi
Atridæ gnatam quæ ſit pulcherrima forma,
Vxorem dabimus,populis & mœnibus altis
Ilion inſignem nobis modò uerteris urbem.
I tamen ad naues,ut connubialia mecum
Fœdera perficias:tibi ſum non improbus autor.
Sic fatus,pedibus per ſtragis corpus aceruos
Dum retrahit raptis celerans,mox Aſius illi
Affuit auxilio lateri:nam proximus ante
Quadrupedes aderat,quos tunc auriga tenebat
Poſt humeros domini.ſtricto dū cædere ferro
Idomenea parat,prior hic intercipit illum.
Sub mento iugulum transfixit cuſpis,& altè
Gutture perfoſſo media ceruice reluxit.
Corruit,ut quercus,uel ut icta ſecuribus ilex,
Quā manus artificis reſcindere claſsis in uſum
Vel nemore in denſo,celſis ſeu mōtibus inſtat.
Ante ſuos collapſus equos,in terga iacebat
Quātus erat multo reſperſus puluere,& atro
Sāguine frendenti moriens immurmurat ore.
Hic animū trepidus ſenſumq; auriga reliquit.
Tunc animi ſi quicq̄ habuit,nō auſus ab hoſte
Vertere equos,nec ſe leto(nam Martius haſta
Perforat Antilochus)thorax nō ferreus illum

Te-

Texerat,inq; uteri medium penetrauit harūdo.
Suſpirans curru cecidit reſupinus ab alto.
Hic mox Neſtorides per tela,p agmina Teucrū
Traxit equos,egitq; pcul,quos tradit Achiuis.
Deiphobus cōtra telum Idomenea coruſcat
Contriſtatus Aſi caſu:ſed prouidus heros
Incluſus clypeo tauri quem pellis obibat,
Inſutum ferro geminis canonibus,altè
Proſpiciens telum clypei ſuſcepit in orbem.
Horrendum ſonuit ferratæ cuſpidis haſta.
Non tamen incaſſum cōtorſit dextera telum,
Vulnerat Hippaſiden. populorū ducere turmas
Suetus erat.ſuras telum perfodit euntis,
Genua cadūt,mox lapſus humi ſup arma recū-
Hic tūc Deiphobꝰ uoces iaculatur ī auras:(bit.
Non Aſius tandem ad manes conceſsit inultus,
Autorem dedimus diræ ſolatia mortis
Infernis,igitur ſecum lætabitur orco.
Sic fatus.triſtis affecit luctus Achiuos,
Antilochum ante alios.caſu turbatus acerbo
Indoluit tandem,curam non liquit amici.
Per mediū rumpens traiectum uulnere pugnæ
Protexit clypeo,donec ſubiere ſodales,
Meciſteus Echionides,& diuus Alaſtor,

Ad naues illum ſuſpiria longa trahentem
Impoſitum ſcuto referunt. hic acrius inſtat
Idomeneus, ſtragis nondum ſatis eſſe putabat.
Flagrat enim ſtudio, nimiaq; cupidine ferri,
Teucrorũ ſi fortè aliquẽ modò deſtinet orco,
Ipſe uel intereat, certũ modò præſtet Achiuis
Præſidiũ. Alcathous pulchris radiabatĩ armis
Heſiades opibus pollens, ſed clarior omni
Virtutis merito, par & præſtantia formæ.
Heroi Anchiſes coniunxerat Hippodamiam.
Natarum maior, ſtudijſq; exculta Mineruæ
Hæc erat. inſignẽ formam decorabat honeſtis
Moribus. ante alias genitor materq; uerenda
Dilexere, pares quòd uinceret arte puellas.
Sic iuueni ingenuo qui Troia excelleret omni
Nupſerat. hunc armis ſacrauerat Idomenei
Neptunus, uelauit enim, ne cernere poſſit,
Lumina: moliriue fugam, dedit obuia plantis
Vincula. perſtabat ueluti immobile robur
Seu procera ſolo fixis radicibus arbos.
Obuius obiecta pectus tranſuerberat haſta
Idomeneus. clypei texit non lamina ferri,
Non totiens tauri pellis circundata: tranſit
Loricæ ſquamas, tepuitq; in pectore cuſpis.

Dat

Dat ſonitum lapſus fato moribundus acerbo,
Voluitur, inſiliunt circum præcordia pulſus:
Spiritus extincto tandem pulmone receſſit.
Talibus Idomeneus percuſſit uocibus auras:
Deiphobe illuxit nobis per gloria, quando
Tres una pro cæde uiros mactauimus. at nunc
Dignũ opº amborũ, mecũ modò cõſere dextrã,
Dæmonie huc aſſiſte, ſimul iactaris ut amens.
Aſpicies qualis ueniat Ioue natus in armis,
Vnde ſatus Minos, qui Deucaliona parentem
Edidit illuſtrem, Creta me liquit in ampla
Deucaliõ regẽ populorũ & gentis auitæ.
Huc tibi iam patrijs uexit me claſſis ab oris,
Omnibus exitium Teucris Priamoq; futurum.
Dixerat. ille animi dubius ſub pectore uerſat
Auxilio quenq; Teucrũm qui præſtet in armis
Euocet, aut animi fidens decertet in hoſtem.
Ambiguo tandem potior ſententia uiſa eſt
Acciri Aenean. acies erat ultimus inter,
Infenſus Priamo regi. cum fortior eſſet
Pugnantes inter, nullum ſibi munus honoris
Pro merito uirtutis erat. tum talibus infit:
Aenea Teucrũm nunc te cõſultor oportet:
Auxilium genero, ſi te modò gloria tangit,

Fer. celeremus enim, iacet is modò sauciꝰ aruis.
I mecum, gener est, & te nutriuit in ædes
Ille suas puerum, & miro dilexit amore.
Martius hunc leto dedit Idomeneus acerbo.
His animum dictis sæuus dolor egit in iram.
Acrius hostiles cuneos irrumpere certat
Idomenea petens. manet imperterritus heros
Idomeneus, ueluti canibus de montibus altis
Actus aper, setis horrentibus instat in armis,
Igne micant oculi, dentes in dentibus atrox
Exacuit, uenantum acies cunctatur, & ultrò
Ire canes contra telisq; frequentibus audet:
Non secus Aenean iraq; armisq; frementem
Idomeneus manet intrepidus. tũ fortè ꝓpinquos
Ascalaphũ aspiciens, & Apharea, Deipyrõq;,
Merionem, heroas præstantes, Antilochumq;,
Hos ciet: O' fidi comites (sic fatus) Achiui
Ferte citi auxiliũ: timeo nã solus, & impar
Aeneam pedibus celerem manibusq; minantem
Prospicio, sumptis qui me petit improbꝰ armis.
Exitio multos pugnando affecit Achiuos,
Quin illi floret (quæ uis ingentior) æuum.
Esset par ætas, & idem si robur in annis,
Aut animi eximiam de me uictoria laudem

Fer-

Ferret, uel cæso tandem concederet hoste.
Talia dicenti sociũm chorus omnis in unum
Hærebant, clypeos lateri sibi quisq; parabat,
Tela manu, pergunt animis & uiribus aucti.
Nec minus Aeneas socios uocat eminus ipse,
Deiphobũ Paridemq; uidens, et Agenora diuũ.
Ductores adeunt omnes, mox plurima Teucrũ
Turba subit, ueluti pecudes cũ dux gregis ãteit,
Quẽ poturꝰ aquas sequitur grex pulsus ab her
Spectat oues pastor secũ lætatus euntes: (ba,
Sic animũ Aeneæ circumflua turba replebat
Lætitia. postq; Teucrũm glomerata iuuentus
Alcathoon circum longis innititur hastis,
Ictibus alternis concusso pectora ferro
Horrendum crepitare furentis turbinis instar,
Tela sonant, utrinq; uiri duo, quisq; per agmen
Eminet alterutrum, tum primus in Idomenea
Aeneas uibrans ingentem uiribus hastam
Contorsit, procul aspiciens declinat ab ictu
Idomeneus: celer is uolat. & sine cæde ꝑ auras
Vibrata intremuit ualido uelut acta lacerto.
Oenomaum Idomeneus nõ frustra pculit ictu.
Per medium scindẽs latebras thoracis ad ima
Viscera cuspis adit: cedit collapsus in arma,

Indignatus humum uita fugiente momordit.
Idomeneus haſtile uiri de cæde retraxit,
Nõ arma ex humeris potuit meliora, repulſus
Miſsilibus. curſus pedibus non acer in illo
Inſultare alijs, curſú ue excedere pugna,
Sed diro ſub Marte diem pugnare morando.
Vt uita Oenomaum diuus ſpoliauerat heros,
Ferre pedẽ ſenſim: dum ſe retrahebat ab armis,
Deiphobus ualidis ingentem uiribus haſtam
Cõiecit: hunc odio pugnantẽ ſemper habebat.
Fallitur haſta uolans, hærentem perculit autem
Aſcalaphon, trãſiitq; humeros, et pectora ferrũ:
Labitur, & moriens fuſo ſe uulnere turpat.
Nondum terrificus forti cecidiſſe ſub hoſte
Mars natum audierat: cœli regione remota,
Omnis et ordo deũm periter ſub nubib⁹ aureis,
Concilio Iouis ammoniti conuexa tenebant,
Impliciti neutrũm partes in bella fouerent.
Tũ circum Aſcalphon pugnãtũ turba fremebat
Arma hũeros ſpoliare. manu dũ caſsida tractat
Deiphobus, Marti ſimili feriente lacertum
Merione, inſignem galeã tum dextra relinquit.
Icta ſolo raucum ſonuit. mox uulturis inſtar
Aduolat, hoſtili telumq; è uulnere traxit,

Ad

Ad ſocioſq; redit. tum dira in ſorte Polites
Germanũ aſpiciens, cõplexũ abduxit ab armis
Vſq; ad equos, qui poſt acies belliq; tumultum
A tergo procul auriga cuſtode fremebant.
Impoſitum curru comites ad mœnia ducunt
Vulnere languentẽ grauiter, madefacta cruoris
Dextera profluuio quoq; circumfuſa rubebat.
Sæuit atrox bellũ, cũ diſſonus æthera clamor
Percutit, & duri crebreſcunt undiq; luctus.
Aeneas aggreſſus Apharea Callithoriden
Aduerſum iugulo ſplendenti perforat haſta.
Tum caput immoriens recidit, galeamq; remiſit
Et clypeum ad terrã, mox uita receſsit in auras.
Dũ uidet Antilochus retro dare terga Thoonẽ,
Excipit incautum uenientem, à uertice uenam
Amputat, in lumbos cecidit reſupinus harenæ,
Ad ſocioſq; manus moriens tendebat inanes.
Antilochus ſpolijs inhians auferre parabat
Arma humeris. circũ dũ confert lumina ne qs
A tergo ueniens feriat, ruit impetus omnis
Teucrorum, & circumfuſi iaculantur in unum
Telorũ genus omne, uolãt clypeo ſuper haſtæ,
Neptunusq; aciem telis hebetabat in auras,
Pugnantẽ cuneos mediũ inter & arma tegebat.

Nunquam

Nunquã laxa manus frustra lentauerat hastã.
Nũc hos nũc illos procul inde, et comin⁹ hostẽ
Inuadit, teloq; animo quos destinat haurit.
Nõ tulit id longè speculatus ab agmine diuus
Asiades Adamas: hominem percussit acuto
Assurgens iaculo, clypei stetit ictus in orbem.
Nigricomus telo uires Neptunus eunti
Eripuit, clauus micuit uelut igneus, acta
In clypeo cuspis telluri desilit hasta.
Mox illũ ad socios, dum mortẽ euadere tentat,
Meriones telo fugientem percutit inter
Vmblicum & genitale. illic ubi uulnus acerbũ
Et mors dira magis mortalibus et dolor ingens.
Vulneris impatiens animo suspiria flabat
Morte reluctanti, ueluti bos mugit in altis
Montibus, illaqueãt fortes si quando bubulci,
Luctantemq; trahunt: nimio sic ille dolore.
Non tamen usq; diu, nam uulso è corpore telo
Spiranti clausere oculos uitamq; tenebræ.
Deipyronq; Helenus telo percussit ad aurem
Thracio, ingenti cecidit de uertice lapsa
Cassis humo, sonitumq; dedit effusa per agrum
Tela pedesq; inter, quidã dum prendere certãt:
Nox æterna uiri morientia lumina clausit.

Haud

Haud procul hĩc socij cædẽ Menelaus Atrides
Aspiciens, Heleno heroi funesta minatur.
Telũ immane manu uibrãs contendit in hostẽ,
Ille simul tento componit spicula cornu.
Cõcurrunt ambo, iaciunt mox ambo, sed hasta
Hic ferit ingenti, uolucri ferit ille sagitta.
Priamides neruo tellum lentauit abacto
In thoraca, procul forti quod ab ære repulsum
Sic, ubi dissiliunt uentorum uiribus actæ (est.
Nigrorum tegnæ cicerum fragiles ue fabarum.
Turbine cum magno telum contorsit Atrides,
Hostilemq; manum traiecit cuspis & arcum.
Tum retro ad socios mortem fugiturus acerbã,
Pendentem dextram fixumq; hastile gerebat,
Quod mox magnanim⁹ de uulnere traxit Age-
Et fundæ uulnus uilloſæ strinxit habena (nor,
Quã famulus iaculãdi auido seruabat in usum.

LIBER IMPERFECTVS,

desunt enim plus quàm ducenta carmina non reddita.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XVIII. NICOLAO Valla interprete.



LAMMARVM in morẽ pugnabant Troes & Argi.
Nec morà, Neſtorides magno feſtinat Achilli
Nuncius. hunc ægro meditantem talia corde
Anxius urgebat dolor, & ſic mente uolutans
Secum ait: En pauidi campo turbantur Achiui,
En iterũ, uereor miſero mihi ne quid acerbum,
Ne ſuperi quid triſte ferant. hoc præſcia mater
Vaticinata mihi, quòd te Patrocle peremptum
Viuus ego aſpicerem? potuiſti occumbere tandẽ
Optĩe Myrmidonũ? dirũ hoc mẽs augurat, heu
Admõui quotiẽs ne cũ Hectore bella para (heu
At poſtq̃ expuleras fatalẽ è puppib⁹ ignẽ, (res?
Ad claſſem rediturus eras. dum talia uerſat,
Occupat Antiloch⁹, lachrymæq; p ora fluebãt,
Aduerſos referens caſus: Sate ſanguine Pelei,

Heu mihi, neſcio qd miſerũ et lugùbre reporto.
Patroclus iacet exanimus, ſpolijsq; triumphat
Hector, & hinc, illinc, Troes Danaiq; laceſſũt
Ingentẽ Patrocle tuo pro corpore pugnam.
Dixerat, Aeacides mœſta caligine tectus
Strat⁹ humi, geminasq; man⁹ in puluere uerſãs,
Ora, caput, ueſtem turpat, faciemq; decoram
Infelix, ſcinditq; comam. mora nulla, miniſtræ
Accurrunt circũ, quondam prædatus Achilles
Quas tecum Patrocle fuit. miſerabile, pugnis
Pectora collidũt, querulus ferit æthera plãgor.
Parte alia Antilochus caſus lachrymatur acer-
Aeacidæ, cohibetq; manũ ne fortè cruento (bos
Tranſadigat ferro iugulum. ſuſpiria ab alto
Ille trahens, gemitum ingentem clamore ſoluto
Rupit. ab oceano genitrix miſeranda profundo
Audijt ante patrẽ reſidens Thetis, altaq; fundẽs
Pro nato lamenta dedit. tum protinus omnes
Vndiq; concurrunt Nereides æquore ab imo,
Neſæe, Glauceq;, Thaliaq;, Cymodoceq;,
Tũ Spioq;, Thoeq;, Halie, cui lumina magna,
Cymothoe quoq;, & Actee, dehinc Limnoria,
Venit Iera ſimul, Melite, Amphithoeq;, et Agaue
Dotoq;, tũ Protho, Peruſaq;, Dynameneq;, (que,
Dexamene,

Dexamene, Amphinome, pariter quoq; Callia-
Dorisq;, et Panope, simul ĩsignis Galathea, (nira
Nemertes quoq;, et Apseudes, et Callianassa,
Adcurrunt etiam Clymene, Ianira, Ianassa,
Mæra, et Orithya, et pulchris Amathyia capil-
Atq; aliæ, quæ se uasto sub gurgite mergũt. (lis,
Plena domus gemitu resonat, miseroq; tumultu
Nympharũ: Thetis ipsa suos exorsa dolores
Sic ait, Audite hæc, audite, & discite causſam
Vnde dolor miseræ tantus mihi. mater Achillẽ
Infelix genui, fuit hic nutritus in ulnis,
Arboris in morem, quæ pingui surgit in agro,
Arduus heroas qui nunc supereminet omnes.
Prole quidem tanta infelix, quẽ numine læuo
Misimus ad Troiam rediturũ ad Pelea nunquã.
Quinetiam donec uitali uescitur aura,
Opprimitur mœrore graui, nec prælia tentat
Immemor armorum: miseræ succurrere nato
Nec matri licet, ibo tamen, causſamq; malorum
Tantorum exquiram. Sic alta uoce locuta
Pergit, & undosis turba comitante sororum
Prosiluit thalamis, hinc illinc scinditur æquor,
Et circùm latæ cedunt uenientibus undæ.
Et iam cõtigerãt loca magnæ uberrima Troiæ,

Con-

Conscendunt littus Nereides ordine longo
Hic ubi Myrmidonũ classes, ubi mœstus Achil-
Fata Menœtiadæ queritur. cui pxima mater (les
Adstitit, & cõplexa caput plangore soluto
Nate (inqt) quæ nã tanti tibi causſa doloris?
Fare agẽ, nec retice. succedunt omnia magno
Ab Ioue. nón ne uides p puppes territa Graiũm
Agmina, magnanimiq; ĩplorãt nomẽ Achillis?
Scilicet hoc supplex tendẽs ad sidera palmas
Orabas: uoto succedunt omnia, quid iam
Tristis es? Ille imo repetens suspiria corde,
Mater (ait) mater, succedunt omnia magno
Ab Ioue. quæ tãdem nobis hinc gaudia, quãdo
Occidit ille quidem, qui me mihi charior ipso
Viuebat? caput ille meũ, spolia ampla reportat
Hector, & ereptis uictor lætatur in armis
Quæ Peleo tribuere dei mirabile donum.
Quũ dea mortali Thetis es cõiuncta marito,
Debueras potius cũ dijs habitare marinis:
Mortalẽ uxorem Peleus mortalis haberet.
Nũc querere infelix morituri mater alumni,
Infelix mater. patriam rediturus ad urbem
Nunq; ego, sic animus suadet: nec uiuere dignũ
Mens putat, ipse mea nisi uitã expiret in hasta

I He-

Hector, & ingẽtes luat atro in uulnere pœnas.
Sic ait. at mater cõtrà: Veriſsima narras
Heu nimiũ mea progenies, poſt Hectora uictũ
Occũbens, longa ulterius nec penſa trahũtur.
Ille refert: Moriar, iacet & mea uita Patrocl⁹
Exanimis procul à patria, nec ab hoſte tueri
Fas fuit. ò utinam tutorem habuiſſet Achillem.
Aſt ego nec patriam petij, nec ab Hectore diuo
Corpora tot Graiũm, nec te Patrocle perẽptũ
Defendi. ſedeo ante rates telluris auaræ
Pondus iners: bello quo non præſtantior alter,
Conſilio uinci fateor. diſcordia diuũm
Atq; hoĩm pereat: pcul hinc pcul illa recedat,
Quæ turbat ſapiẽtem hominẽ, cũ fuſa per art⁹
Humanos fumi ſurgit creſcentis ad inſtar
Peſsima, melle quidem ſtillanti dulcior ira.
Nuper in hãc etiã ſic me cõmouit Atrides,
Atrides hominũ princeps. uetera iſta ſinamus,
Nũc op⁹ eſt furor ille abeat. quæram Hectora,
Hectora, tã cari capitis q pign⁹ ademit, (quærã
Inde licet de me diuũm pater atq; hoĩm rex
Viderit. ipſe etiam cecidit Tyrinthius heros,
Iunonis tantum ira ualet, nec profuit illi
Vis inuicta uiri, nec quòd tibi ſumme deorum

Di-

Dilectus. ſic me fatis parêre neceſſe eſt,
Si me fata uocant. aliquid nunc laude decorum
Experiamur, & ingentis ſit gloria palmæ.
Lugeat extinctũ cõiunx Troiana maritum,
Dilanietq; genas, bello cogноſcet Achillem
Abſtinuiſſe. qd ò prohibes Thetis? arma capeſsã
Te licet inuita. tacuit, nec plura locutus.
At mater cõtrà nitidis argentea plantis: (nũc
Vera refers, æquum eſt miſeris ſuccurrere, ſed
Arma ubi nũc tua ſunt? uictrix Troiana iuuẽt⁹
Hæc habet, & geſtans humero lætatur in illis
Hector acerba fremẽs, galea criſtisq; decorus.
Mox tamẽ ingentes pœnas dabit improbus ille
Victor, nec lõgum lætabitur, hũc modò fata
Proſpectant. at tu matris pia cura memento,
Ne ſæuo Martis rumore accenſus in hoſtem
Progrediare prius q̃ me hic aſtare uidebis.
Solis in exortu cum craſtina fulſerit hora,
Arma feram, multa quæ doctus Mulciber arte
Ediderit. Sic fata gradus conuerſa, marinas
Alloquitur Nymphas: Vos ite, ingẽsq; pfundũ
Vos intrate maris, patriq; hæc dicite Nereo
Omnia, Vulcanũ ipſa petã, ſupplexq; rogabo
Arma paret nato nitido ſplendentia ferro.

Dixerat, una deæ mergũtur in æquora Nerei,
Lõgæuiq; domos repetũt. Thetis arma rogare
Pergit, & ætherei culmẽ cõscendit Olympi.
Interea dux Priamides urgebat Achiuos,
Diffugiũt trepidi, ad littus maris Hellespõti,
Hic ubi classis erat Danaũm, defendere corpꝰ
Inualidi Patrocle tuum. Troiana iuuentus
Obstat, & horrorẽ multa ui cõcutit Hector
Ardenti similis flammæ, corpusq; iacentis
Ter trahit à pedibus, gemini ter robore multo
Aiaces retrahũt. socios uocat Hector, & instat
Impauidus, poterat ui nulla à corpore uelli.
Vt leo qui pecudem frendenti concitus ira
(Suadet enĩ uesana fames) rapit, hæret, & ĩstat
Visceribus super accũbens, auellere frustra
Pastores pugnãt gemini: sic Hectora contra
Nequicq; Aiaces oblato Marte resistunt.
Credo equidẽ extiterat uictor Priameiꝰ heros,
Nũcia ad Aeacidẽ sed protinus æthere ab alto
Iris adest, tacito monitu Iunonis amicæ
Clã Ioue, quæ supra caput adstitit, atq; ita fatur:
Surge tremor Pelide hoĩm, succurre Patroclo
Ante rates, cuius misero pro corpore pugnant
Hĩc danai, hĩc Troes, oriturq; miserrima cædes:

Hic

Hic trahit, hic retrahit miserãdũ exãgue cada-
Impbꝰ ante alios Hector festinat, et urget. (uer.
Quin & Patroclo dirũ ac crudele minatur,
Auulsum caput arrectis præfigere in hastis.
Surge agè, pelle morã, socij te gratia tangat,
Tãgat honos. Phrygijs canibꝰ fera prædia iace
Dedecus ille tuũ si quid patiatur acerbũ. (bit?
Dixerat. at cõtrà pedibꝰ celer (inqt) Achilles:
Iri, quis huc diuũm misit te? dixit. at illa:
Iuno Iouis coniunx, nescit Saturnius ista
Altitonãs, superi ignorãt. nec plura loq uenti
Reddidit Aeacides: Quibꝰ armis utar ĩ hostẽ?
Arma Phryges mea nũc retinẽt, spolijs q; triũ-
Quĩetiã matris monitu parêre necesse est (phãt
Ne prius ad bellum q̃ se hic astare uiderem
Progrediar. docta quæ Mulciber edidit arte,
Arma feret. nostrũ quæ nã ulla decẽtia corpus
Tela forent, ni se clypeum Telamonius Aiax
Exuat? ille tamen socij pro funere pugnat.
Spero equidẽ multos aduersa interficit hasta.
Illa refert cõtra: Non hæc incognita nobis
Arma Phryges retinẽt. ꝓcul ad cõtermina fossæ
Te tantùm ostenta: si te modò senserit hostis,
Terga dabit: fessi uires animũq; resument

Argolici. ſalubre eſt, modò reſpirare poteſtas.
Protinus Aeacides ſummo dilectus amore
Ab Ioue ſurgit atrox, rutilũ dedit ægida Pallas
Ipſa ſuũ, aptauitq; humeris, caput aurea nubes
Protegit, è ſummo flagrabant uertice flammæ,
Haud aliter q̃ ſi obſeſſa tollatur ab urbe
Sole ſub ardenti fumus, caligine obumbrat
Omnia: ſiue ignis media cum noctis in umbra
Apparet procul, & circùm fulgore coruſco
Signa dat, auxilium ſi quis ferat accola, ſi quis
Si quis fortè mari ueniens ſuccurrat ab alto.
Ventum erat ad foſſam, ſtetit acri turbidus ira
Aeacides: animo matris præcepta reuoluens
Abſtinuit bello, nec ſe miſcebat Achiuis,
Horrẽdũ procul exclamãs. ſimul Attica Pallas
Intonat, horribili credas clangore tubarum
Attonitos trepidare hoſtes. uox ferrea tantũ
Aeacidæ potuit, fugit omnis Troïa pubes,
Aurigæ auertunt currus, fatale timentes
Exitium, & ſummo flagrãtes uertice flammas
Quas furtĩ incẽdit Pallas. ter magnꝰ Achilles
Terribile intonuit, ter pugnæ uerſa iuuentus
Bella mouet, bis ſex fortiſſima corpora leto
Occũbunt. Danai media inter tela, uirosq;
Eri-

Eripiunt chari certatim corpus amici,
Imponũtq; toro flentes exangue cadauer.
Circunſtant ſocij, dirum lugebat Achilles
Ponè ſequens. cui iampridẽ cõceſſerat arma,
Arma, & equos, currus, crudeli morte relatũ
Aſpicit infelix, feretroq; iacentia membra.
Interea Oceani radios ſol occulit undis
Inuitus, neq; enim ipſe ſuum cõpleuerat orbem:
Iunonis tamen imperio parêre parabat.
Secedunt bello Danai. tum Dardana pubes
Poſtq̃ ſoluit equos curru, coit omnis in unum,
Cõciliumq; uocat belli de rebus agendum.
Conuenti adſtabant omnes, nullusq; ſedere
Audet humi, tantus feſſos timor occupat artus.
Nã pcul horrẽdũ ferus exclamarat Achilles,
Tempore qui longo iratus ceſſarat ab armis.
Polydamas hic Pãthoides, cui cognita ſoli (tur,
Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox uẽtura trahũ
Adſtabat magni comes Hectoris. hos eadẽ ãbos
Nox genuit, tamẽ ille armis præſtãtior, iſte
Cõſilio. tum ſic docto ſermone locutus:
Accipite hæc aĩo Troes præcepta, petẽdũ eſt
Ilion ante diem roſeis quàm lutea bigis
Oſtendat. miſeri procul ecce erramus ab urbe

Argolicas circum puppes.iratus Atridæ
Dum fuit Aeacides,facilis uictoria nobis
Cõtigit,ipſe etiã ante rates ſecurus ab hoſte
Telo exultabã,iam iamq; apprendere claſſem
Sperabã.nunc hoſtis atrox ſurrexit Achilles:
Ille timendus habet quid dirũ in pectore duro
Marte ferox.ò Dardanidæ nunc creditis illum
Hoc tãtum pugnare loco,quo Troes & Argi
Cõmoti bellum exercent?ferus ibit ad urbem,
Ibit,& impauidus petet altæ mœnia Troiæ,
Iliacasq; nurus.Phrygij quid ſtatis inertes
Nocte ſub umbroſa?cum bello ceſſat Achilles,
Pergite.quòd ſi nos hic ipſa in luce morantes
Offendat,tũc terga fugæ,tũc protinus omnes
Ad Troiam uertetis iter,tunc ſanguine noſtro
Inſultet licet Aeacides,canibusq; cruentis
Alitibusq; feris lanianda cadauera Troum
Proſternat.precor hoc utinã ſit ab aure ſini-
Cedẽdũ eſt,urbis tuti ſtatione ſub ipſa (ſtrum,
Nocturnum taciti belli de rebus agemus
Conſilium,clauſis tutabimur omnia portis:
Manè tamẽ muris circa urbẽ adſtabimus altis
Cælati ferro,tunc luſtret mœnia,luſtret
Aeacides.quid aget?q; ſpe fruſtratus inani?

Alipedum poſtquam curſus agitarit equorum,
Vertat iter,Troiam'ne ferox intrabit Achilles?
Quin potius canibus morſu laceretur acerbo.
Dixerat,at toruũ aſpiciẽs ſic reddidit Hector.
Polydama,tu'ne hæc nobis tantũ optima ſuades
Polydama?claudi portis,petere Ilion altum?
Num ſatis intra urbem potuiſti abſcedere bello
Egregias tutatus opes,quas diues habebat
Troia?Sed in nihilũ redierunt omnia,poſtq;
Deſuper iratus Troianæ eſt Iuppiter arci:
Oĩa uendidimus,Phrygiã diſperſa per omnem
Mæoniamq; iacent, perierunt æris & auri
Põdera.quid ſuades igitur petere Ilion altum
Demens,quandoquidem nobis ſuccurrit ab alto
Iuppiter?en hoſtes uexati ad littoris undam,
Quaſſatæq; rates.his'uti deſine iuſſis
Polydama.quin ò potius diſcumbite menſis
Eia agitè ò Troes,huc adferat omnia ſi quis,
Si quis opum melior,ne noſtris rebus Achiui
Exultent,melius rem noſtram abſumere nobis.
Cum lux alma diẽ extulerit,nitidi ære coruſco
Impauidi ante rates Martẽ & fera bella ciemus.
Quòd ſi dira fremẽs nos cõtra inſurgat Achil-
Nulla fugæ uia ſit,me me illi interrit⁹ ultro (les

Obijciam: siue Hectorea cadet ille sub hasta,
Aut ego Achilleo procumbam saucius ictu.
Quid dubitē? Mars in medio est cōmunis utrīq;,
Alter & alterius dextra cadit. hæc ita fatus
Priamides, laudant Phrygij clamore secundo.
Ah miseri, mentē quibus abstulit Attica Pallas:
Polydamas laudandus erat, cui prouida mentis
Cōsilia, accumbunt epulis longo ordine Troes.
Interea Danai gemitu miseroq; tumultu
Noctē exercebāt, lachrymas urgebat Achilles
Carnifices q; manus Patrocli ad pectora tendēs
Horrendum suspirat atrox de more leonis,
Cui catulos sylua abstrusos uenator ademit,
Ille uirum quærens mugitibus omnia complet,
Scrutatur si qua apparent uestigia, & altos
Perlustrat montes frendenti percitus ira:
Haud secus Aeacides rapti de morte sodalis
Asperat infelix, feretroq; hæc insuper addit:
Hæc ne mihi de te misero seruata parenti
En promissa fides? de te ista Menœtius audit
Orbatus genitor? spes uana fefellit Achillem.
Huic ego te infelix Opoenta reducere ad urbē
Pollicitus, post tot prædas, post Ilion ingens
Scilicet euersum, Phrigiæ post præmia gaz-æ.

Hæc equidē sperabā animo: deus omnia uertit,
Et uanas hominum mentes facit, hic eadē nos
Sors manet, hic nostro manabit sanguine tell⁹,
Nec genitor Peleus æuo maturus & annis,
Vlterius nec me mater miseranda uidebit:
Hic locus est, corpusq; meū Troianus habebit.
Non tamen ipse prius tumuli tibi debita soluā,
Quā caput Hectoreū, caput huc prius, arma re
Victor amice tui iā mox ego funeris ul (portē
Ante rogū bis sex tibi tūc ego corpora troū (tor
Iratus gladio feriam, iugulumq; recludam.
Interea ante aras busti sine honore iacebis:
Te circum mœstæ Iliades, mea præda ministræ,
Ingentes fundent gemitus, & pectora tundent.
Sic ait, undantem tripodem iubet igne locari.
Festinate (inquit) socij, miseriq; lauemus
Membra Menœtiadæ sanie taboq; cruenta.
Expediunt, tripodēq; locāt, lymphasq; coronāt,
Tum circùm intenti flāmas, & ligna ministrāt,
Illum exundantem Vulcanius ambijt ignis,
Deponunt calidos latices: tū sanguine ab omni
Mēbra lauant, oleoq; omnes perfunditur artus,
Aetas in nonum quod iam seruauerat annum:
Vlceraq; implentur, feretro componitur alto

Extinctum corpus tenui uelamine tectum:
Desuper hinc uestis circùm prosternitur alba.
Adstabat flens Aeacides, miserique gementes
Myrmidones noctẽ lachrymis solantur acerbã.
Tum sic Iunonem compellat Iuppiter ultro:
Surrexit tandem duce te, surrexit Achilles
Iuno, quid ingenti studio tutaris Achiuos?
Iam reor Argolicum genus ex Iunone creatum.
Dixerat. at cõtrà Iuno, Quid inania nectis
Iuppiter? an'ne hoïes homini succurrere fas est?
Ast ego quæ diuûm incedo regina, Iouisq;
Et soror, et cõiũx, superûm cui summa potestas,
Quippe uetor Iuno in Phrygios armare Pelas-
Talibus inter se dictis duo numina certãt. (gos.
At Thetis accelerat nitidis argentea plantis,
Vulcanumq; petit. domus illi æterna manebat
Syderibus uariata suis, ferro omnia surgunt.
Hanc deus ipse sibi docta fabricauerat arte.
Tunc operi insudans uentosis follibus ignem
Afflabat, tripodes illic ex ordine longo
Viginti aspiceres, quos circulus aureus imis
Sustentat pedibus (uisu mirabile) ut irent
Sponte sua ad templũ, & nullo ducẽte redirẽt.
His tũc ignipotens manicas in forcipe uersans

Apta

Aptabat, propius Thetis adstitit, obuia uenit
Pulchra Charis, panno tenui uelata capillos,
Claudus ouans cũ qua noctẽ Vulcanus agebat.
Dat dextram dextræ, et uerbis cõpellat amicis:
Quid petis? aut quæ causa uiæ Thetis ò bona?
Insuetũ per iter casus dea compulit? eya (quis te
Ingredere, & nostros hospes dignare penates.
Sic fata, argenti Thetiden in sese locauit,
Suppositoq; aliam pedibus, tum nuncia uadit
Vulcano dea grata Charis, O Mulciber (inqt)
Hic Thetis est, artesq; tuas implorat. at ille,
Hic Thetis est, dea magna mihi, semperq; colẽ
Numen. ab excelso cũ me demisit Olympo (dũ
Præcipitem genitor matris de mente caninæ,
Præbuit illa sinum nobis caussamq; salutis.
Quinetiã Oceani circum loca cuncta fluentis
Filia, me toto suscepit protinus alueo
Eurynome. latui undoso secretus in antro,
Nulli hominum certè, diuûm nec cognitus ulli.
His tamẽ exceptis, quondã quibus arte magistra
Multa quidem inflexi circillos auribus aptos,
Quæq; solent niueo pendere monilia collo,
Ornatusq; alios meriti non immemor omnes,
Quicqd in arte mea possunt promittere curæ,

Ser

Seruiat hoc Thetidi, cui me parêre necesse est.
Vade agè nũc hospes, Thetidiq; assiste uerẽdæ,
Interea folles fabriliaq; arma reponam.
Sic fatus, claudo surgit pede, fractaq; mẽbris
Crura labant, folles ardenti amouit ab igne,
Cæteraq; argenti collecta recondidit arca.
Abluit inde manus, robustaq; spongia colla,
Squalentem faciem, setosaq; pectora tergit.
Tum sceptro grauis accepto, tum ueste decora,
Egreditur claudus, famulæ circumq; sequuntur
Quas pater ipse sibi mira cælauerat arte,
Tam similes uiuis, animamq; afflauerat auro,
Et uocem, & uires, & qui cœlestia nosset
Addiderat sensum, quarum stipante caterua
Debilis incedit claudo pede, dextera dextræ
Iungitur, & Thetidẽ uerbis compellat amicis:
Dic dea, quæ nam te nobis huc caussa coëgit?
Quid petis? expediã, liceat modò. cũcta subire
Nil dubitem pro te. uix hæc Vulcanus, obortis
Illa genas lachrymis effusa, Quid ò mihi restat?
An ne ulla in cœlis Thetide infelicior ulla est?
Tot mala, tot gemitus, tantos experta dolores,
Vlla ne apud superos Vulcane? hæc oĩa nobis
Ab Ioue, sum misera ante alias, inuitaq; Peleo

Sum cõiuncta homini cõiunx dea, nũc iacet ille
Confectus senio, luctusq; exercet amaros.
Quĩ maiora premũt: me me me? urget Achilles
Quem genui infelix, fuit his nutritus in ulnis,
Arboris in morem quæ pingui surgit in agro
Arduus heroas qui nunc supereminet omnes:
Prole quidem tanta infelix, quẽ lumine læuo
Misimus ad Troiã rediturum ad Pelea nunquã.
Quinetiam donec uitali uescitur aura,
Opprimitur mœrore graui. succurrere nato
Nec matri licet. irato sub pectore Atriden
Seruabat, nec adhuc repetenti iniuria raptæ
Virginis exciderat. multis ergo ille diebus
Abstinuit bello, passim cæduntur Achiui,
Et ratibus Phrygio circùm claudũtur ab hoste,
Nec prodire audent. ut surgeret acer Achilles,
Orauere senes, ingentia præmia pugnæ
Polliciti: duro mens illi immota manebat,
Patroclo tamen arma suo concessit in hostem,
Bellantumq; ingens agmen. ruit arduus ille,
Bella ciet, Martemq; fremit: dare cuncta ruinæ
Certus, ad occasum pugnauit solis ab ortu
Ad Scæas instans portas, iamq; Ilion altum
Eruere illa dies atq; omnia uertere prædæ

Sat fuerat. Phœbi monitu Priameius heros
Arma capit, cadis Hectorea Patrocle sub hasta.
Ergo ad te supplex uenio et sanctũ mihi numẽ,
Arma rogo genitrix nato, cui fata minantur
Mortẽ infelicem. iam iam, nec iam amplius ipsa
Mater ero. læues ocreas, galeamq; nitentem,
Et clypeũ ingentem, et durũ thoraca precamur.
Hector Achillis habet morieti erepta Patroclo
Arma, nouis opus est, noua cõfice. dixit. at ille,
Ne dubita, expediã quodcũq;, absiste precãdo
Arma acri facienda uiro, mirabitur artem
Quisquis ad hæc oculos cõuerterit. ò mihi si sic
Si liceat fatis uicinum auertere Achillem.
Post hæc sopitum uiginti follibus ignem
Suscitat, illi auras capiunt, aurasq; remittunt,
Afflantes nunc ui multa, nunc mollius illos
Temperat ignipotens operi, fluit ignibus aurũ,
Aes, stannum, argẽtum uasta fornace liquescit.
Ignipotens crebros ualidis incudibus ictus
Multiplicat, uersansq; tenaci forcipe massam
Ingentẽ informat clypeũ, quinq; orbibus orbes
Implicuit, triplicis texturæ argentea pendet
Zona. dehinc docta in medio cælauerat arte
Multa deus, terrã, magnũ mare, & æthera miris
Orna-

Ornatum stellis, Lunam cui corpore pleno
Addidit, & magni radiantem lampada Solis,
Pleiadas, Hyadasq;, potens & Orionis astrum.
Vrsam etiã, quã nũc currũ cognomine dicunt,
Illic aspiceres illam ceruice reflexa,
Stellatumq; auro circunspicit Oriona,
Oceani nec tangit aquas. Tum Mulciber auro
Cælarat geminas urbes, quarũ altera plausu
Ingenti exultat, fieri conuiuia circùm
Credideris, totã feruent hymenæa per urbem,
Incedunt Nymphæ iuuenes agitare choreas.
Cernere erat citharã, & lituos audire putares,
Saltãtum hos inter strepitus mirãtur, & oẽs
Vestibulo adstabãt. populũ iuuat inde uidere
Parte alia, denseè subitò coit omnis in unum,
Cum lis orta duos agit in discrimina ciues:
Ille dedisse probat, negat alter, iudicis æquum
Itur ad arbitrium. populus circũfluit omnis
Quisq; suis fautor, propiusq; accedere turbam
Præco uetat, silet illa procul. tũ sceptra tenẽtes
Consedere senes, causamq; inquirere certant,
Consilia expediunt, auri stant bina talenta
In meritum cuius melior sententia uisa est.
Hinc geminæ astabãt acies fulgentibus armis,

Vrbis in obsidium alterius fatale minantes
Omnia partiri, siue omnia uertere prædæ.
At contrà obsessi ciues, ubi nulla salutis
Spes erat, insidijs hostes auertere tentant.
Stabant pro muris pueri, innuptæq; puellæ,
Longæuiq; senes: armis exercita pubes
Egreditur furtim, Mars aureus, aurea Pallas
Ibant ductores belli, nitida arma ferentes,
(Esse deos credas) magna stipante caterua.
Est locus insidijs, & ripa accõmoda fraudi:
Fluminis hic dulces spargebat riuulus undas,
Hic soliti potare greges, hic fraude sub ipsa
Celati ferro obseruant dum prodeat hostis.
Protinus ecce greges aderãt, quos pone sequen
Pastores dulci carmẽ modulãtur auena (tes
Incauti: quos cum specula explorator ab alta
Aduentare uidet, confestim nunciat hosti:
Cõcurrunt, mactantq; greges, grassantur ouili
Sanguine, quinetiã miseris agrestibus atram
Infligunt mortem. postq; peruenit ad aures
Mugitus pecudum morientũ, quilibet acres
Scandit equos, taciti nanq; hi tellure sedebant.
Cõmittũt rapidi Martem prope fluminis undã:
Aspiceres mixtos alternis ensibus enses.

Hic

Hic lis, hic rumor, pallens hic mortis imago
Horrebat, cuius hominum perfusa cruore
Palla rubet, qd' cuiq; suũ est fatũ illa minatur.
Hunc trahit exanimẽ à pedibus p tela, p hostes:
Hunc amplexa fouet crudeli uulnere uictum,
Expirãtem animam, multos à cæde tuetur.
Mirãdum aspectu, uiuos bellare putares,
Alter & alterius inhumata cadauera portant.
Prætereà ignipotens nuper cælarat aratæ
Pingue solũ terræ ter adunco uomere uersum
Sub iuga pãda boues doctus uertebat arator,
Qui simul ad summi sulcos peruenerat agri,
Sumebat plenos calices dulcemq; Lyæum:
Inde operi intentus redit ad fastigia terræ.
Versa nigrescebat retrò (mirabile uisu)
Aurea cũ fuerat tellus, & arata uidetur.
Hic quoq; maturas campi flauentis aristas
Atq; operi accinctos uncata falce colonos
Cælarat, fragili stringentes ordea culmo
Cernere erat, sulcis multa incollecta iacebãt.
Tres illic pueros paulatim sparsa legentes
Aspiceres, manibusq; graues afferre maniplos.
Inde manu uirgam qui cunctis imperet unus
Ostentans sulco adstabat, mirumq; uideri

Exultantem animo.fessis messoribus æstu
Accelerant epulas,alij sub tegmine quercus
Ingentem taurum superis ad sacra litarant.
Rustica tũ cõiunx sed præparat ipsa polenta.
Parte alia multo turgescit uinea fœtu
Aurea,purpureos credas pendêre racemos:
Argento excussi sustentant pondera pali.
Clauserat hanc nigro sepes argentea uallo,
Hæc inter stanno fulgebat semita,per quam
Itq;reditq;ferens maturas uinitor uuas,
Qua pariter molles pueri innuptæq;puellæ
Iamplenis gaudent calathis,agitãtq;choreas:
Quos inter medius dulci modulatus auena
Incipit,atq;Lino laudes & carmina dicit.
Hunc omnes læti festo clamore sequuntur.
Posthæc tollẽtes tauros capita ardua, quorũ
Altera pars auro,stanno pars altera fulget,
Fecerat:à stabulis longè mugitibus altis
Pascua nota petunt, rapidis immurmurat undis
Quã Rhodani ripæ resonãt.et arũdine multa
Quatuor inde auro cælati armẽta sequũtur
Pastores,catuliq;nouem,uestigia quorum
Alba pedum geminos illic agit ira leones,
Ingentemq;bouẽ rapiũt,ille omnia complet

Mu

Mugitu multo:fauces in sanguine pascunt,
Tergora diripiunt costis,& uiscera nudant.
Ecce aũt exciti custodes omnia turbant,
Immittuntq;canes:altis latratibus illi
Instant,& nullos audent infigere morsus.
Præterea longè uiridantia pascua uallis
Cælarat,casulas pastorum,& ouilia multa.
Hic etiã excuderas similẽ Vulcane choream,
Pulchra Ariadna tibi Gnoso quã Dædalꝰ alta
Arte sua instituit:pueri innuptæq;puellæ,
Alternis iuncti manibus,saltu omnia cõplent.
Ire coronatas illas fastuq;superbo
Credideris,tenui uelamine corpore tectas.
At pueri gladios accincti uestibus aptis
Ludũ habiles agitãt celeripede,& oĩa gyro
Circũdãt figuli in morẽ,cum mille per orbes
Acer opꝰ rotat.hĩc geminos tãtum ire putares,
Atq;inter sese salientes tendere in altum.
Hinc duo præterea mediũq;,interq;choreã
Impliciti miris mulcebant cantibus aures:
Innumeri astabant,cunctis mirũq;uideri.
Insuper Oceanũ rapidis mare fluctibus omnem
Orbem ambit clypei.Cælauerat arte magistra
Talia Vulcanus:tum cætera tendit ad arma.

Terribilẽ, ingentẽ galeã, criſtisq; decoram
Informat, capitiq; aptam cõponit Achillis.
Hinc durum thoraca, & ſupra lãpadis ignem
Splendentẽ æthereæ, tenui dum perficit ære
Ignipotens læueis ocreas. his ritè peractis,
Ad Thetidẽ properat, Thetidiq; hæc obtulit ul (trò.
Illa dei donis & tanto munere læta,
Vt leuis accipiter tenues elapſa per auras
Deſilit in terras, nubes cœlumq; relinquit.

LIBRI XVIII. FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XIX. NICOLAO Valla interprete.

AVRORA interea roſeos induta colores
Surgit ab Oceano, terriſq; & lumina cœlo
Reddidit. arma ferens properat Thetis anxia nato
Vulcani fabricata manu. prope funus amici Stra-

Stratꝰ humi mœrẽs lachrymas fundebat Achil
Stãt flẽtes circũ ſocij. chariſſima mater (les,
Adſtitit, apprendensq; manũ ſic talia fatur:
O mea progenies fili, licet urgeat acer
Corda dolor, paulũ lachrymis urgere iacentẽ
Deſine: ſic placitũ ſuperis. en accipe docti
Arma dei manibus fabricata, & qualia nunq;
Viſa humeris hoĩm. ſic fata eſt mater, & antè
Depoſuit: ſonitũ ingentẽ procul illa dederunt.
Myrmidonũ tremuere acies, nec lumina cõtrà
Ferre ualent. ſubitò furijs accenſus & ira
Infremit Aeacides, totoq; ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis.
Exultat donis, & tanto munere lætus
Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo.
Dona dei manibus tractat.

Hactenus.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XX. NICOLAO Valla interprete.

SIC coram inuicti conſpectu armantur Achillis
Ante rates Danai, ſublimi in uertice campi
Parte alia Troes: Themidi cum Iuppiter omnes
Conſilio acciri ſuperos iubet. illa repentè
Euolat, & magni monet ire ad tecta tonantis.
Vndiq; ab oceano cõcurrũt flumina, Nymphæ
Protinus accelerãt, magno ſub numine ſyluæ
Sunt & fluminei fontes, & amœna uireta.
Poſtq̃ introgeſſum eſt, ſederũt ordine longo.
Hic patri ſummo propria fabricauerat arte
Mulciber è niueo miranda ſedilia ſaxo.
Huc properat terræ motor Neptunus ab alto,
Nec contra fas ire putat mandata tonantis:
Conſedit medio, & quæ ſit ſententia quærit:
Iuppiter altitonãs, quæ diuos cauſa uocãdi?

Nũ Danaũm te cura premit, num Troïa caſtra
Sũt aïo? propius quorũ ecce aſperrima Martis
Bella tument. Cui ſic nubis collector aquoſæ:
Mẽtis habes quicqd noſtræ eſt Neptune, nec
Cõuentus te cauſſa latet. Sũt ò mihi curæ (huiꝰ
Hinc Phryges, hinc Danai, fatũ quibꝰ imminet
Ipſe qdẽ celſo reſidẽs in uertice Olympi (atrũ.
Deſpiciã hæc animo exultans, uos pergite diui,
Vos alij capite arma manu, defendite utrinq;
Aut Phryges, aut Danaos, ut fert ſua quẽq; uo-
Cõtra Troianos tãtùm ſi pugnet Achil (lũtas.
Nil trepidi audebũt, ſæuo ſic terruit illos (les.
Aſpectu. quid nunc rapida cum fertur ab ira
Vltor Patrocli? timeo ne Pergama Troiæ
Eruat ante diem. ſic fatus, ſuſcitat ingens
Bellũ inter ſuperos. diuiſi hinc inde recedunt,
Iuno petit Danatos, Pallas, Neptunus, & aſtu
Acer Mercurius, tum magno robore gaudens
Claudicat, & tardis pedibus comitatur euntes
Mulciber ad bellum. Mars inde ad Troïa caſtra
Criſtatus galea uadit, crinitus Apollo,
Et Latona ſimul cum bellatrice Diana,
Ut feſtina Venus dulci placidiſſima riſu.
Interea, ſuperi dũ ſeſe ad caſtra propinquãt,

Apparet ferus Aeacides, lætantur Achiui,
Oĩs abeſt timor, et pugnæ ſpes omnis in illo eſt.
Nec mora, Dardanidũm tremor ingẽs occupat
Aſpiciũt trepidãtq; uirũ fulgore nitentẽ (artus,
Sanguineo ſimilem Marti. iam caſtra tenebant
Cœlicolæ, lis orta graues hinc inde tumultus
Excitat: horrẽdum prius intonat Attica Pallas,
Nunc foſſam repetens, nunc ſe clamore ferebat
Per maris undiſoni reſonantia littora longè.
Parte alia Mauors tenebroſi fulminis inſtar
Bella fremit, magnæ nũc ſũmo è uertice Troiæ,
Nũ Simoenta ppe exclamat ſpacia ampla recur
Accẽditq; animos. ſic pugnæ excita iuuẽtꝰ (rẽs,
Arma parat. Tũ rex hominũ pater atq; deorum
Terribile ex alto intonuit, uibrataq; tellus
Neptuni manibus, nutant à uertice montes,
Atq; omnis tremuit motis radicibus Ida:
Quinetiã Argolicas puppes, ipſamq; moueri
Conſpiceres arcem Troianam. territus alta
Proſiluit Pluto de ſede, & Nerea contra
Exclamat: Tantas in me ne frange ruinas,
Infera ne pateant immani regna barathro
Regna ipſis horrenda deis, tam magnus utrinq;
Excitus rumor uenientum ad bella deorum.

Con-

Contra Neptunum Phœbus pugnabat Apollo
Tela tenens pennoſa manu, cũ Pallade Mauors
Congreditur, iacit arcitenens Diana ſagittas
Iunonem contra, pedibus talaria geſtans
Latonam aggreditur ſumptis Cyllenius armis.
Parte alia ignipotẽs magno cũ flumine pugnat,
Quod ſuperi Xanthũ, Scamandrũ noĩe dicunt
Mortales, ſic ſeſe inter concurrere diui.
At ferus Aeacides ſuper Hectore cogitat uno,
Illius affectat Martem ſaturare cruore.
Tum magnas uires Aeneæ afflauit Apollo
Ire in Peliden, animumq; accendit in hoſtem.
Aſſimilans uultum uocemq; Lycaonis, illum
Talibus alloquitur dictis, atq; increpat ultrò:
Aenea Troum conſultor, ubi illa minarum
Copia, qua potus Phrygĩs promittere quondã
Auſus es Aeaciden te uelle obſiſtere contra?
Tũ ſic Aeneas, Priami ſate ſanguine, quid me
Magnanimũ cõtra Aeacidẽ pugnare, qd urges?
Cedo equidẽ, meꝰ eſt impar cõgreſſus Achilli:
Noui hominem, noui cum me ille fugauit ab Ida
Ponè ſequens haſta Troiana armenta, boues q;
Et Pedaſi populatus agros, Lyrneſiáq; arua.
Sed me cura dei tam ſæuo exemit ab hoſte

Annectens

Annectens pedibus celeres pernicibus alas.
Sin secus, Aeacides, & me domuisset Athena:
Hæc illi comes, & belli fert præuia lumen
Dardanidas contra, quis congrediatur Achilli?
Secum numen habet semper, quo tutus acerbã
Nec mortẽ horrescit, telum neq; fallitur unquã
Illius emissum dextra. si numen adesset
Et nobis aliquod, quãq; armis præstet Achilles:
Non tamen Aeneæ facilis sic uictor abiret.
Dixerat, at contrà magno Ioue natus Apollo,
Tuq; etiam confide deis præstantior heros,
Et tibi diua parens de sanguine nata Tonantis
Fertur, at Aeacides matre inferiore creatus:
A' Ioue nata Venº, Thetis est sene nata marino.
En cape tela manu, nec uim, nec uerba minasq;
Illius horrescas. simul his afflauit Apollo
Vim magnam Aeneæ, quẽ tectũ corpore aheno
Percurrentem acies per bella, per arma ruentẽ
Persensit Iuno, superos uocat, his ita fatur:
Hæc Neptũe aĩo meditare, et Pallas Athena,
Cernitis Aenean, ducit quẽ Phœbus Apollo
Peliden contra, rebus quisnam exitus istis?
Eya agitẽ hunc omnes retro pellamus, Achilli
Adsistat donec nostrum unus, uimq;, animumq;

Acrẽ

Acrem addat: contra Aenean audentius ibit.
Defendant alij Phrygios, & Troïa castra,
Numina nos maiora deũm tutemur ab hoste.
Aeaciden, pro quo ad pugnã concurrimus oẽs:
Illæsus nobis hodie seruabitur ipse.
Hinc ea sors quæ nascenti contingit Achilli
Succedat, nostro interea sit numine tutus,
Nec quenquã trepidet si quis ferat obuia forsan
Tela deus, sunt & superis sæua arma manusq;,
Cum sese ostentant nullo uelamine tecti.
Talia dicenti, contrà sic Nereus inquit:
Desine turbari Iuno, mortalibus armis
Immiscere deos (neq; enim decet) haud ego tẽtẽ
Bellum inter superos, iuuat hĩc secedere, et alto
Hæc spectare loco, nec fas ea cura quietos
ollicitet: secum mortales arma lacessant.
Quòd si aliqs seu Mars, siue ipse obsistat Apol-
Nec sinat Aeaciden bello uictore potiri, (lo,
Tunc licet exciti pugnam accendemus utrinq;,
Nec dubitẽ his manibus domitos, et robore no-
Protinus ætherei fugientes culmẽ Olympi (stro
Diuisos petere, & turbæ immiscere deorum.
His dictis mouet ante gradũ Neptunº ad ædẽ
Herculis, hanc muro docta cum Pallade Troes

Firmatam

Firmatam duplici cœlo tecta alta ferentem
Composuere, tuos fugiens balena uoratus
Hic ubi se totiens recipit Tyrinthius heros.
Nereus ante alios, tum cætera turba deorum
Hic stetit, & multo nebulæ funduntur amictu.
Inde alia Phœbus diuorum astante caterua,
Et Mars euersor populorum in parte sedebat,
Hinc illinc belli magnis de rebus agentes
Consilia expendunt, tamẽ arma capessere nulli
Mẽs animꝰq; dabat, deꝰ hæc speculatur ab alto.
Vndiq; Mars sæuit campo, peditumq; equitumq;
Sub pedibꝰ strepit omne solũ, nitida arma coru-
In medio heroes stabant pugnare parati (scãt.
Aeneas Anchisiades & diuus Achilles.
Nutanti galea Aeneas uultuq; minaci
Insurgens, forti protectus pectora parma,
Aeratam summis uibrabat uiribus hastam.
Parte alia Aeacides ultro implacabilis ardet,
Attollitq; animos, sæui de more leonis
Quem iuuenes agitant campo, mitissimus ille
Tum demum mouet arma, graui cũ saucius ictu
Venantum infrendens inhiat, spumantiaq; ora
Mãdit, et hĩc illinc caudã latera ipsa retorquẽs
Verberat ad pugnã excitus, tum lumine toruo

It ui-

It uictore ferox animo aut moriturus in hostem:
Haud secus accenso gliscit uiolentia Achilli
Magnanimũ contra Aenean. iã cõminus ambo
Stare duces, primùm Thetidis sic filius inquit:
Cur sic Aenea secedis ab agmine? mecum
Nũ forsan bellare paras, atq; hæc tibi mẽs est?
Quòd si fortè mei uictricia signa reportes,
Imperium Priamus cedet tibi? falleris amens:
Sunt nati quibus ipse suum rex cedat honorẽ.
Ergo tibi regni prudens committat habenas?
An fortè occisi in meritum promisit Achillis
Troia tibi campum & fœcundæ iugera terræ?
Hæc agitas animo, sed spe frustraris inani.
Si memor es, nosti Aeaciden, cũ te ipse fugabã
Vertice ab Idæo: neq; enim uestigia retro
Vertebas, pauitans intra Lyrnesia tecta
Te recipis, quæ deinde meis cecidere sub armis.
Auxilio Iouis & diuina Palladis arte
Captiuas duxi matres: tu numine tutus
Aethereo, hãc fugiens potuisti euadere dextrã.
Haud ita nũc moneo: pcul hinc fuge ad agmina
Nec faciles tibi finge deos: te triste mane (Troũ,
Exitium, magno si congrediaris Achilli. (bit
Dũ licet hinc ppera, stultũ est cũ pœnitet acti.

Dixe

Dixerat, at contrà magnis ita uocibus inquit
Aeneas: In me quid uerba loquacia iactas?
Num terrere minis Aenean credis Achilles?
Iurgia sunt etiam nobis, artesq; loquendi.
Vnde tuũ genus? unde meũ? primiq; parentes?
Scimꝰ ab antiquis, neq; enim cognouimus illos.
Te perhibent claro Pelei de sanguine natum,
Diua parens Thetis est. sed nobis inclyta surgit
Magnanimi Anchisæ, et Veneris materna ppa-
Te fleb ũt hodie pater et pia mater adẽptũ, (go.
Tristis ad Anchisen seu de me nuncius ibit.
Pugnandũ est, neq; enim uerbis secedere bello
Mens suadet pueri in morẽ: tamen ordine dicã
Vnde mihi antiquæ surgunt primordia gentis,
Oĩbꝰ indubitata etiã hæc cognoscat Achilles.
A Ioue pgenies nobis, Ioue Dardanꝰ ortꝰ
Vrbem Dardaniã qui condidit: Ilion ingens
Nondũ erat, in magnis habitabant uallibus Ida
Venit Erichthoniꝰ post te tua Dardane proles,
Ante alos præstans opibus, ter mille uagantes
Qui pascebat equas, lambentesq; ubera pullos,
Concupit has Boreas, faciemq; imitatus equinã
Nigricomas sectatur equas, uotoq; potitur:
Vernat ubi tellus, & florida pascua, nati

Bis sex alipedes Boreæ de semine, quorum
Quilibet intactæ segetis per summa uolasset
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per mediũ fluctu suspensus in ipso
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plãtas.
Tros ab Erichthonia satꝰ est, de sanguine Trois
Ilus & Assaracus, similisq; deo Ganymedes,
Egregius forma, raptus sublimis in auras
A superis cœlo positus diuũm inter honores,
Pulcher ut ante Iouẽ misceret pocula mensis.
Laomedonta Ilus genuit, Priamum Laomedon,
Tithonũ, Lãpum, Clytium, fortẽ Hicetaonta:
Assaracꝰ Capĩ, Anchisen Capis, hĩc ego natꝰ,
Hinc mihi nobilitas, hinc surgũt nomina gẽtis.
Hectora rex Priamus genuit. mortalibus istis,
Cum lubet, omnipotẽs uirtutẽ datq;, adimitq;.
Eya agẽ qd uerbis opus est? quid stamus inertes
En stolidi, medio belli flagrante tumultu?
Multa quidem inter nos dici conuitia possent,
Quæ nõ ulla ratis, cui trãstra ingentia centũ,
Ferre queat: uolucris lingua est, & copia rerũ
Verborumq; simul. sed qualia dicet Achilles,
Talia & Aeneas nil respondere timebit.
Iurgia iam cessent: mos est mulieribus iste,

Cum rixas acuunt, & se clamore soluto
Extra tecta ferunt, uocesq; ut postulat ira,
Hinc inde insurgunt, & uerba minacia iactãt,
Suggerit arma animo, uiresq; ĩ pectora surgũt.
Iam uerbis impone modum, tentemus utrinq;
Quãtũ enses animiq; ualẽt. sic fatus, & hastã
Vi iacit, illa uolans infixa cuspide sedit
In clypeo. Aeacides umbonẽ protulit ultro,
Ne forsan corpus lædat penetrabile telum:
Demens, qui diuũm uiolari munera credit
Mortali sic posse manu. non transijt hasta
Magnanimi clypeũ Aeacidæ, sed tegmine primo
Cõstitit, inq; orbem uix est emissa secundum.
Quinq; etenĩ ignipotẽs fabricauerat arte magi
Fuluo ex ære duo, stãni duo tegmĩa, primo (stra
Aureus orbis erat, fixũ hic hastile pependit.
At cõtrà Aeacides ingentẽ dirigit hastã,
Quâ ferrũ tenue, & pellis tenuissima tauri
Vmbonẽ tegit: illa moras trãsgressa per omnes
Cũ sonitu clypeũ excussit. tũ protinus heros
Substitit Aeneas, sublata ad pectora parma
Desuper hasta humeros trãsit, clypeoq; retenta
Fixa solo est. casu Aeneas perterritus ipso
Semianimis stãtem dũ cõminus aspicit hastã,

Obstu-

Obstupuit, subitaq; oculos caligine fudit.
Nec minus Aeacides frendenti turbidus ira
Altior insurgens, uagina diripit ensem.
Ipse manu raptũ trepida cõtorsit in hostem
Saxũ ingẽs uidet Aeneas, quod nõ duo ferrẽt
Qualia nunc hominũ producit corpora tellus,
Saxũ antiquũ ingẽs, cãpo quod fortè iacebat.
Forsitã aut galeã, aut clypeũ cõcussit. acerbam
Quo mortem Aeacides saxi tutatus ab ictu
Fertur in Aneã, iãq; ipsius imminet hostis
Exitio. superos Nereus uocat, his ita fatur:
Heu heu q̃ magno uexãtur corda dolore,
Angor in Aenea cui fata extrema minatur
Aeacides, iam iamq; ferus sub tartara mittet,
Paruit imperio Phœbi confisus in illo
Ad pugnã excitus, nunc casibus eximat istis
Aenean pater arcitenens. sed cur luat insons
Alterius peccata, deis qui munera semper
Obtulit, & supplex aris celebrauit honorem?
Ergo agitè hũc meriti memores tutemur ab ho-
Fortè nec ipse aĩo patietur Iuppiter æquo (ste,
Aeneæ interitũ. tamẽ hunc euadere mortem
Fata uolunt, tua ne sine semine Dardane ples
Aut aliqua sine laude cadat: quẽ Iuppiter oẽs

Ex se ortum ante alios, summo dilexit amore.
Dijs Priami genus inuisum, gẽs Dardana uiuet,
Et pater Aeneas Phrygibus dominabitur ipsis,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Dixerat. at cõtrà Iuno: Neptune quid optas
Perge, uel ille tuo defensus numine uiuat,
Aut dextra cadat hostili: quodcunq; sequatur,
Hoc opus est Neptune tuũ, tua magna uolũtas.
Ast ego, uel Pallas (quoniã iurauimus ambæ)
Nunq̃ Troianis adero, nõ si ipsa cremari
Pergama cõspicerem iam mox ruitura sub igne
Argolico. tacuit Iuno, gressum arripit ultrò
Per medias acies Nereus belliq; fragorem,
Magnꝰ ubi Aeneas, ubi clarꝰ pugnat Achilles.
Protinus huic oculos fusa caligine obumbrat,
Illius è clypeo pendentem detrahit hastam,
Quã deus ante pedes furtim proiecit Achillis.
Aeneam in tenues auras rapit, euolat iste,
Mille acies Danaũm fugiẽs, mille agmina rũpit,
Alipedum tacito Neptuni numine tutus.
At postq̃ retrò belli ad cõfinia uentum est,
Rursus ubi fessis renouantur Caucones armis,
Astitit Aeneæ propius Neptunus, & illum
Talibus alloquitur dictis, atq; increpat ultrò:

Quis

Quis deus, aut belli suasit quæ tãta cupido
Tros Anchisiade magno cõcurrere Achilli?
Gratior hic superis, te bello maior & armis:
Impar es, Aenea fuge, ne sis obuius hosti,
Ante diem fati ne te sub tartara mittat.
Tũc tibi pugnãdũ, nec quẽq̃ horresce Pelasgũ,
Fisus Marte tuo Troum comitante caterua,
Occiderit postq̃ Aeacides. nec plura locutus
Hinc abit, iste dei monitus ac iussa capessit.
Protinus ex oculis nebulas amouit Achillis
Nereus. at mirũ Aeacides circumspicit atrox,
Asper, acerba fremẽs, secũq; ita corde uolutat:
Proh iacet hasta solo, ex oculis euanuit hostis
Quẽ cecidisse meo rebar sub uulnere. sed quid
Tutãtur superi Aeneam? dijs gratus & ipse est,
Incassum nec se Veneris de sanguine natum
Iactabat. ualeat non congressurus Achilli,
Amplius euasit suprema pericula mortis.
Eya agè nunc oẽs ad bellũ hortare Pelasgos,
Ire iube Iliades contra, tuq; obuius obsta,
Experiare Phryges alios. sic fatus in ipsas
Irrumpens acies ait: Oh quid statis Achiui
Magnanimi pcul à Phrygibꝰ. ferte obuia tela,
Ite uirum cõtra uir quilibet. omnia nobis

Ferre graue est, q̃uis uires & grãdia surgãt
Pectora, tot contra solus non ibit Achilles.
Palladis armisonæ, nec tanta potentia Martis,
Tot belli fauces moderari & rebus adesse.
Ast ego, quãtum ipsæ uires animiq; ualebunt,
Belli ductor ero, manibus pedibusq; iuuabo.
Scilicet accedat propius, hanc sentiet hastam
Hostis Troianus. sic pugnæ accẽdit Achiuos.
Parte alia armipotẽs Troianos excitat Hector
Talibus: Ite alacres, nec formidetis Achillem
Magnanimi heroes. loqtur multa ille, loquẽdo
Scirem ego cũ superis etiã pugnare, nec istis
(Credite) rebus erit finis quem dicit Achilles.
Plura quidẽ faciet, plura imperfecta relinquet.
Ibo egomet contrà, quamuis igni manus illi
Sit quamuis igni similis manus ignea ferro,
Ardenti similis, uis sæuo in pectore quamuis
Fulminet. his dictis Troes hastilia contra
Dispposuere, fremit uis undiq;, mixtus utrinq;
Bellandi rumor. propius tunc Phœbus Apollo:
Hector (ait) nimiũne hosti cõfide superbo,
Hinc cede, et furtim paulũ te subtrahe pugnæ,
Pelides de te tantum ne gaudeat atrox.
Dixerat. ad uocẽ Phœbi cõterritus heros

Pa-

Paruit, & retrò cedens intra agmina sese
Miscuit. Aeacides uim pectore colligit acrem,
Horrendũ exclamãs Troianos fertur in hostes,
Et primũ ante alios interficit Iphitionem.
Multorum hic ductor populorũ sanguine natus
Otrynthæe tuo, mater nimbosus ubi mons
Tmolus & in cãpis fœcundæ pinguibus Idæ
Quẽ genuit Naïs. hasta hũc percussit Achilles
Ceruicis medio, & partes discidit in ambas:
Insonuit lapsus, morienti hæc addidit heros:
Occidis Otryntide hoĩm tremor, ecce sub ipsa
Mors tellure tibi est, q̃uis generatus in undis
Sit Gigea tuis, ubi opes & terra paterna est
Hyllo in piscoso & sinuosi fluminis Hermo.
Dixerat. hũc atro mors circumfudit amictu,
Sternitur alipedes inter, tractuq; rotarum
Scinditur in partes uarias. tum robur in armis
Demoleonta petit Troiano Antenore natum:
Tẽpora cuspis adit, nec ferrea reppulit ictum
Cassis, ad os trãsit, totumq; hastile cerebrum
Ossaq; dispersit cerebro permixta cruento.
Inficit inter equos fugientẽ inde Hippodamãta
Ponè sequens, tristi ceruicẽ uulnere signat:
Ille animã expirãs immugijt, ut ualidus bos

Cũ iuuenũ manibus Neptuni in ſacra litãdus
Sacratas trahitur Eliconi regis ad aras.
Inde petit Priami Polydorũ è ſanguine natũ,
Quẽ genitor fruſtra infelix pugnare uetabat.
Nã minimus patri ante alios gratiſſimus oẽs.
Sectãtem pedibus uelox Polydorus Achillem,
Donec anhelanti uires animæq; ualebant,
Dũ fugit, & teneris uirtutẽ oſtẽdit ab annis,
Verberat haſta humeros, quâ pẽdẽt aurea zonæ
Lora: p hæc duplicẽ thoracẽ rupit, & ipſum
In medium defeſſa femur. ſuſpirat ab alto
Infelix oculos ſubita caligine fuſus:
Labitur in genua, & paulum ſemotus ab hoſte
Viſcera ſuſtẽtat manib⁹, manibusq; tenentem
Viſcera dũ fratrem uidit Priameius Hector,
Proſtratũq; ſolo, & turpatum puluere multo;
Et caligantes oculos, ſtetit acer in armis
Ardenti ſimilis flammæ, iamq; obuius ibat
Aeacidæ excutiens ingentem uiribus haſtam.
Quẽ procul ut uidit ueniẽtẽ ac dira frementẽ,
Inſiluit contrà, ſimul hæc effatus Achilles:
Iã propè adeſt chari inuiſus pſtrator amici
Excidiũq; meũ. libeat nunc arma uiciſsim
Intrepida conferre manu, locus aptus utriq;,

Hos etiam ſtragis pugnabimus inter aceruos.
His dictis toruũ aſpiciẽs, ſup Hectore tantũ
Exclamat, mortem & crudelia fata minatur.
At contrà impauidus galea criſtisq; decorus
Hector ait, Num me Aeacide clamoribus iſtis
Perterrere putas? facilem ſic Hectora credis?
Iurgia ſunt etiam nobis artesq; loquendi.
Et quanquam bello præſtes inſignis & armis,
Forſitã occũbes dextra hac. deus æquo⁹ utrũq;
Reſpicit, eſt etiam nobis penetrabile telum.
His pariter ualido intorquens haſtile lacerto
Mittit in aduerſum: ſubito quod flamine Pallas
Auertit, retro rediens ſine uulnere telum
Hectoris ante pedes cecidit, tũc ſæuus Achilles
Terribile infrendẽs fertur uiolentus in hoſtem.
Protinus aërio circumuelauit amictu
Priamidẽ Phœbus, manibusq; exemit Achillis.
Ter fruſtra inſiluit, nebulas percuſsit inanes
Ter fruſtra Aeacides. grauiter tũ motus ab alto
Pectore, Nunc iterũ potuiſti euadere mortem
Crude canis, magno defenſus numine Phœbi.
Nũc uenerare hector, ſupplex da thuris odores:
Hoc duce tutus eris, quoties bella aſpera tentas.
Quòd ſi fortè aliàs nobis deus annuit, ultrò

Hac caderes dextra non cõgressurus Achilli.
Amplius ibo alios contra. sic fatus, & hasta
Percussit Dryopẽ media inter colla: repentè
Mortuus ante pedes cecidit. petit inde potentẽ
Demuchon, ferit hasta genu, quo uulnere tardo
Substitit, eripiens animã ferro instat Achilles.
Hinc geminos curru fratres deuoluit ab alto,
Exte magne Bias Laogonũ et Dardanon ortos:
Eminus hasta illum ferit, illum cõminus ense.
Dumq; in Alastoriden Troem furit, obuius iste
Occurrit flexis genubus, uitamq; precatur,
Munera pollicitus inquit, miserere iuuentæ,
Te decus hoc æui, similis te gratia tangat.
Orabat demens, manet implacabilis ille,
Indomitum cui cor, sæuitq; in pectore uirtus
Prõpta neci, tamen iste manus, si flectere posset,
Tractabat supplex. frendenti concitus ira
Hostis atrox, iecur in mediũ mucrone subacto
Vulnus agit: toto fluit ater corpore sanguis,
Nox oculos obscura tegit. tum dirigit ictum
In Mulion, auremq; hasta transfixit utrinq;.
Hinc petit ense ferox Echeclon Agenore natũ:
Dat uulnus capiti calefactus sanguine mucro,
Purpuream uomit iste animã. tum Deucalionem
Quà cubitum nerui seruant, ferit arduus hasta,

Cuspis adit, fixumq; tenet, miser iste moratur,
Et mortẽ ãte oculos uidet, ensem sæuo Achilles
Fulminat, & longè caput à ceruice reuulsum
Cum galea iacit: exanimis, taboq; cruentus
Strato humi cecidit. Pirei dehĩc sanguine natũ
Rhigmũ adit, ad Troiã pinguis quẽ Thracia mi
Vulnerat hũc, medio ferrũq; in corpore cõ (sit:
Cõcidit è curru. flectẽtẽ Arethoõ habenas (dit:
Hinc petit aurigã, ceruicemq; imprimit hasta:
Labitur infelix, turbati hinc inde iugales.
Non aliter uẽto crepitantibus undiq; flammis
Immensas urit ualles Vulcanius ignis,
Quàm fero Aeacides hĩc illinc dæmonis instar
Cuncta metit, nigro manabat sanguine tellus.
Vt frumenta premũt uincti per colla iuuenci,
Si quando lata trituræ urgentur in area,
Sub pedibo spicæ, et stipulæ uoluuntur inanes:
Non aliter sub magnanimi calcantur Achillis
Cornipedũ pedibus, clypeiq;, et fusa uirorum
Corpora, rorabat conspersus sanguine currus,
Humidus axis erat, radijq;, orbesq; rotarum,
Aspiceres ab equis guttas manare cruentas.
Humana sic cæde manus fœdabat Achilles,
Egregiam cupiens uirtutem extollere factis.

LIBRI XX. FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XXII. NICOLAO Valla interprete.



IC fugiunt muros, & propugnacula complent
Ceruorum de more Phryges. sudoris anheli,
Alleuiantq; sitim guttæ super ora cadentes.
At Danaûm contrà concusso Marte phalanges
Protectæ clypeis humeros muroq; propinquãt.
Ante urbem obscura mortis caligine tectus
Stat bello intrepidus Scæas defendere portas
Priamides: tum Peliden affatur Apollo:
Quid me immortalẽ celer ĩsectaris Achille
Mortalis? nec adhuc tibi cognitꝰ. aspice, Troes
Intra tecta ruunt, illos nihil amplius urges
Pugnando, tantumq; mihi sic feruidus instas,
Vt summã de me laudẽ et spolia ampla reportes.
Falleris, inuictum numen mihi. talia fatus
Conticuit. tum sic contrà indignatus Achilles:

Multa

Multa quidẽ tristi cecidissent corpora leto
Dardanidûm, & terræ moribũdos figere mor-
Aspiceres: at tu nobis telo obuius obstas (sus
Improbe, tu tantum nostris decus eripis armis
Vltimus abscedẽs: neq; enim hæc humana time
Tela. sed ò utinam de te mihi sumere fas sit (bas
Supplicium, lueres inimico uulnere pœnas.
His urbem dictis cursu petit, haud aliter q̃
Cũ bellator equus currũq; rotasq; uolucres
Secum agit effuso protensus in æquore campi.
Ibat, & ærati radiabant pectoris arma:
Autumno ueluti cum sydus Orionis alto
Extulit os nitidum cœlo, & fulgore coruſco
Ingentes uincit tenebras, noctemq; resoluit,
Sed letale malum miseris mortalibus infert.
Hunc prior eximo rumpens suspiria corde
Cõspexit Priamus uenientẽ, & brachia tollens
Ora quatit, sparsasq; manus ante Hectora tẽdẽs
Proforibus stantẽ, & magno se credere Achilli
Nil trepidũ, misera genitor sic uoce precatur:
Nate patris prædulce decus, fuge nate, qd ho
Expectas solus uenientẽ, et uiribus impar? (stẽ
Ne tamen occũbas, magis hic absiste morari.
O utinam tantum superis dilectus Achilles,

Quam

Quàm mihi: præda feris canib⁹ laniãda iaceret,
Huius & exanimes uultur depaſceret artus.
Sic ego, ſic tantos poſſem finire dolores.
Hoſtis atrox, qui tot chariſſima pignora natos
Aut leto dedit, aut alias tranſmiſit ad urbes.
Heu ubi nũc etiam Polydorus, & ipſe Lycaon,
Quos mihi Laothoe pepit pulcherrima? non hic
Aſpicio infelix. ò ſaltem luce fruantur
Captiui: ſunt magna æris, ſunt pondera et auri,
Multáq; quæ quõdã natæ dedit inclytus Altes:
His redimam. quòd ſi inferni crudelibus umbris
Hoſtili cecidere manu, dolor heu mihi quant⁹,
Heu quantus miſeræ matri dolor, atq; eadẽ uos
Mœſtitia urgebit Troes. tamen omnia ſolus
Hæc lamenta potes ſedare, & tollere luctus,
Eripe te paulũ hinc, ne magnã extinctus Achilli
Concedas belli laudem, ſpes una ſalutis
Ingredere, & tantis Troiam defende periclis
Hector, et affecti ſenio miſerere parentis,
Quẽ deus omnipotẽs ſubeuntem extrema ſene
Caſibus aggreditur tãtis, ut acerba meorũ (ctæ
Funera conſpiciam, notoſq; in cæde madentes,
Alliſoſq; ſolo pueros, nataſq; nurusq;
Infandis raptas manibus, uiolataq; lecti

Fœdera,

Fœdera, tum demum nobis in limine primo
Ferrõ aliquis uitam eripiat, canibusq; cruentis
Præda ferar, quos ipſe domi ſtudioſus alebam
Portarum uigiles cuſtodes, iamq; iacebunt
Veſtibulũ ante ipſum ſaturati ſanguine noſtro.
Infelix, iuueni pulchrũ eſt occũbere in armis,
Et ferro ſua membra rapi: miſerabile uiſu
Eſſe tamen reor, ut confectum ætate parentem,
Cui canum caput & canæ reuerentia barbæ,
Ora cruẽta canũ lacerant. nec plura locutus,
Albentes ſummo uellit de uertice crines.
Parte alia infelix nudato pectore mater,
Infelix mater oſtentans ubera nato,
Et lachrymis effuſa genas, ſic talibus infit:
Nate mei (ſi qua eſt pietas) miſerere precãtis:
Si tibi lac tribui, paulum reminiſcere matris.
Nate urbem ingredere & magno te ſubripe A-
Me miſeram, leto ſi te dabit impius ille: (chilli.
Non coniunx, non ipſa mei te mater ademptum
Florẽ uteri pheretro aſpicerẽ de more locatũ,
Hinc pcul ante rates canib⁹ fera præda iacebis.
Dixerat, effundẽs lachrymas. nihil ille moue
Incaſſum gemitus et inania uerba parentũ: (tur
Hæret, et inuictã uim pectore ſuſcitat omnem

Fulgentẽ

Fulgenti nixus clypeo. de uertice suprà
Arduus expectat uenientem cõminus hostem.
Qualis ubi agricolã coluber mala gramina pa-
Lumina cõtorquẽs manet acri ꝑcitus ira, (stus,
Multiplicatq; sinus, seq; in sua terga reuoluit:
Talis Priamides, secumq; ita corde uolutat:
Ingrediar patriæ muros, ubi uoce magistra
Insurget mihi Polydamas? quẽ multa monentẽ
Nil ueritus, ne nostram aciem temerarius hosti
Obijcerem, inq; urbis tuta statione tenerem
Nocte sub obscura, qua bello armatur Achil-
Scilicet obieci demens, & fusa meorum (les.
Agmina conspexi. ò utinam tua iussa secutus
Polydamas. pudet ire, meorumq; ora tueri,
Quorũ aliquis tales iactabit ad æthera uoces:
En hic, qui tantis affecit cladibus urbem
Fisus Marte suo. sic de me. tunc ego mallem
Occubuisse libens tecum congressus Achille
Ante urbẽ: neq; enĩ hic cecidissem inglorius ar-
Aut mea te uictum strauisset dextera leto. (mis,
Nunc quid agam? quid si telis exutus Achilli
Obuius Hector eam? rigida nec casside tectus,
Nec clypeo ingenti? coniunx erepta marito,
Tanti caussa mali, & belli reddatur origo

Tyndaris,

Tyndaris, et quicquid cũ pellice uexit adulter.
Quinetiã Phrygiæ quasq; habet Ilion ingẽs,
Polliceamur opes media pro parte, nec ulli
Illarum quicq; iurato abscondere fas sit:
Cũcta palã. sed quæ nũc mentẽ insania uersat?
Nulla mei pietas, nec me miserabitur hostis:
Protinus occumbã imbellis de more puellæ.
Iam cape tela manu, neq; enim de uertice saxi,
Vt quõdã assuetus, nec magno è robore querc⁹
Ille mihi affandus, nec tanq; uirgo procusq;:
Certemus licet: experiar cui'nam deus istam
Concedat belli laudẽ. dum talia uersat,
Ecce fero similis Marti galeatus Achilles
Irruit, excutiens ingentem uiribus hastam
Quã nato dederat genitor: pcul arma coruscãt
Flãmarum in morẽ, aut Phœbeæ lãpadis instar.
Contremuit tanto aspectu Priameius heros,
Inde fugam retro celeri pede corripit Hector.
Nec minus Aeacides pernicibus aduolat alis,
Quàm facilè accipiter saxo demissus ab alto
Cõsequitur pennis sublimẽ in nube columbã:
Illa uiam celerat trepidans, ille ocyus instat
Stridẽs, & prædã pedib⁹ iam prẽdit adũcis: (su
Haud sec⁹ Aeacides rapido premit Hectora cur

Tẽdẽtem ad muros. tumulũ post terga relĩquũt,
Prætereunt ubi se muro caprificus in alto
Erigit, atq; imis penitus radicibus hæret.
Et iã cõtigerant ubi nunc (mirabile dictu)
Erumpunt gemini Scamãdro è flumine fontes:
Feruidus alter enim, fundoq; exæstuat imo,
Vnde uelut rapido circùm se tollit ab igne
Fumus, & ad cœlum caligine uertitur atra:
Alter enim multa concretus grandine surgit,
Vnde gelu mediaq; niues æstate uideres
Effluere. hos circum precioſi marmoris urnas
Aspiceres, quibus antè tamẽ q̃ Pergama Graĩ
Opprimerent, lataq; urbem obsidione tenerẽt,
Iliades solito uestes de more lauabant.
Huc iter expediunt. fugit hic, ille acrius urget
Ponè sequens, meliorq; pedis uim corripit oẽm
Aeacides. neq; enim abiecto pro uellere certãt,
Nec bouis astabat coriũ ipsa in præmia pugnæ:
Omnis in Hectoreo pendebat funere cursus.
Haud secus alipedes, precium si fortè laboris
Apparent tripodes, coniunxue orbata marito,
Exiliunt spacio, & metam contingere gaudent:
Sic illi accelerant gemini, iamq; acer Achilles
Ter circum Iliacos agitauerat Hectora muros,

Aspe-

Aspexere dei, quorum pater atq; hominũ rex
Iuppiter has tristi mittit de pectore uoces:
En supi, Aeacides rapido fugat Hectora cur-
Cerno eqdẽ, mẽtẽq; mihi dolor anxiꝰ urget. (su
Ille igitur totiẽs nunc Troiæ in mœnibus altis,
Nunc nostri memor Idææ sub uertice syluæ
Terga boũ pecorũq; dedit torrẽda per aras.
Quare agitè ò supi, & uobis qd præstet agẽdũ
Cõsulite: aut illũ manibus trademus Achillis,
Aut leto ereptus uitales exigat auras.
Dixerat. at cõtrà surgit Glaucopis Athena:
Iuppiter hæc ne tuo residet sentẽtia cordi?
Scilicet hunc quẽ fata diu iã proxima morti
Decreuere mori, fatis auertere tentas? (bũt
Perge quod ipse uelis, neq; enĩ (reor) ipsa pba-
Cœlicolæ. tum sic nubis collector aquosæ (las
Ne dubita, neq; enĩ hæc stabili Tritonia Pal-
Mẽte loquor, cari miseret tamẽ Hectoris: at nũc
Esto quod ipsa cupis. dixit. mora nulla, p auras
Illa uiam celerans summo de uertice Olympi
Desilit ad terram. fugientẽ urgebat Achilles
Priamiden canis in morẽ, cũ ceruus ab alto
Colle rapit cursum, uallesq; & cõcaua circũ
Fertur, & interdum nimia formidine septus

Virgultis latet: ille sagax uestigia nactus
Prosequitur, certatq; auidos infigere morsus,
Haud aliter poterat fugere hūc Priameiº heros.
Nā quātum ille urbis portas accessit, & arte
Extructas turres, ferrent Phrygij unde supnis
Auxilium telis, hostemq; à cæde mouerent:
Tātum hic præuertēs in cāpum traxit ab urbe.
Ac uelut in somnis fugere haud ualet alter, et al
Frustra īsectatur, sic pnix Hectora achilles (ter
Cōprēsare neqt: qui sic fugere haud ualuisset,
Ni genua & uires confirmauisset Apollo
Obuius accurrens, & ni uetuisset Achilles
Voce manuq; suis ne quis temerarius illam
Præriperet laudē, qua nō spectosior ulla est.
Cū uerò quartū sub aquā uenere, deūm rex
Lancibus auratis amborum fata pependit,
Hectoreumq; citò deflexum inferna petiuit.
Quod cernēs mœsto dehīc Deliº Hectora uul
Deserit, at præsens affatur Pallas Achillē: (tu
Inclyte Pelide, superūm charissime regi,
Hactenus ingentem speraui è funere laudem
Hectoris indomiti nos naues ferre ad Achæas.
At nūc nulla fugæ spes est, mora nulla fugaci,
Nō si procumbens patris ad uestigia Phœbus

Arciger obstiterit. sed cursum siste parumper
Respirans, donec tibi congrediatur, ut ultro
Persuadebo uiro, lætusq; his paret Achilles
Fraxineæ innitens hastæ. tum uersa Minerua
Deiphobi in faciem uocemq; his uocibus infit:
Ah nimiū frater te circū Pergama Achilles
Persequitur uelox: agè consistamus uterq;
Illū aggressuri. cui magnus reddidit Hector:
Deiphobe ante alios Priamoq; Hecubaq; crea
Nup charº eras: nūc lōgè charior, unus (tos
Egresso patrijs comitem te mœnibus addis.
Atq; iterū Pallas: Genitor, uenerādaq; mater
Consistas orant proni genibusq; reflexis.
Omnes nāq; timent q̄ par sit credere Achillem,
Et mœrore graui trepidant præcordia cunctis.
Sed nunc rectà in eum læti irrūpamus uterq;,
Amplius haud cessent tela, experiamur an ille
Occisis nobis spoliatisq; arma cruenta
Ad naues referat, telo an magis occidat isto.
Hæc ait illa dolo, tanq̄ sint iussa parentum.
Cū fierent igitur propiores, magnus Achillem
Priamides prior inuadens ait: Haud ego posthac
Te formidabo Pelide, ut Pergama circum
Actus ter dudum potui consistere nusquam.

Nunc animus redijt, quo uel te uictor ad imos
Demittam manes, uel uictus destiner orco.
Verùm obtestemur diuos, queis fœdera curæ,
Et qui pactorum custodes optimi habentur:
Si me fortè tui uictorem Iuppiter istis
Donarit spolijs, cum te spoliauero pulchris
Dilectisq; armis, non te crudeliter ultra
Exanimẽ ulciscar, sed charis reddã inhumãdũ:
Tuq; uelim facias itidem, si uincere detur.
Tũ toruis oculis respectãs sæuus Achilles:
Erras Hector (ait) mecum nolito paciscI.
Vt iusiurandũ nullum est homini atq; leoni
Sãctum, nec fidum quicq; est agnoq; lupoq;,
Semper in alterius siquidẽ mala cogitat alter:
Sic nec amor nobis, nec amoris fœdera sunto,
Ni prius alterius funestum sanguine Martem
Expleat alteruter. quocirca pectore firmo
Virtutes omnes, animosq; recollige totos,
Queis tibi nũc opº est, quoniã fuga nõ datur ul
Nãq; Minerua meate mox deiecerit hasta, (trà:
Vlciscarq; meos socios quos straueris unq
Infesto telo Troiæ pro mœnibus altæ.
Dixit, & insultans prælõgã fortiter hastã
Corpus in Hectoreũ cõtorsit. at inclytº heros
Præ-

Præuisam euitat capite in contraria flexo.
Quam dea Pelidæ supra caput illius actam
Attica restituit, latuit tamen id populorum
Hectora pastorem, qui sic insurgit Achilli:
Erasti Graiũm Pelide acerrime, nec dij
Ex Ioue te nostrum casum docuere, quod inqs
Subdolus atq; loquax, ut me formidine captum
Immemorem efficias notæ uirtutis. at ipse
Experiere quidem non tergum te fugientis,
Sed cũ uulneribus (modò Iuppiter annuat) in te
Vrgentis pectus. nunc telum, si potes, istud
Quo minus accipias, uel toto corpore uita.
Te siqdẽ exanimi premerẽt nos bella minora,
Vt qui præcipuè nos lædis. talia iactans,
Insiluit telum uibrans, clypeumq; petiuit
Nil errãs mediũ, sed duro umbone repulsum
Decidit innocuum. stetit autem tristior, atq;
Indignabundus, quòd frustra emiserat ipsum
Fraxineum telum, quo solo præditus esset.
Ergo Deiphobum præclara uoce petebat
Cãdenti insignem clypeo, qui cõmouet hastã:
Ille aũt iam longè aberat, nam subdola Pallas
Quæ fratrem illius simularat, conscia fraudis
Se procul ex oculis subduxerat expectantis

Suppetias fruſtra. quod cernens Hector, amarè
Hei mihi proclamat, dij me traxere profectò
In mortẽ, ſiquidem fratrẽ quem rebar adeſſe
Mœnia habent Troiæ, ſic me decepit Athena.
Nũc dirũ exitium miſero impendet, neq; quiſq;
Quô fugiã locus eſt: ſiquidẽ rex Iuppiter, atq;
Natus Apollo Iouis, fuerã quibus antea cordi,
Et quibus auſpicibus ſeruatus bella peregi,
Nũc me deſtituunt, urgentq; grauiſſima fata.
Non tamẽ ignauꝰ cadet aut inglorius Hector
Priamides quondã bellãtum terror Achiuũm,
Verùm magnũ aliud fortaſſe minoribus ipſe
Moliat audendũ. ſic fatus, magnum & acutum
Atq; grauem lateri pendentem diripit enſem,
Aduolitansq;, uelut Iouis ales nubila ſcindens
Deuolat in cãpum timidũ leporẽ uel opimum
Direptura agnum, ſtricto defertur in hoſtem
Obiectum gladio. ſed Achilles uiribus olli
Collectisq; animis, clypeo pulchro uarioq;
Admoto ad pectus, quadricriſtiq; per auras
Nutanti galea, cui crines Mulciber aureos
Aptarat uento ſtringendos, aſtitit acer
Atq; ferox. qualis tamẽ heſperus inter Olympi
Ignes per noctem fulget pulcherrimus atram,

Emi-

Emicuit uibrata haſta ferro ſub acuto,
Infeſtoq; animo partem obſeruauit inermem,
Qua petat Hectoreum letali uulnere corpus.
Totum namq; armis quibus expoliauerat antè
Patroclum, infelix ſeſe muniuerat Hector,
Vna parte modò tanto de corpore dempta,
Quâ ceruix latis humeris committitur: hancq;
Fraxineo telo partem uiolentus Achilles
Perfodiens, iugulum non totum incîdit, et arctũ
Linquit iter uoci, qua reſpondere ſuperbo,
Atq; preces humiles uictori effundere poſſit.
Ipſe tamẽ moribũdꝰ humo cadit inclytꝰ Hector
Quẽ ſuper his pariter dictis exultat Achilles?
Tu ne etiam demens ſperaſti euadere noſtras
Poſſe manus, ò dure mei proſtratot amici?
Nec mentẽ ſubit Aeacides, nec me ipſe timebas
Abſentẽ, & longè reſidẽtem in puppibus altis?
Credo equidem, nec fata lues inimice Patrocli,
Alitibus linquêre feris canibusq; cruentis
Præda, Menœtiadẽ tumuli ueneremur honore.
Sic fatus. paulum aſpirans ſic reddidit Hector:
Per genua hæc animãq; tuã, charoſq; paren-
Aeacide hunc oro ſaltem dimitte furorẽ, (tes,
Ne me trade feris, miſeri pro corpore nati

Aes aurũq; dabit genitor: cape munus Achilles,
Me quoq; redde meis: sine iam collapsa cremari
Mẽbra rogo, patrioq; artus concede sepulchro.
Dixerat. at toruum aspiciẽs sic reddit Achilles:
Quid me p genua hæc, animãq;, et amica pa-
Noĩa crude rogas canis? hos ego (si modò (rẽtũ
Mẽs animusq; pati) laniarẽ dẽtibus artº, (posset
Patrocli tantus urget dolor. hoc mihi de te
Suppliciũ expẽdes, canibus data præda iacebis
Alitibusq; feris, Priami nil dona ualebunt,
Sint ea magna licet, maioraq; plura daturum
Spondeat, exanimem nec si te ponderet auro:
Improbe diripiêre feris, non te optima mater
Vrgebit lachrymis feretro de more locatum.
Sic fatus. moriens tum sic Priameius heros:
Ferreº es, nec te ulla mouẽt, nec flectere posſũt
Verba, precesq; meæ. nimis ah nimis asp Achil
His saltẽ annueres, dabis ò dabis improbe (les
Impbe: te Paris, et lunato Delius arcu (pœnas,
Prosternent medio Scææ sub limine portæ.
Hæc ne audis? hoc omẽ habe, tecumq; reporta.
Talia dicenti gelidos mors occupat artus,
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum super exanimes artus ita fatur Achilles:

Nunc

Nunc morere, ast de me diuũ pater atq; hoĩm
Viderit. hoc dicens eduxit corpore telum, (rex
Arma humeris spoliat multo conspersa cruore
Exuuiasq; omnes. concurrunt undiq; Achiui,
Mirantur speciem insignem, mirantur et annos
Hectoris, atq; hilares in uulnere uulnera figũt:
Quorum fortè aliquis iactabat talia, Quàm tu
Mollior hic, quàm cũ iaculatus puppibus ignes
Letiferasq; faces. sic dicens uulnera telo
Ingeminat. positq; exuuias spoliauit Achilles:
Argolici heroes (inquit) belloq; potentes,
Occidit hostis atrox diis aspirantibus Hector,
Atra lues Danaũm, & multorũ cãussa malorũ.
Nunc igitur totis adeundum est Ilion armis.
Festinate uiri, quæ nam hostibus Hectore rapto
Vis animºq; aderit? siue arcẽ et Pergama lĩquẽt,
Aut arma expedient trepidi. quô pectora uertis
Aeacideº tumuliʼne prius celebrabis honores
Patroclo? iacet ante rates inhumatus, ad urbem
Tu tamen ire paras defuncti oblitus amici.
Quinetiã ipse meos dũ spiritus hoc reget artº,
Et mea fata uolẽt numerari hos inter Achiuos,
Excidet ille meo nunquam de pectore, nec me
Oblitum fore crede tui cum fata deusq;

Hanc

Hãc animã abſtulerĭt, manesq; ĭmittat ad imos,
Quanquã ibi ſint obitus et longa obliuia rerũ.
Quare agitè ò lætum ſocij Pæana canentes
Ad naues celeremus iter, referantur & artus
Hectoris exanimes, quẽ magni numinis inſtar
Iampridẽ coluit ſua Troia. hæc fatus Achilles
Tranſadĭjt ferro talos, corioq; iuuenci
Annectit curru, caput atro in puluere pendet.
Tum ſuper aſſiliens ingentia collocat arma,
Præcipitatq; moras. fertur miſerabilis Hector
Pulcher adhuc, neq; enĭ mutarat forma decorẽ
Ipſa ſuũ: tamen huic ceruixq; comæq; trahũtur
Per terrã, et puluis inſcribitur Hectore tracto.
Sic illum, ſic dĭjs placitum, raptabat Achilles.
Protinus ipſa ſui capitis uelamina ſoluit,
Euellitq; comas, altumq; in pectore mugit
Infelix imo rumpens ſuſpiria corde
Mater acerba tuens direpti funera nati.
Parte alia pater, et populi circùm undiq; triſtes
Ingeminãt queſtus, gemitu oĭs Troia remugit,
Non aliter quàm ſi ſupremis ignibus altum
Ilion, et magnæ ruerent ſacra Pergama Troiæ.
Quinetiam Priamum portis exire uolentem
Vix cũcti tenuere Phryges: ſed pugnat, et inſtat

Stra-

Stratꝰ humi genitor, cupit ire, miſerq; precatur
Nomine quẽq; uocans, Sinite ò ſinite ire uolẽtẽ
O Phrygĭj, uobis ſeruandum eſt Ilion intus:
Ibo equidẽ, ſupplexq; inimicũ affabor Achillẽ,
Crudelis ſi fortè meos miſerabitur annos,
Antiquumq; caput. talis manet, & manet illi
Peleus Aeacides, cuius de ſanguine cuius
Vrbis in excidium Troianæ erupit Achilles
Exitiumq; meum. uidi tot acerba meorum
Funera, tot natos ſæua florentibus annis
Aeacidæ cecidiſſe manu: quin occidit Hector,
Ille meos omnes gemitus habet, ille dolores.
Quem ſequar infelix, & uitæ lumina linquã,
Infernasq; petam ſedes? tam maximus urget
Corda dolor. ſaltẽ ille meis cecidiſſet in ulnis,
Explerẽ mẽtem lachrymis pater, ægraq; mater.
Dixerat, ingeminant miſeri ſuſpiria ciues:
Tum triſtes Hecube fundit miſeranda querelas:
Quid magis hac in luce moror? quæ nam iſta
Viuẽdi? imperiũ, ſpes, et tutela ſuorũ (uoluptas
Occidit infelix Hector. chariſſime fili
Troianum tu numen eras, te Troia colebat
Numinis in morem, dum uiuere fata ſinebant:
Nũc moriẽs lachrymis afflictã deſeris urbem.

Sic

Sic ait.at nōdū Andromachæ percusserat au
Fama mali tanti:fortè in penetralibus altis (res
Telam exercebat,uariosq; in murice flores
Dum misera intexit radijs,iubet ire ministras,
Ingentesq; agitare focos,tripodemq; locare
Vndantem lymphis,sese quibus abluat Hector.
Andromache infelix,nec tanti conscia luctus,
Iāq; tuo ꝑcul Hector adest,nec balnea quærit.
Interea gemitus uocemq; è turribus altis
Cōcipit,ac subitò miseræ tremor occupat artꝰ,
Flauentes detecta comas,Mecum ite ministræ,
Hei mihi nescio quid,uocem,lamentaq;socrus
Audio.iam mentē tremor occupat,ægraq; motu
Genua labant.utinā uana frustremur ab aure,
Sit sine mente sonus:timeo tamē omnia, nostrū
Ne ferus Aeacides rapido premat Hectora cur
Vulneraq; atra ferat.timeo,nā maximus illi(su,
Martis amor,nec stare potest,sed ab agmine ce-
Intrepidus sese temerarius obijcit hosti. (dēs
Hæc effata,rapit cursum,similisq;furenti
Corda metu pulsans:famulæ post terga sequū-
At postq; Iliadū medio stetit agmīe,et altos (tur.
Conscendit muros,uidet atro in puluere corpꝰ
Cōiugis, exanimesq; trahi uidet Hectoris artꝰ.

Nō

Non tulit hanc speciem,nigra caligine obūbrat
Nox iniecta oculos,animamq; efflauit anhelam
Andromache collapsa retro,detecta capillos
Ornamenta iacit,capitisq; insigne coronam,
Quā quōdā dono dederat Venus aurea, tūc cū
Transtulit hanc Hector patris Eētionis ab urbe
Ilion in patriam,& communia fœdera lecti
Munera magna ferens.Priami nataq;, nurusq;
Semianimem adstabāt circum.postq; illa reuixit
Visq; animo redijt,auras ita questibus implet:
Infelix Hector,nimiūq; misserrima coniunx
Vna eademq; ambo fatorum sorte creati,
Te Priamus Troiæ genuit sub mœnibus altis,
Me pater Eētion Placea generauit in urbe
Thebarū, & primis miserā sors fecit ab annis.
Infelix utinam infelix non orta fuissem.
Sub terris petis ipse domos,uiduamq; relinquis
Andromachē,uiduā Andromachen, plena oīa
Mœroris Stygij.quin et te filius infans (nobis
Extinctū dolet,ac patris spem luget ademptam.
Qui si etiam fortasse manus euadat Achiuūm,
Cernet cuncta rapi,atq; alios dominarier agris,
Pupillus puer,& primis orbatus ab annis.
Heu quantum damni fatū attulit.omnia narrat,

Et

Et lachrymis effusa genas hæc insuper addit:
Ibis ad antiquos miseri genitoris amicos
Infelix puer, & gemitu confusus ocellos
Nũc hunc nunc illũ accipiens pietate mouebis.
Horũ fortè aliquis tibi pocula porriget, hæc tu
Vix ore attingens summo: quos inter erit qui
(Cui mẽs dura quidẽ, cui nondũ nota parẽtum
Funera) te puerum expellet, uerbisq; lacesset:
I procul hinc, nõ est pater hic tuus. inde redibis
Pulsus ad Andromachen, gremio quẽ sæpe sole
Sustentãs genitor pecorũ nutrire medullis, (bat
Quiq; etiam dulci perfusus membra sopore
Amplexus inter nutricis & ubera somnum
Carpebas. sors & fatum nunc omnia uertit,
Multaq; sublato patiere indigna parente
Astyanax, quẽ sic Troes cognomine dicunt,
Astyanax mea progenies, spes una salutis.
Occidis heu nimium infelix charissime cõiunx,
Iã canibus data præda feris: misera ora manꝰq;
Dilaniant rapidi, & si quid de corpore restat
Hoc sæuæ uolucres morsu laceratis adunco.
Nudus adhuc prostratus humi, detectaq; mẽbra
Ostentas cœlo. quid tot penetralibus imis
Arte laboratæ uestes seruantur? habebit,

Vret

Vret & ignis edax. tecum simul occidat usus
Illarum, neq; enim hæc restabũt Troia decori
Ornamenta tuo, pereant simul. hæc ita fatur
Andromache, lachrymisq; genæ rorãtur obor
Cũctaq; fœmineo replẽtur mœnia luctu. (tis,

LIBRI XXII. FINIS.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XXIII. NICOLAO Valla interprete.

DARDANIDAE totã fundunt lamenta per urbem,
At Danai littus repetunt maris Hellesponti
Quisq; suas iter ad naues. discedere Achilles
A' se Myrmidonas uetuit, fortissima bello
Pectora, quos uerbis sic est affatus amicis:
Præstãtes socij, pugnæq; electa iuuentus,
Soluere nũc nõ tẽpus equos: sub curribus ipsis
Astantes lachrymas Patrocli in funus amici

Fundite, defunctis tales debentur honores.
Tum demum tristi saturati pectora fletu
Alipedes soluemus equos, ac quisq; paratis
Accũbet dapibus. simul his præcedit Achilles,
Clamorem extollunt omnes, cõdensáq; circùm
Turba gemit, curr⁹ agitantq; hinc inde iugales.
Excitat ipsa Thetis plãct⁹, lamẽtáq; suadet: (næ.
Arma uirûm lachrymis, lachrymis rorãtur are
Tũ sic Aeacides Patrocli ad pectora tendẽs
Sanguineas hominũq; manus in cæde madẽtes,
Incipit: Infernis gaude Patrocle sub umbris,
Expediã promissa, trahã huc exãgue cadauer
Hectoreum, morsúq; canũ lacerabitur unco:
Bis sex ante pyrã pulcherrima pectora Troum
Iratus gladio feriam. sic fatus, & illud
Ante Menœtiadæ feretrũ trahit, inde cruentũ
Puluereæ resupinat humi: tum cætera pubes
Soluit equos curru, splẽdentiáq; exuit arma.
Hinc inde ad naues circumfunduntur Achillis
Innumeri heroes, ubi gratæ pocula mensæ
Adstabantq; dapes: ferro dant colla iuuenci,
Balãtumq; greges, stillãt extensa per ignem
Pinguia terga suũ, circumq; exangue cadauer
Manat cæsorum passim cruor armentorum.

Inte-

Interea Aeacidẽ ad regẽ Agamẽnona ducũt
Ductores Danaûm, tentãt lenire dolorem
Iratosq; animos. postq; ad tentoria uentum est,
Præcones hinc ire iubent, tripodemq; locari
Vndantem lymphis, quibus artus tabe cruentos
Cõspersos lauet Aeacides. tamẽ ille repugnat,
Perq; Iouem iurat, quo nullũ est numine mãius,
Nũq; hoc unda caput, nũq; abluet, ossa Patrocli
Ni prius in cinerẽ iaceant cõuersa sepulchro.
Hos etiam abscindã crines, tumuloq; sodalis
Imponã mœrẽs. quid nã mihi tristius unquam
Accidere, aut tanti possent urgere dolores?
At nunc inuisis epulis accumbere fas sit,
Manè tamẽ primo Græcos hortare Agamẽnon
Ligna ferãt, statuãtq; pyrã qualem decet artus
Patrocli exãgues miseri, quem nigra morãtur
Tartara: nũc rapidis urendũ imponite flammis
His procul ex oculis. dixit. labor omnibus idẽ
Imminet, assensere omnes, dapibusq; paratis
Discumbunt æquis partiti lancibus escam.
Postq; exempta fames epulis, uinoq; repleti
Discedunt, fessos placidus sopor occupat artus.
At maris undisoni mœrẽs prope littus Achilles
Aegra iacet summo repetens suspiria corde:

Stãt circũm mœsti comites.tũ mẽbra dolore
Feſsa graui,quibus Iliacos circũ Hectora muros
Impulerat,furtim curas animumq; reſoluens
Occupat alta qes.dũ ſomno indulget Achilles,
Viuenti ſimilis uocemq; habitumq; oculosq;
Infelix ſupra caput aſtitit umbra Patrocli:
Aeacide dormis(inquit)nec te amplius ulla
Cura ſubit noſtri.dum uiuere fata ſinebant,
Charus erã:me nunc inopina morte perẽptum
Deſeris. extinctũ corpus concede ſepulchro,
Da ſedes petere infernas: tranſire ſilentum
Me prohibent umbræ:neq; enim miſcerier illis
Vltra amnẽ licet,oſſa prius niſi terra recõdat:
Interea obſcuris inhumati erramus in umbris.
Da dextram miſero,nunq; ad te poſſe redire
Fas iterum,noſtros poſtq; artus uſſerit ignis,
Nec dabitur tecum rurſus de rebus agendis
Cõſulere.heu fatũ Stygijs me merſit in undis.
Te quoq; ſors eadẽ Troiæ ſub mœnibus altis
Proſternet leto,pariter tunc oſſa recondi
Noſtra iube,nec ſtare alio permitte ſepulchro.
Scis bene,me teneris fatũ tibi iũxit ab annis,
Cũ genitor patria ex Opoente ad Pelea duxit,
Quãdo ego mẽtis ĩops natũ Amphidamãte pemi

Talorum iratus ludo,me fronte benigna
Suſcepit,paruumq; domi ſtudioſus alebat,
Adiunctus comes inde tibi.ſic uiximus unà,
Sic cineres urna amborum cõdantur in aurea,
Quã tibi diua Thetis dono dedit optima mater.
Dixerat.Aeacides cõtrà: Patrocle qd ò qd
Tãta mones?charũ caput ò mihi deſine, cuncta
Expediã:huc adſis paulum,ſine tãgere dextrã,
Alterno extinctum fletu ſolemur amorem.
His dictis,cupit amplexus,& mania tendit
Brachia:nam fumi refugit labentis ad inſtar
Vmbra ſolo repens,tenuiq; immurmurat aura.
Territus Aeacides ſomno ſurrexit Achilles,
Terq; quaterq; manũ ãbas quatit,altaq; fundẽs
Lamẽta,Heu comites(inqt)miſeri ũbra Patrocli
Tartareas habitat ſedes:ſenſus tamen ipſos
Eſſe alibi reor.illa meum ſub nocte ſilenti
Multa monẽs ſupra caput aſtitit,omnia certè
Viuenti ſimilis,& fata miſerrima flebat.
His dictis querulis ĩplẽt cõqueſtibus auras
Aſtantes feretro.dum fletibus ora rigabant,
Ecce diem roſeis aurora inuecta quadrigis
Oſtentat cœlo,Danaos iubet ire Agamemnon,
Ligna ferãt,ſtatuãtq; pyrã.quos maximus inter

Meriones ſurgit famulus ducis Idomenæi.
Itur in antiquã ſyluã, ſunt arma, bipennes,
Et bene contextæ portanda ad pondera funes.
Præcedunt operi hemiones, decliuia pergunt
Nũc loca, nũc ſummis ſurſum conatibus inſtãt.
Cõtigerant liquidis undantem fontibus Idam,
Seſe aptant celeres operi, ſonat icta bipennis,
Alticomæq; cadunt ingenti põdere quercus:
Dat gemitũ tellus, cœlum tonat omne fragore.
Tum partes in fruſta ſecant, extenſaq; dorſo
Multorum imponũt, redeunt, lætãtur onuſti
Per nemus umbriferũ, ſignat grauis ungula cã-
Quiſq; manu ramũ referebat, iuſſerat iſtud (pũ.
Meriones clari famulus ducis Idomenæi.
Ventũ erat ad littus, tumulũ quo diu⁹ Achilles
Et ſibi communemq; tibi Patrocle dicarat:
Hic longo ingentem deponunt ordine ſyluam,
Littoreq; expectant medio. tum triſtior heros
Myrmidonas iubet armari, curruq; iugales
Nectere. conſurgunt omnes, & iuſſa faceſſunt,
Lora parant aurigæ, atq; audit currus habenas.
Præcedunt equites, peditũ põſt nubis ad inſtar
Denſantur turmæ, referũt hinc inde frequẽtes
Impoſitũ feretro Patrocli exangue cadauer,

Et miſeros uelant abſciſsis crinibus artus.
Põnẽ ſequẽs, caput Aeacides cõplexus amici
Suſtinet alta trahens imo ſuſpiria corde.
Depoſuere loco funus, properantq; uiciſsim
Cõgerere ingentem ſyluã, diſperſaq; paſsim
Ligna. ſed Aeacides ſummo de uertice crines,
Quos totiẽs Sperchie tuis madefecerat undis,
Flauentes ſecat ante pyrã. tũ lumina torquens
Aequora proſpexit, querulisq; ita uocibus inqt:
Sperchie, hos alio crines tibi numine Peleus
Sacrarat, reditum ad patriam ſi fata dediſſent
Impia felicem: quin & ſacras Hecatombas
Et quinquaginta ad fontem mactare bidentes,
Hic ubi templa tibi & diuina altaria fumant,
Pollicitus. miſeri non exaudita parentis
Vota, ſed aduerſa dãnamur ſorte. Patroclus
Hos ſecum crines habeat, ſeruetq; ſepulchro.
Sic fatus, chariq; manus obnubit amici
Cæſariẽ imponens lacerã. quis talia cernens
Tẽperet à lachrymis? gemitus ad tẽpora noctis
Duraſſet, niſi ſic regem monuiſſet Achilles:
Atrida, quoniã Danaũm tot millia parent
Ante alios tibi, & unius mandata uerentur,
Præcipe ſecedãt paulũ hĩc, epulasq; miniſtrẽt:

Tum lachrymis loc⁹ & tãtũ exaturare dolorẽ
Tempus erit, nobis curãdum exãgue cadauer,
Ductores tãtum expectẽt. sic fatus Achilles,
Audijt Atrides, dispersi hinc inde recedunt
Ad classem. ingenti statuunt heroes Achiui
Mole pyrã, pedibus quæ partes æqua per oẽs
Cẽtũ erat, hic funus suprema in parte locarũt.
Multa boum circà mactantur corpora morti,
Balantumq; greges, costas & uiscera nudant.
Hinc totũ Aeacides mixta pinguedine corpus
Vngit taurorum, pecudumq; exanguia mẽbra:
Imponit mellis oleiq; ingentia uasa,
Quatuor addit equos flãmis capita alta ferẽtes,
Inde canes geminos numero delegit ab omni
Quos ipse assuetos mensæ pascebat herili:
Bix sex inde rogo pulcherrima corpora Troum
Ense necat, miseros ignis depascitur artus.
Suspirans sic Aeacides affatur amicum:
Patrocle, infernis salue Patrocle sub umbris,
Promissa expediã: bis sex Troiana cremantur
Corpora. sed canibus laniandos Hectoris artus
Tradã eqdẽ, haud tumuli tãto uenerabor honO
Mixta minis ea uerba dabat, tamẽ ĩteger Hec(re.
Illæsusq; iacet, seruabat sedula funus (ctor
A Ioue

A Ioue nata Venus, prostratũ exangue cadauer
Ambrosio infundens oleo, si forsitan hostis
Raptet atrox, nullo lædantur uulnere membra.
Inde globos atræ nubis demisit Apollo,
Velauitq; locum, ne solibus usta iacerent
Mẽbra, neq; Hectoreos uis ignea læderet artꝰ.
Interea Aeacides, quoniã sine uiribus ignem
Senserat esse rogi, Zephyrũ Boreãq; sonantẽ
Conuocat, & geminis sacra atq; ingentia dona
Pollicitus, supplex patera libabat in aurea:
Festinate (inquit) uimq; omnẽ immittite flãmis,
Vrite Patrocli corpus. sic fatus, & Iris
Audijt orantem, celeri cita nuncia cursu
Aduolat ad uentos, quos nõ sine turbine magno
Indulgere epulis circumspicit intus in aula
Marmorea: medios inter dea constitit Iris,
Consurgunt, ueritiq; deam considere mensis
Inuitant, uerbis quos illa affatur amicis:
Oceani repetam fluctus extremaq; ponti,
Hic epulas nobis & dijs sacras Hecatombas
Aethiopes de more parant: accumbere uestris
Nũc dapibꝰ uetitũ est, sũ magni nũcia Achillis
Hic Zephyrũ Boreãq; petit, sacra munera sup-
Pollicitus, uos sopitas accendite flammas, (plex
N 5 Excitet

Excitet aura rogum, miserandum funus amici
Corruat in cinerem quē luget Achiua iuuētus.
Sic effata gradum retro dedit, omnia uenti
Turbinibus miscent, & nubibus aëra complēt,
Incūbuntq; mari, sonitu procul unda remugit.
Nec mora, contendunt ad sacræ littora Troiæ,
Insiliuntq; rogo, flammasq; repentè uideres
Ventorum crebris hinc illinc flatibus actas.
Per totam feruet noctem Vulcanius ignis.
Tum dextra Aeacides plenum cratera Lyæo
Accipit, & uerso tellurem aspergit Iaccho
Patroclum exclamans. heu nō secus impia nati
Funera conqueritur pater, omnis cuius acerbo
Interitu domus orba, & spes sublata parentum:
Quàm miser Aeacides repetens suspiria ab alto
Corde, pyram iuxta serpens, mœrebat amici
Corpus inane rogo flammisq; liquentia mēbra.
Aurora interea roseos induta colores
Extulerat cœlo lucem, cum flamma quieuit,
Sopitiq; ignes, uentis redeuntibus æquor
Infremuit, paulum inde tamē semotus Achilles
Demum fessa graui pascebat lumina somno.
Interea regem heroes Agamemnona circum
Ante pyram coëunt, strepitum uenientibus illis

Hausit, & ereptus somno sic fatur Achilles:
Atrida, & uos ò Danai fortissima Martis
Pectora, nunc nigro cineres extinguite uino,
Ignis edax quantū patuit: miseri inde legemus
Ossa Menœtiadæ. medio posita ista uidentur
Sola loco, Troiana rogi sub parte suprema
Mixta uirūm collapsa iacēt, & corpora equorū
Colligite, & multa circùm pinguedine tecti
Patrocli cineres urna condantur in aurea.
Ipse tuos donec manes sequar, & comes antris
Infernis adero, te nunc nec honore sepulchri
Ingenti ueneror, post me quos fata reseruant
Busta duces, nobis statuent maiora Pelasgi.
Dixerat, expediunt cineres extinguere uino
Argolici heroes, quantum Vulcanus obibat.
Tū flentes nitida ossa legunt, atq; omnia pingui
Aspergunt adipe tenui, uelataq; panno
Includunt auro, atq; intus seruata reponunt
Ante pyram, donec tumulū facto aggere terræ
Certatim effodiunt, descripto limite fossæ.
Interea populū uocat in certamen Achilles.
Principio è ratibꝰ pulcherrima præmia pugnæ
Extulit ingentes tripodas, clarosq; lebetes:
Addit equos, tauros addit capita alta ferētes.

Illic & mulos, & grandia pondera ferri,
Illic aſpiceres forma præſtante puellas.
Alipedum uolucri ſi quis contendere curſu
Audeat, indicit: cui dat uictoria laudem,
Olli ſerua datur operũ haud ignara Mineruæ.
Præterea ingentẽ tripodem cui brachia pendẽt
Anſarum, ter quinq; cados, ſeptenaq; uaſa.
Qui caperet metam tangenti donat eidem,
Huic nondũ domitæ preciũ dat habere ſecundo
Acris equæ, ſextũ quæ iam cõpleuerat annum,
Et teneram grauido geſtabat corpore mulam.
Tertius intactum flãmis atq; igne lebetem
Accipiet lata capientem quattuor aluo.
Vaſa dehinc auri quarto dat bina talenta,
Inde noua quintus phiala donatus abibit.
Talibꝰ ante oculos poſitis ſic inquit Achilles:
Atrida, & uos qui bello præſtatis Achiui,
Dona patent, curſu ſi quis contendere equeſtri
Audeat. at nobis ſi nunc certare liceret,
Nil dubitem noſtros contingat gloria tantæ
Laudis equos, noſtis quanta uirtute ferantur:
Immortale genus Peleo Neptunus habendos
Quos dedit, ipſe ſuo genitor conceſſit Achilli.
Cedo tamen: uincant alij, lugere Patroclum

Nos

Nos decet, aligeris nec quod prius eſſe ſolebat
Robur equis, animiq; alacres in pectora ſurgũt.
Flent mœſti aurigam, nitida quibus ille lauare
Corpus aqua, ſuetusq; oleo perfundere, crines
Nunc ſparſi per colla iacent. iã nuncia caſtris
Fama uolet, currus properè in certamina iũgãt,
Acri ſi quis equo fidat. ſic fatus. in unum
Conueniunt, prior Admeti de ſanguine natus
Surgit doctus eques hominũ princeps Eumelꝰ.
Poſt hunc Tydides curru fortis Diomedes
Nectit equos, Phrygio quos abſtulit acer in ar-
Aeneæ, fugientẽ illũ tutatus Apollo eſt. (mis
Tertius aſſurgens generoſæ ſtirpis Atrides,
Alipedem uolucri curru ſubnectit Eortem:
Cũ quo iungit equã germani Agamẽnonis Ae-
Hãc Amphiſiades magno donarat Atridæ (thẽ.
Dives equis, opibusq; potens: Sycione relicta
Ad bellum accitus, peteret ne Pergama Troiæ,
Eſſe domi inter opes & opaci gaudia regni
Orabat, celerem in meritũ regi dedit Aethen.
Poſt hunc armat equos pulchra in certamina re
Magnanimo Pylij de ſãguine Neſtoris ortꝰ (gis
Antilochus, patriæ inſignis uirtutis imago:
Quem iuxta genitor curſumq; artemq; docebat

Multa

Multa monens, Quǒdã iuuenẽ te Iuppiter, inqt,
Te maris undisoni rector Neptunus, equestris
Artis erat quicquid docuit, nec plura necesse
Esse reor monstrare patri: iam doctus in orbem
Flectere equos nosti, & metã circũdare curru.
Sed tibi sunt hebetes nec tantis cursibus apti
Cornipedes, alium hæc expectat gloria palmæ.
Aspice equos sociorum alacres, quæ pectora,
Assurgunt animis uires. tamẽ oĩbꝰ unus (quãtæ
Nil dubitem præstes uirtute insignis equestri.
Sed cape dicta memor: non ui, sed uincere nate
Consilio poteris. non ui, sed fissile lignum
Scinditur ingenio, medijs in fluctibus actam
Ipse gubernator puppim regit arte magistra.
Sic comes aurigam currentem præterit astu.
Acri quisquis equo fidit, nec legibus ullis
Frena regit, facilè huc illuc diuersa pererrat.
Ille autem, segnes cui sunt & ad omnia tardi
Quadrupedes, moderet si frena & laxet habe-
Dũ sequitur comitẽ, et cursu præcedere (nas,
Mẽtẽ, animũ ad metã tẽdẽs, et lumĩa, cuius (tẽtat
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto,
Huic poterit facilis uictoria cedere laudem.
Stat medio campi nullo uiolatus ab imbre

Octo

Octo pedũ pinu uel querna ex arbore trũcus
Nudatus foliis, uiridis cui deficit humor.
Hinc illinc geminos lapides, ubi bina uiarum
Conueniunt capita, aspicies albentia saxa.
Planicies campo iacet, aptum cursibus æquor.
Illic esse reor ueteris monumenta sepulchri,
Aut aliàs metam primi statuêre parentes,
Hanc etiam uobis hodie designat Achilles.
Proximus huic acres tunc totis uiribus urge
Lætus equos: tamẽ ad lapidẽ, latus inq; sinistrũ
Te curru inclines dextro, laxentur habenæ
Alipedi, stimulis illum & clamoribus altis
Ire iube, læuum modera, tantum hæreat iste
Ipsaq; uix summæ tangat contermina metæ,
Ne saxo offensus sonipes & currus, & axis
Mille in frusta ruant, radijq;, orbesq; rotarum:
Gaudebunt comites casu, tu nate dolebis.
Ergo caue, nam si ante alios circundare signum
Hoc dabitur, celeres & circumflectere cursus
Ingenio ualeas, comitem post terga relinques,
Quanquam illi currus Adrasti, insignis Arion
Regis equus uehat, æthereo de sanguine natus,
Et Laomedontis, quos his nutriuit in aruis,
Nate tibi alipedes cedant, post talia retro

Consedit

Consedit Nestor Neleius.ordine quintus
In certamen agit currusq; rotasq; uolucres
Meriones,terræ descendunt protinus omnes.
Elicit Aeacides uersata è casside sortes:
Antilocho sors prima loci datur, altera regi
Eumelo:Atriden Menelaum tertia,quarta
Merionem tetigit,fuit ultima sors Diomedis.
Ordine composito longè super æquore campi
Designat metam Aeacides,quam fidus Achilli
Seruabat Phœnix,qui cursus uera referret.
Protinus alipedes loris & uocibus acti
Finibus exiliere suis, ratibusq; relictis
Corripiũt spacia ampla,leuis ferit ungula cãpũ.
Erigitur pedibus sublatus ad æthera puluis.
Esse procellosæ nubis caligine tectum
Aëra credideris.hinc inde mouentur ab aura
Alipedum per colla iubæ:nũc mobilis hæret
Currus humi tractus,celeri nũc emicat orbe.
Instabant auidè aurigæ,exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans,laudũq; immensa cupido.
Quisq; suos urget clamore,& nomine uero
Increpat alipedes:festinant acrius illi
Puluereũ i cãpũ,et lõgè spacia ampla relinquũt.
Cum tamen ad ripam rapidi prope littora ponti
Ven-

Ventum erat,hic uirtus et uis animosa docebat
Quis melior cursu.sed principis hic Eumeli
Ecce uehuntur equæ ante alios pernicibus alis,
Quas celeres Diomedis equi iã iamq; sequẽtes
Euadunt,iam terga premũt,& præpete cursu
Iam scindunt cãpum,latosq; humeros Eumeli
Afflanti incendunt aura:sic æqua uolantes
Colla gerunt,sic ora loco spirantia eodem.
Vincere Tydides poterat,uel forsitan ambo
Æquassent cursus,& par spectabat utrunq;
Gloria:sed manibus Diomedi iratus Apollo
Verbera discussit,curruq; reliquit inermem.
Ille autem in lachrymas ira cõmotus,euntes
Antè uidebat equas,mẽtẽ premit anxius ardor:
Iamq; sequi nec posse datur.quibus urgeat ipsos
Poscebat stimulos.audit Tritonia Pallas,
Nec fratris perpessa dolos dea reddidit ultro
Verbera,& ad cursum mox excitat ipsa iugales
Inspirans animis uires.tum protinus ipsum
Eumelum turbata petit,nec tendere passa
Vlterius,fregitq; iugum.per deuia campi
Obliquant,tenduntq; uias iam colla solutæ
Regis equæ,ad terram resupinus uoluitur axis.
Ipse rotas inter cecidit:lacera omnia,nares,

Os, frõtem, & cubitũ miſer oſtẽtabat, & uda
Lumina, & ob caſum uox ipſis faucibus hæſit.
Accelerat curſum paulum ſemotus ab illo
Ante alios dux Tydides. Tritonia Pallas
Vrget equos, tantaq; uiri pro laude ſuperbit.
Tydidem Atrides ſequitur, dehinc Neſtore natus
Increpat alipedes dictis: Quid ſtatis inertes?
Ite citi: nec uos Diomedem excedere curſu
Sollicito, uires illi dedit Attica Pallas:
Sed pudet, Atrides q. uos poſt terga relinquit,
Fœmina quòd uobis equa ſit uelocior Aethe.
Feſtinate, dabit uobis nec pabula Neſtor
Vlterius, quin & ferro iugulabit acuto,
Vltima ſi pigris contingat gloria palmæ.
Creditis hæc? ergo ite alacres, ego tramite re-
Doctus frena regã, nec me uia fallet euntẽ (cto
Ire per angustum callẽ. dum multa minatur,
Corripiunt ſpacia ampla breui. caua ſemita tan
Obijcitur, quẽ fecit hyẽs pluuialib⁹ undis (dem
Abroſa tellure locus uergebat ad imum,
Hâc iter obliquũ Menelaus tendebat Atrides
Quẽ iuxta inſequitur, ſed paulũ tramite flexo,
Antilochus, cui ſic trepidãs Menela⁹, Habenas
Cõprime (ait) demẽs, loc⁹ hic formidine plen⁹
Re-

Reſpicit in præceps, mox latũ pãditur æquor,
Imminet exitiũ hic ambobus, cõprime currum.
Inſtabat magis Antilochus, ſtimuloq; premebat
Acrius alipedes, & dictis obſtruit aures.
Quantũ aũt potuit terræ cõprendere diſcus,
Quem iuuenis miſit uirtutẽ expertus ab annis,
Tãtum Neſtorides poſt terga reliquit Atriden.
Ceſſerat iſte uolans celeri ſtridore rotarum
Territus, anguſto ne limite currus uterq;
Aurigam opprimeret, colliſiſq; orbibus orbes
Ad terram ruerent, palmæ dum gloria pendet.
Quem ſic obiurgans iterum affatur Menelaus:
Peſſime (quo nemo eſt alius) tu ſcilicet ille es,
Quẽ falſo appellãt prudentem heroes Achiui.
Occumbas. iurare opus eſt, nec præmia laudis
Hac cum fraude feres. ſic dicẽs urget anhelos
Acer equos, Properate gradũ, qd triſtia corda?
Quæ uos ſegnities hebetat? præcedite, uobis
Sunt animi iuuenes, & uis, & robur, & ætas:
Genua labant illis effracta ſenilibus annis.
Accelerant regem ueriti clamoribus altis,
Exciti, iam iam curſu propiore tenebant
Antilochum. ludos ſpectabat Achaia pubes,
Atq; in puluereo uolitantes æquore currus.

Cætera deſiderantur.

HOMERICAE ILIADOS LIBER XXIIII. NICOLAO Valla interprete.



T iam finis erat ludorum, effusa iuuentus
Ad naues festinat iter, labor omnibus idem
Accelerare dapes, placito per membra sopore
Carpitur alta quies: dirum sed luget Achilles
Patrocli exitium. nunc huc, nũc uertitur illuc,
Et nunquam dulci declinat lumina somno.
Patroclum cupit, ac defunctum robur amici,
Crudeles fundẽs lachrymas, haud ĩmemor, ille
Quàm uarios secum casus belliq; furores
Pertulit, & rapidos scopulosa p æquora fluctꝰ,
In latus interdum iacet, interdumq; supino
Corpore, nũc hæret uultu, nũc surgit, & alti
Anxius ad littus maris errat & omnia uersat.
Non hunc littoreis surgens aurora sub undis
Ullius immemorem fecit: tandemq; uolucres

Post.

Postq̃ iunxit equos curru, rapit Hectora, bigæ
Alligat extremæ, quẽ circum funus amici
Ter rotat, hinc fessus redit ad tentoria, & illũ
Puluereæ resupinat humi, stratumq; relinquit
In faciem neq; nõ lacerum. miseratus Apollo
Hectoris extinctũ corpus ne sparsa trahãtur
Membra uiri, tegit hũc, atq; auri tegmine uelat.
Sic Priami genitum iratus spernebat Achilles.
Indoluere dei, mora nulla, hortãtur & oẽs
Ire satum Maia, & prompto furarier astu
Hectoreũ corpus. placet hoc, sed Nereꝰ instat,
Glaucaq; cum magna pariter Iunone Minerua:
Est odio Priamus, gens, & sacra mœnia Troiæ,
Haud animo excidẽrãt ueteris monumẽta dolo
Iudiciũ Paridis, spretæq; iniuria formæ, (ris,
Et prælata Venus, meriti quæ munera reddit
Exitiale malum. Iam bis sex acta dierum
Trãsierãt spacia, & supos tũc Phœbꝰ Apollo
Talibus aggreditur: O diuũ ingrata potestas,
O nimium infesti. num sacris ignibus Hector
Terga boum pecudũq; dedit torrẽda per aras?
Nec miseret? neq; collapsos defenditis artus,
Quos uideat cõiũx, quos natꝰ, & anxia mater,
Quos pater infelix, quos oĩs Troia crematos

Mădet humi? placet ut sæuꝰ crudescat Achilles,
Cui nihil humanũ est, atq; implacabile pectus?
Surgit acerba fremens, rapidi de more leonis
Cũ trahit hũc uesana fames, tumidusq; p agros
Fertur in armentum: nihil inclementius illo
Aeacide, furit in facinus, quem nulla pudoris
Causa mouet, iuuat interdũ pudor, & modò læ
Mortales. nũ chara magis rapiũtur? adẽpto (dit
Fratre dolet frater, queritur pater impia nati
Funera, sed flendo finem posuere dolori.
Fata dedere homini patientius omnia ferre.
Hic tristi postq; diuum dedit Hectora leto,
Alligat acer equis, & circum funus amici
Raptat atrox. hoc ille piũ quod retur, iniquũ est
O superi, nec adhuc miseret? furibũdꝰ Achilles
Sæuit in exanimum corpus. sic fatus, & iram
Non tenuit cõtrà candenti pectore Iuno:
Sit quod ais pater arcitenẽs, æquetur Achilli
Hector, & alterius alter non cedat honori:
At genꝰ humanũ hic mortaliaq; ubera sumpsit,
Ille dea genitus, mea quam custodia talem
Nutrijt, & thalamo consortem Pelea iunxi:
Acceptũ superis. sacros celebrasse Hymenæos
Vos eqdem memini pariter, cultorq; malorum
Ad-

Adstitit, atq; aures citharæ mulcebat Apollo
Perfidus. hic tacuit Iuno, nec plura locuta est.
Iuppiter huic contrà nubis collector aquosæ:
Desine, nec prorsus superos irata lacessas:
Haud honor unꝰ erit, gratũ sed et Hectora cre-
Cœlitibꝰ, quorũ magno sub nuĩe Troia est: (das
Tum mihi, cui nunq; cumulare altaria donis
Destitit, & sacros implere uaporibus ignes.
Dignus honos superũ. sed nõ furemur Achilli
Fraude sub occulta, uinctos soluamus & artꝰ:
Iã nihil est Hector, supplex rogat anxia mater
Ante aras, noctesq; dies pro funere nati.
Huc aliqs Thetidẽ uocet, ut mea iussa capessat,
Consulat & nato, Priami pro munere corpus
Soluat ut Hectoreũ. pedibus celer aduolat Iris
Nũcia ad æquoreas sedes, Imbrũq; Samumq;
Inter utrãq; cadit, sonitu procul unda remugit.
Haud secus ima petit, q̃ cornu plumbea moles
Dũ grauat, & pisces iacta ĩ mare decipit hamo.
Hãc ingressa cauo stãtem prospexit in antro
Cœruleas inter Nymphas, media ipsa sedebat
Anxia, & ingeminãs questus lugebat Achillẽ
Sede procul patria periturũ ad Pergama Troiæ.
Adstitit, & roseo Thaumãtias ore locuta est:

O dea surge, uocat magni cõsultor Olympi,
Cui Thetis, Et qd me uolet ille: sed hei mihi, q̃
Miſceri ſuperis pudor eſt, ſic æſtuat imo (iam
Corde dolor: ueniã tamẽ, haud mãdata refellã.
Certè aliquid. ſic fata caput uelamine nigro
Diuarum de more tegit, ſed candida ueſtis
Fulget, iterq̃ rapit. pedibus celer expedit Iris
Antè uiam, cedunt latæ uenientibus undæ,
Conſcẽdunt littus, cœliq̃ ad mœnia uentũ eſt.
Iuppiter adſtabat medius diuũm inter honores,
Cui Thetis admota eſt ſoliũ ꝓpe: ceßit Athena
Protinus, & blãdis dedit aurea pocula Iuno
Oblectans uerbis, ea ſumpto reddidit hauſtu.
Incœpit tãdem diuũm pater atq̃ hominum rex:
Veniſti dea, quanq̃ ægri tua pectora queſtus
Sollicitẽt, nec me iſta latẽt: ſed percipe quæ nã
Aduentus modò cauſa tui, quid' ue ipſe uocarim.
Nona dies agitur, rixam cœleſtibus ex qua
Hinc Hector, regnorũ illinc euerſor Achilles
Excitat. ire deum, & prompto furarier æſtu
Suadebãt: at nos (quoniam tua magna ueremur
Numina) laude aliquid dignũ quærem⁹ Achilli.
Ergo agè carpe uiam, & nato pia cõſule mater,
Iratoſq̃ deos, ac me magis omnibus unum

Edo

Edoceas, quoniam crudo ſic pectore ſæuit
Impius, & ſicca ad naues iacet Hector arena
Vinct⁹ adhuc. quòd ſi mea numina magna uere
Eximat à uinclis. Priamo mittem⁹ et Irim, (tur,
Munera grata ferat nati redimentia corpus.
Sic fatus. Thetis æthereo de culmine labens
Paruit imperio Iouis, & tentoria nati
Iam tenet, hunc ægro dantem ſuſpiria corde
Aſpicit, at circà ſociorum intenta labori
Turba dapes celerat: nam fortè ad ſacra litarãt
Dijs pecudem. propius nato ſtetit anxia mater,
Attingitq̃ manu, & uerbis compellat amicis:
Nate quid in triſtes ſoluis tua pectora queſt⁹?
Nec cibus ora capit, mœſtã neq̃ fœmina mentẽ
Vlla mouet Veneris, quãuis ea grata uoluptas.
Heu moriture citò, pennis circumuolat atris
Te fera mors fatumq̃ tibi crudele minatur.
Nũc aduerte animũ, ſummi mandata tonantis
Exequor, iraſci tibi ſe pia numina diuũm
Haud dubites, ipſum ſed cunctis altior urget
Ira Iouem, quoniam ſic crudo pectore ſæuis
Impius, & ſicca ad naues iacet Hector arena
Vict⁹ adhuc. ſed iã preciũ cape, et exime uĩclis,
Dixerat. huic cõtrà pedib⁹ celer inqt Achilles:

O 5 Huc

Huc ueniat qui dona ferat, fas reddere corpꝰ
Hectoreũ, summi posq; Iouis ista uoluntas.
Multaq; præterea alterno sermone feruntur
Matris ad Aeacidẽ. Tũ sacræ ad Pergama Tro-
Ire iubet, celeremq; affatur Iuppiter Irim: (iæ
I dea, linque polũ, uelocemq; arripe cursum,
I, Priamo mandata refer, pro corpore nati
Munera grata ferat, solus naualia Graiũm
Dic adeat, tantumq; senex auriga sequatur
Frena regẽs, referat qui tristes Hectoris artus:
Impauidus rex castra petat, Cyllenius unà
Fidus ad Aeaciden comes intra limina ducet.
Hic senis aduentu procul omnes stare iubebit,
Nec ferus in Priami mortẽ crudescet Achilles:
Haud illũ demẽs agitat furor, impia nõ sunt
Corda, sed oranti paret. sic fatus, & Iris
Desilit in terras, Priamiq; ad mœnia tendit:
Quem tristes inter strepitus, miserosq; ululatꝰ
Aspicit. at circà natorum maxima proles
Stat lachrymãs, sedet hic atro uelatus amictu
Colla, caput multo turbatus puluere circum
Quem stratus collegit humi: natæq; nurusq;
Immensos iterant questus, defunctaq; plangũt
Corpora, quæ dudũ Graio cecidere sub hoste.

Tunc

Tunc propius Priamo Thaumãtias adstitit Iris,
Pauca refert, illi subitus tremor occubat artus:
Ne dubites, depone metũ, non tristia mecum
Iussa fero: felix adsum tibi nuncia magno
A Ioue, quẽ tua fata premunt, miseretq; malorũ
Tantorum, iubet ut chari pro corpore nati
Munera grata feras, solum naualia Graiũm
Ire monet, tantumq; senex auriga sequatur
Frena regẽs, referat qui tristes Hectoris artus,
Impauidusq; ad castra ueni: Cyllenius unà
Fidus ad Aeacidem comes intra lumina ducet:
Qui senis aduentu procul omnes stare iubebit,
Nec ferus in Priami mortẽ crudescet Achilles:
Haud illum demens agitat furor, impia nõ sunt
Corda, sed oranti parcet. sic fata recessit.
Protinus hemiones natis currumq; parari,
Et feretrum super imponi iubet, inde superbos
Ascendit thalamos, miris ubi tecta figuris
Intus odoratam respirant omnia cedrum.
Hic Hecubam Priamus uerbis affatur amicis:
Chara mihi coniunx, Irim demisit ab alto
Iuppiter, ut rapti misero pro corpore nati
Munera digna ferã, sed quid tibi mẽte uidetur?
Ire animus suadet, uiresq; in pectora surgunt,

Per

Per medias Danaorum acies, hostiliaq; arma.
Dixerat, at lachrymis cõiunx ita fatur obortis:
Heu ubi nũc cecidit tua mẽs, qua laudis adep
Nomẽ eras? decus ĩperij nũc solus ad hostẽ (tus
Ire paras? poteris crudelem ferre tyranni
Aspectum, qui tot natorum tradidit orco
Illustres animas? equidem tua ferrea credam
Pectora. uade, truces oculos si intorserit ille
Perfidus, arreptum non te miserabitur hostis
Impius, haud quenquã Priami reuerentia tãget.
Siste igitur, mecum lachrymas lamentaq; funde
Debita, sic illum parcarum stamine duro
Infelix peperi, nimiumq; miserrima mater,
Vt procul (heu pietas) mœstorũ ante ora parẽtũ
Occidat, & canibus iaceat fera præda cruẽtis.
Aeacidæ cui si iecur ò iecur ò mihi si quis
Apportet medium, morsus ubi sæua nephandos
Explerem, tua nate ultrix, quem nõ fuga nobis,
Non timor eripuit bello, haud inglorius armis
Occidis, omnis enim uidit tua Troia cadentem,
Argolicas stãtẽ ante acies, nec plura locuta est.
Olli tum contrà sic Laomedontius heros:
Ne prohibe, neu triste mihi prænuncia cantes
Omen auis, cupit ire animus, nulloq; uirorum
Ducimur

Ducimur auspicio, manifesta in luce monentem
Ipse deum uidi, uocemq; his auribus hausi.
Ibo equidẽ, neq; enim magni contemnere fas est
Iussa Iouis. mihi si campis occumbere Graiũm
Sorte datur, rapiat uiolento protinus ense
Hanc animã Aeacides, complexo corpore nati:
Sed liceat lachrymis prius exaturare dolorem.
Hæc fatus. subitò capsarũ ingentia pandit
Tegmina, dehĩc bis sex numero pulcherrima pe
Eligit ac totidẽ chænas, totidemq; tapeta, (pla
Et procul albentis totidem uelamina panni,
Tot tenues tunicas, auri bis quinq; talenta
Addidit æquata primùm cum pondere lance:
Tum geminos tripodas, fluuosq; ex ære lebetes
Quattuor, hinc paterã signis auroq; nitentem,
Clarũ opus, hãc Thraces peterẽt cũ Pergama
Legati dederant Priamo, mirabile donũ: (Troiæ
Nec tamen huic parcit genitor, modò corpora
Eximat, hæc animo pendet pia cura senili. (nati
Egreditur tandem, Troianiq; agmina uulgi
Vestibulo excludit dictis, atq; increpat ultro:
Ite Phryges mala sors hoĩm, pcul ite, quid æ-
Vrgetis? neq; enim tantis plãgoribus ædes (grũ
Exultant uestræ, Priamũ sed acerba gementem.
Cernere

Cernere fortè iuuat, tantiq; incendia luctus.
Hectore ſublato facilis victoria pendet
Iã Danais: utinamq; prius ſub tartara Ditis
Mittar et ad Stygios manes, quàm diruta cernã
Argolica mea regna manu, Troiamq; cadentem.
Sic ait, inſeqtur ſceptro, Phrygia agmĩa circũ
Effugiũt, tũ rex Helenũq;, Agathona, Parimq;,
Pãmona, et Antiphonon, ac clarũ uoce Politẽ,
Deiphobũ, Hyppothoũ, et diuũ cõpellat Agauũ
Talibus: Ite citi natorũ peſsima proles
Digna obitu, quos extinctos tãtùm Hectore ui-
Optarem: periere quidem fortiſsima bello (uo
Corpora, quæ genui infelix. ubi Meſtor, et ar-
Troilus acer equo? uel qua iacet Hector ha(mis
Sydereũ quondã numen mortalibus ille, (rena?
Dignior ætherea diuorum ab origine naſci.
Hos mihi Mars rapuit, ſoboles inuiſa remanſit
Quẽ cantus choreæq; iuuant, mentitaq; uerba,
Nec pudet agnorum turpes committere raptus.
Ite citi, currumq; mihi (quid ſtatis inertes?)
Conſtruite, hæc etiam ſuperaddite. dixit, at illi
Iuſſa patris celerant trepidi, currumq; nitentem
Expediunt, feretrumq; locant, pendentiaq; alto
Tum iuga deponunt buxo fabricata recenti,

Et

Et maculis uariata ſuis, firmataq; clauo:
Inde nouem cubitis protenta ligamina ſoluunt,
Temoni prius illa, iugo dehinc protinus aptant,
Et triplici firmant nexu. ſudantia mittunt
Tum ualidos operi hemiones ualidosq; labori
Sub iuga, quos olim Priamo donarat habendos
Myſia gens, huc è thalamis ea dona ferentes
Deſuper imponunt miſeri pro corpore fratris.
Parte alia regi currumq; rotasq; parabant,
Cui celeres iunguntur equi, præſepibus altis
Quos ille ingenti ſtudio mandarat alendos.
Interea Priamus ſenior q; Idæus eundi
Expẽdũt caſus animo, atq; iter omne reuoluũt,
Et uarias agitãt curas. cum proxima coniunx
Alipedes contra ſtetit acri fixa dolore,
Fulgentemq; auro pateram, dulciq; Lyæo
Vndantem dextra oſtentans, ſic uoce precatur:
Poſtq̃ ita mẽs ſuadet, nec te tua cõtinet uxor,
Hanc prius Idæo pateram libamina patri
Accipe, quẽ ſummo patriæ ueneremur honore,
Felices ora reditus, utq; auſpice certo
Mittat auẽ cœlo, ſibi quam magis omnibus unã
Seruitio elegit celeri ſtridore uolantem.
Hac cõfiſsus abi, Danaũ pete caſtra, nec ultrę

Demoror

Demoror. ast illam si Iuppiter abneget, ultro
Siste precor, nec te tantis committe periclis.
Dixerat, at contrà sic Laomedontius heros:
Fas tua dicta sequi, cœloq; extollere palmas:
Sic tu summe parens diuũm miserere precantis.
Hæc fatus, Tamienq; uocat, quæ iussa nitentem
Dat manibꝰ lymphã, peluimq; ministra tenebat:
Tum paterã capit, ac superis libauit honorem
Suppliciter cœlum aspiciens, sic uoce precatur:
Summe parẽs sacra Phrygiæ regnator in Ida,
Da facilẽ Priamo Aeaciden, reditusq; secũdos:
Quæq; tibi ante alias, qua non præstantior ulla
Seruitia exercet, celeri per inane uolatu
Felicem concede aquilam, sic omine certo
Castra inimica petam. tacuit, nec plura locutus.
Audijt omnipotens, cœlo Iouis ales aperto
Venanti similis, uarios induta colores
Desilit ad dextram, spacioſasq; explicat alas,
Haud aliter quàm si reserari ingentia credas
Limina portarum. confestimq; omine uiso
Lætitia exultant animi, rex ipse iugales
Scandit, & excusso tenduntur lora flagello.
Porticus ingenti sonitu tremefacta rotarum,
Et procul illisi reboant testudinis arcus:

Nec

Nec minus antè trahit sapiens auriga quadrigã.
At socerum generi lachrymis comitãtur euntẽ,
Mœstaq; prosequitur natorum turba parentẽ,
Ac uelut extremæ subiturum incẽdia mortis.
Postq̃ urbem egressi cãpos tenuere patentes,
Dardaniæ repetunt Neptunia Pergama Troiæ.
Isti ibant gemini, quos cũ deus æthere summo
Prospiceret, Priami casus miseratus acerbos,
Mercurium Maia genitum compellat ab alto:
Vade comes Priamo, tibi nã magis oĩbus uni
Conuenit iste labor: uariaq; ambage uiarum
Falle hostes, ne quis sciat aut cognoscere possit,
Quàm priꝰ ad magni aspectũ uenietis Achillis.
Audistin'? celeres iter arripe iamq; per auras.
Dixerat. ille patris magni parêre parabat
Imperio, & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis siue æquora supra,
Seu terram rapido pariter cũ flamine portant:
Tum uirgã capit, hac oculos deus excitat ipse,
Hac dulces suadet somnos, & lumina claudit.
Iãq; uolãs Phrygiũ super incidit Hellespõtum
Effigie similis iuueni, cui gratior ætas
Induit albentes tenera lanugine malas.
Interea expediũt cursus, tumuloq; propinquãt

P In-

Ingenti, sistuntq; inuento fonte iugales,
Atraq; nox fuscis terram complectitur alis,
Cum subitò Idæus uenientem cõminus audit
Mercuriũ, & tacita Priamo sic uoce locutus:
Audẽdũ est, uigeãt omnes in pectore sensus,
Nunc fati suprema dies: mihi uisa per umbras
Forma uiri, iam carpe fugã, uel supplice dextra
Oremus, fortè est aliquid pietatis in illo.
Vix ea fatus erat, Priamo color excidit omnis,
Obstupuit, steteruntq; comæ, collapsaq; mẽbra.
Ille tamen contrà graditur, dextramq; senilem
Arripit, & uerbis sic est affatus amicis:
Quô pater hos currus, quô te uia ducit euntẽ
Nocte sub umbrosa, dũ somno cũcta quiescũt?
Nec sæuas Danaũm mentes, hostiliaq; arma
Horrescis demens? quorum si uisus ab ullo
Ferre per obscurum noctis tot pondera rerum,
Quæ tibi mens? cum nec uires defendere cõtrà
Sufficiant, similesq; tibi comes exigat annos.
Ex me pone metum, pro te mea pectora ferro
Obijciam, summiq; loco uenerabere patris.
Sic fatus, contrà sic Laomedontius heros.
Vera quidem sunt hæc (fateor) charissime fili,
At nũc noscо deos, & opem conferre roganti
Cũ

Cum tu chare puer Priamo sic obuius adsis,
Credo equidẽ sanctos qui te genuere parentes,
Eximia tantum mirandus imagine formæ
Ac clara uirtute nites. Tum reddidit ille:
Haud aliter loqueris q̃ te decet optime regũ,
Tu modò fare precor, cui nam seruãda ferũtur
Tutius externæ genti tot pondera rerum?
Siue metu potius miserandam linquitis urbem,
Postq̃ Hector magnæ cecidit spes inclyta Tro-
Ille quidem nulli bello cessurus Achiuũm. (iæ?
Tũ Priamꝰ, Quisnã hic, q tã bene tristia nati
Fata refert? agè fare precor, quo sãguine cretꝰ?
Dixerat. Ille tamen cõtrà, Pater optime noscо,
Noscо animũ, iam scire aliqd super Hectore tẽ-
Vidimus hũc, cũ pugnaci uiolẽtus in hasta (tas.
Hostilem inuasit classem, quot funera passim
Edidit, Argolico manabat sanguine ferrum.
Mirati astantes, neq; enim tela obuia duci
Atridæ infensus regi concessit Achilles.
Armiger huic ego sum, puppiq; inuectus eadẽ,
Myrmidonũ patria est, genitore Polyctore na-
Qui nũc diues opũ similes tibi computat an(tꝰ,
Sex etiam uiuunt fratres tellure paterna, (nos:
At mihi Myrmidonũ comitari ad Pergama classẽ

Sorte datum. sed nũc paulũ per apta uagamur
Digreſsi ratibus: cum craſtina fulſerit hora,
Nuncio pugnaturã aciem, circumq; uidebis
Ilion ingentes agitari in prælia turmas:
Gens bello ſatis abſtinuit. nec plura locutus.
Tum ſenior: Si te famulũ dignatur Achilles,
Vera refer. iacet ante rates meꝰ Hector? an illũ
In partes ſecuit uarias, canibusq; trahendum
Tradidit hoſtis atrox? Priamo ſic reddidit ille:
Diue ſenex, neq; adhuc canib. roſtriſq; trahẽdũ
Tradidit, ante rates media iacet Hector in aula
Pulcher adhuc, nullo uiolatus corpora tabo,
Quanq; abijt bis ſexta dies, nec uermibus ullis
Læditur, exangues ſolitis depaſcier artus.
Ille autem quotiens undis aurora reſurgit,
Raptat atrox circum defuncti corpus amici:
Integer ipſe tamen, nec parte offenditur ulla.
Multi etiam exanimum telis petiere iacentem,
Reſtat adhuc nato roſeum decus. omnibus idem
Vulneribus color eſt, ac nullo tetra cruore
Membra nitent, mirũ credas. ſed ſcilicet altos
Hæc tãgit pia cura deos, quibꝰ Hector ad auras
Dona tulit, totieſq; ſacros libauit honores.
His ſenior paulum gauiſo pectore fatur:

Eſt

Eſt aliquid ſuperis igitur libare, nec illos
Immemores reor accepti dum fata ſinebant,
Semper honore pio coluit ſacra numina diuũm
Infelix Hector, nunc illi corpora ſeruant
Nate tua accepti memores. quid demoror ultrà?
Iãq; agè, carpe uiã, & miſerũ comitare parentẽ
Fidus ad Aeaciden ſuperis felicibus oro,
Hæc etiam meriti precium cape pocula. dixit.
Sic fatur contrà interpres hominũq; deũmq;:
Quanq; æuũ iuuenile mihi, tibi grãdior ætas
Iam matura annis, nunq; hoc ſuadebis, Achille
Vt meriti precium ignaro data pocula ſumam.
Illum equidẽ timeo, qui ſi modò ſenſerit, inſons
Supplicio affligar, ſubreptaq; pocula dicet.
Nil poſco: clarũ uſq; etiã comitabor ad Argos,
Siue pedes, uel ſi celeri placet ire carina:
Me duce tutus eris, nec quiſq; offendet euntem.
Sic fatus, curru tum protinus inſilit alto,
Et uiolentus equis iter omne afflauit anhelis
Lora tenens, & iam turres foſſasq; ſubibant.
Fortè ibi cuſtodes portarum limine clauſo
Inuigilãt dapibus, quos hic dulcedine ſomni
Lenijt, & docta medicauit lumina uirga:
Tum furtim reſerat uectes, & limina pandit.

Ingreditur Priamus, precioſaq; munera portat
Idæus ſenior. ſed iam tentoria Achillis
Contigerant, ſecta quæ montibus abiete regi
Myrmidones fecere ſuo, trabibusq; coactis
Conſtituere aulam in medio. ſed culmina fœno
Tecta patent, ingens claudit ſera lignea portã:
Vix illam poterant foribus tres addere Graiũm
Viribus enixi, uix illam euellere contrà,
Quã ſolus præſtanti animo librabat Achilles
Poſtq; introgreſſi, curru deus exilit alto
Humanam exutus faciem, capitisq; decorum
Effulſit iubar, & Priamo ſic talibus infit:
Sum Deus, et nihil eſt in me mortale futurũ,
Sum Iouis interpres, nũc æthere miſſus ab alto
Dux tibi ad Aeacidẽ, ſed ne me indignus Achil
Aſpiciat, neq; enim fas eſt ita numina diuũ (les
Oſtendi ſeſe, cœlo ueſtigia uertam.
Tu tamẽ ingredere, et genua amplexato Achil
Per Thetidẽ patremq; ſuũ natũq; precator. (lis
Credo eqdẽ, ſi qua eſt pietas, miſerabitur hoſtis.
Sic fatus, uento ſimilis ſe tollit in auras.
Deſilijt curru ſenior, traditq; tenendos
Idæo alipedes, ſed Achillem tramite recto
Rex adijt, nulli uiſus nec cognitus ulli,

Cœnantẽ

Cœnantẽ offendit menſa, neq; cui omnis edẽdi
Finis adhuc: circũq; epulas & uina parabat
Heros Automedon, ac clarum robur in armis
Alcimo. hic genua amplectẽs tremebũdo Achil
Oſcula dat manibo, toties quas cæde uirorũ (lis,
Polluit, & miſero natorum ſanguine tinxit.
Obſtupuit uiſu Aeacides, mirantur et omnes
Alter in alterius iactantes lumina uultum.
Nec ſeco ille oculos hominũ ſibi cõtrahit, ac ſe
Mirandum oſtentat populis, qui crimine cædis
Damnatus petit externos patriamq; relinquit,
Quẽ Priamo tãdẽ lachrymis ac uoce precatur:
Heu ubi nũc Peleus? reminiſcere patris Achil
Fortè illũ ſimilis patientẽ extrema ſenectæ (le:
Vicini populant hoſtes, nec regna tueri
Poſſe datur, tantum ſenio confractus & annis,
Nec cui rem committat habet, te ſoſpite nato
Lætatur tamen, atq; animo ſpem concipit ille,
Et nati fingit reditus noctesq; dieſq;.
Aſt mihi cui nimiũ infelix fortuna minata eſt,
Quinquaginta aderat natorum clara propago
Quorũ alios aliæ peperant, ſed fœmina tantum
Vna decemq; nouem: quorum ualidiſſima bello
Pectora, uidi equidẽ manibo ſuccurrere Graiũ.

Heu dolor, heu tãtũ ſpes una remãſerat Hector
Hũc etiã rapuit tua uis merita arma gerẽtem
Pro patria. quid agã? ſed nũc mea uota precesq;
Exaudi, ſubeat chari genitoris imago,
Et uenerare deos. exangues eximе uinclis
Hectoreos artus, tumulandos redde parenti.
Accipe & hæc meriti preciũ quæ munera por-
Heu nimiũ infelix. qs enĩ infelicior alter? (to
Hoſtiles en tãgo manus, quas ſanguine tinxit
Hectoreo, ſupplex hoſtis licet ora tueri.
Sic fatus. patriæ ſubijt pietatis imago,
Inq; pios pariter gemitus prorupit Achilles
Patrocli memor, atq; interdum Pelea flebat.
Ille etiam amiſſi lachrymatur funera nati
Affuſus genibus, tectis lamenta reſultant.
Depoſito tandem gemitu miſeratus Achilles
Et canum caput, & canam ſub pectore barbam,
Surgit, & ante pedes ægro mœrore iacentem
Alleuat à terra Priamum, dehinc talia fatur:
Infelix totiens caſus expertus acerbos,
Fare agè nũc, qua mẽte ſenex, quo pectore ſol⁹
Caſtra inimica petis? potuiſti ferre tyranni
Aſpectum, qui tot natorum tradidit orco
Illuſtres animas? equidem tua ferrea credam

Pe-

Pectora, nunc unà paulum hic aſsiſte, quieſcãt
Hæ lachrymæ, pater infelix, quid fundis inanes
Cõqueſtus? ſic Dijs placitum: triſtiſsima fato
Hæc data ſors homini, ut miſeris in luctib⁹ æuũ
Exigat, at nullos ſuperi nouere dolores.
Binaq; præterea Iouis eſſe in limine dicunt
Vaſa, quibus ſortem deus ipſe emittit utrãq;.
Ille miſer, cui ſors fati contingit amara:
Heu quantos etiam gemitus, quàm dura uidebit
Exitia, atq; omnem mixtam mœroribus atris
Vitã aget, hũc homines odio ſuperiq; ſequẽtur.
At genitor Peleus primis donatus ab annis
Munere felici diuũm, ſub ſceptra tenebat
Myrmidones, quo non opibus ſublimior alter:
Et iuncta eſt homini coniux dea, iamq; beatus
Tu pater unus eras, tamẽ inuida fata, malorum
Adiecere aliquid, non illi optata propago
Natorum conceſſa deis, niſi ſolus Achilles,
Et cui uita breuis, nam me procul urbe paterna
Bellantem tua Troia tenet ferroq; ruentem.
Quondã etiã felix tua ſors fuit, & tibi tantum
Imperiũ, quantũ pandit ſacra Lesbos, & ingens
Nũc Phrygiam ſupra circunſonat Helleſpõt⁹.
Adde etiam natos, chariſsima pignora patrum,

P 5 Omni-

Omnibus his admixta mali pars maxima, cædē
Et fera bella uides circū sacra Pergama Troiæ.
Siste igitur, neq; enī plorādo extincta resurgūt
Corpora, nō ita fata sinunt: iā cōprime luctus.
Sæpe nocet nimiū lachrymis explere dolorem.
Dixerat, at diuûm sic ille simillimus heros:
Ipse licet sedeam media prostratus in aula,
Hector adhuc merito iaceat sine honore sepul-
Heu dolor, heu pietas: preciū cape, et exi (chri?
Redde patri: tibi sic felicia fata secun (me uīclis,
In patriā redit⁹, tecūq; hæc munera portes. (dēt
Seruasti hanc animam nobis & uescimur aura
Aetherea. tum sic contrà respondet Achilles:
Desine, quid toties hortaris soluere natum?
Hoc etiā Thetis admonuit, patre nata sub undis
Oceano, mihi magna parēs, Ioue missa tonante
Iampridem, diuûm iussis parēre necesse est.
Te quoq; nescio quis deus huc comitatur eūtē:
Quandoquidem iuuenile etiam si robur inesset,
Nec quisq̄ auderet, nec se committeret hosti
Ingrediens furtim reserato cardine nostras
Decepto custode fores. quid nostra querelis
Pectora sollicitas? ad Troiam hinc tutus abibis,
Infelix referes exangues Hectoris artus:

Nam

Nā uereor mandata Iouis. nec plura locutus.
Territus his senior dictis, ac paruit ultrò.
Ille autem egreditur frendentis more leonis,
Heros Automedō simul, et comes Alcim⁹ ibāt,
Quos sibi delegit socios post tristia chari
Fata Menœtiadæ, & primo ueneratus honore:
Exonerant currum, atq; ingētia munera portāt.
Hic geminas tantū uestes, tunicamq; relinquunt
Arte laboratam, quarum uelamine nati
Mēbra tegāt, referat qui tristes Hectoris artus.
It simul Idæus senior, tum clarus Achilles
Exanimū corpus, tergendaq; uulnera lymphis
Tradidit, atq; olei crasso spargenda liquore,
Aspectu procul à Priami, ne fortè recentes
Irrumpant gemitus, ac ferrum iratus Achilles
In iugulum senis absumat. Iam lauta nitebant
Mēbra, leuāt curru, et stratis collapsa reponūt,
Tum uarios super ornatus. hic tristis Achilles
Patrocli memor ingemuit, cui talia fatur:
Si quid apud manes indignum percutit aures,
Parce precor, corp⁹ cōcessum exangue parenti
Munera digna dedit, quorum tibi debita ponam
Dijs superis. fatus repetit tentoria Achilles,
Atq; è conspectu regali sede locatus

Quam manus artificis uaria confecerat arte.
Constitit, ac regem uerbis affatur amicis:
Soluimus exangues nati pater Hectoris artᵘ,
Infelix iacet en curru sublimis in alto:
Cum tamen effulget roseis aurora quadrigis,
Cernere fas illum, et patriam referetis ad urbẽ.
Nũc mensis adsiste, modumq; impone dolori.
Aureo sex natas arcu cecidisse Dianæ,
Ac totidem Phœbi iuuenilia corpora telo
Infelix uidit Niobe, cum se illa per omnes
Ostentat populos, nec demens cedit honori
Insignis Latona tuo, quia munere felix
Natorum, sed te genitam Titanida Ceo
Arguit enixam geminos: qui numina facti
Tam facilè exitio potuerunt tradere plures.
Nona dies illos funesta morte iacentes
Vidit adhuc, neq; enim tumulari Iuppiter ipse
Passus, et in lapidẽ populũ conuerterat omnem.
Luce tamen decima miserantia numina diuũm
Mandauere solo. Niobe tot funera uidit,
Et potuit tandẽ lachrymis saturata dolorem
Indulsisse epulis. Sypili nunc monte sub alto
In lapidem uersa aspicitur, similisq; gementi
Supplicia expendit superis, ubi numina mille
Nympharũ

Nympharũ sua tecta colunt, Acheloia circum
Littore, ubi totiens iuuat indulgere choreis.
Quare agè diue senex epulis accũbe, quid ægrũ
Sollicitas animum lachrymis? tunc flere licebit,
Debita tunc solues nato, cum tristis ad urbem
Exanimum referes corpus. sic fatus Achilles
Albentem mactat pecudẽ, mora nulla, ministri
Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant,
In partesq; secant uarias, uerubusq; trementes
Protinus infigunt artus, cereremq; caniſtris
Expedit Automedon, dapibusq; ante ora paratis
Discumbunt, ferro carnes partitur Achilles.
Postq̃ exempta sitis, & amor cõpressus edendi,
Laomedontiades magnum admiratur Achillem,
Quãtũ dijs similis, q̃ pulchro corpore præstet.
Nec minᵘ Aeacides cõtrà os, oculosq; loquẽtis
Iamdudum, et toto lustrabat lumine corpus.
Cũ tamen amborum cernẽdi expleta uoluptas,
Laomedonte satus senior compellat Achillem:
Dijs genite Aeacide, quoniã post tristia nati
Funera, somnᵒ adhuc nunq̃ mea lumina clausit,
Tot gemitus aderant, curarumq; anxia moles,
Stratus humi toties, facilẽ cõcede soporẽ (primũ
Nũc precor, hei nimiũ infelix pater, heu mihi,

Nūc dulces epulas, et Bacchi sumpsim⁹ haust⁹.
Dixerat, accelerāt famuli, lumenq; ferentes
Extruxere thoros, ornantq; tapetibus altis
Regifico luxu uarios intexta colores
Tegmina, et imponunt preciosas murice uestes.
Olli subridens pedibus celer inquit Achilles:
Vade senex, fessos dulcis sopor irriget artus,
Nec magis hic standū est, soliti nā sæpe uenire
Huc Danai, nostris et quid de rebus agendum
Consulti redeunt, quorū si uisus ab ullo,
Quæ tibi mēs? sciat hoc populorū ductor Atri-
Nec tibi cōcedet referēdos Hectoris art⁹. (des,
At nūc fare precor, quot nati busta diebus,
Et meritos etiam tumuli celebrabis honores,
Vt totidem bello abstineam sub pace sequestra.
Olli tum contra sic Laomedontius heros:
Cædua sylua mihi procul est in mōtib⁹ altis,
Vnde trabes, & ligna ferant: tū Dardana pubes
Hostiles timet insidias, nam Pergama circum
Excubiæ inuigilant Danaûm, furtimq; latentes
Hīc atq; hinc errant, & tota claudimur urbe.
Si placet ut dignos nato impendamus honores,
Flere nouem concede dies, aurasq; querelis,
Aetheraq;, & miseris implere ululatibus urbē.

At decima rogus hunc capiet, dapibusq; paratis
Conueniet populus, cineres atq; Hectoris art⁹
Vndecima tumulo imponam: tum luce sequenti,
Si placet, armatæ redeant in prælia turmæ.
Dixerat, huic cōtrà pedib⁹ celer inqt Achilles:
Ne dubita, cōcede libēs, sub pace sequestra
Tutus eris: sic tāgo manū, sic fœdere certo
Hinc abeunt gemini, & dulci collapsa sopore
Mēbra leuāt, curasq; animo sub nocte uolutant.
Nec minus Aeacides somnū penetralibus imis
Carpit in amplexu charæ Bryseidis, & iam
Cuncta silent, superūq; gen⁹ sopor alt⁹ habe-
Insomnis tantū interpres hominūq; deūq; (bat.
Noctem agit, & uario curarum fluctuat æstu,
Vt Priamum tutè castris emittat Achiuûm.
Huic furtim supra caput adstitit, atq; ita fatur:
Surge agè. qd magis hic inimica ī gēte moraris,
Cum datur ad patriā reditus? natumq; reportas
Exanimem, pro quo tot munera cepit Achilles?
Scilicet expectas, sciat hoc Agamēnō Atrides,
Captiuūq; trahat? miser hinc fuge, et arripe cur
Ter tantū pro te soluent tua pignora nati. (sum.
Sic fatus. timuit senior, somnoq; iacentem
Excitat Idæum. Deus ipse annectit habenas,

Et curru subiungit equos, tacitusq; per hostes
Transilit, & frustra excubias custodia seruat.
Et iam contigerant sinuoso uertice Xanthum,
Quẽ pater omnipotẽs propria de stirpe crearat:
Hic genitus Maia cœlo se tollit in auras.
Aurora interea roseis inuecta quadrigis
Extulerat lucem, totoq; effulserat orbe,
Hectora lamentis referunt miseroq; ululatu,
Iliacos & iam muros, portasq; subibant,
Nec tamen auditum quicquam, mirabile dictu,
Sola prior Veneri similis Cassandra futuros
Prospiciens casus Troiæ, de mœnibus altis
Agnouit longè Priamum, curruq; iacentes
Hectoris exanimes artus, tum uicta dolore
Ingentes rumpit gemitus, urbemq; querelis
Excitat: Aspicite en qualis referatur ab hoste,
Heu mihi quàm dispar, quantum mutatus ab illo
Hectore, quẽ toties redeuntẽ ad Pergama bello
Vidimus eximiũ patriæ decus. heu mihi quantũ
Mœstitiæ, & quantũ linquit tibi Troia doloris.
His dictis concussi animi, miseroq; tumultu
Concurrunt portis: hic uxor, & anxia mater
Innixæ curru, natum hæc gemit, illa maritum,
Amplexæ caput exanimum. stat flebile uulgus

Hinc

Hinc atq; hinc, & si flendi concessa potestas,
Credo equidẽ medio portarum in limine luctus
Solis ad occasum durassent solis ab ortu:
Sed uetuit Priamus, curruq; erectus in alto
Talibus alloquitur populum: Sinite ire iugales
O Phrygij, spaciumq; uiæ concedite ad alta
Atria, tunc liceat lachrymis explere dolorem.
Secessere omnes, & in alta palatia uentum est,
Stratus ubi exanimis feretro cõponitur Hector.
Cantores circùm miseri lugubria fundunt
Carmina, et ingeminant funesta uoce querelas
Hinc atq; hĩc mœstæ Iliades matresq;, nurusq;:
Quas inter caput infelix complexa mariti
Andromache tales effundit pectore questus:
Hector ubi es? cui me uiduã sub flore iuuẽtæ
Linquis, et imbellẽ cõmunia pignora natum?
Quẽ peperi infelix, cui uita breuissima: nã mox
Diruta Troia cadet, cum tu spes inclyta gentis
Dardaniæ cadis ante annos charissime coniũx.
Tu patriæ tutamen eras, te coniuge rapto
Ibimus Argolicis seruitum matribus. at tu
Captiuam quocunq; tuam comitabere matrem
Infelix puer, & mecum seruire licebit,
Multaq; sub domino patiere indigna superbo.

Vel

Vel te aliquis, qui forte patrẽ cecidisse sub hasta
Viderit Hectorea, fratrem ue, aut pignora nati,
Protinus arreptum turri demittet ab alta
Præcipitem, pœnasq; tuo de sanguine sumet.
Credo eteni innumeros leto dedit inclytus He
Tã bello uiolentꝰ erat: nunc oĩs ademptũ (ctor,
Te tua Troia gemit, nũc plãgor percutit aures.
Maternos ne audis gemitus, lamentaq; patris?
Sed lugẽda mihi tua mors magis. heu mihi cur te
Nõ licuit thalamis morientẽ extendere dextrã,
Ac saltem mandare aliquid, quo sedula curas
Lenirem memor ipsa tui, noctesq; diesq;?
Tum magis atq; magis tectis lamenta resultant.
Parte alia ingentes renouat mœstissima luctus
Mater, & afflicto tandem sic pectore fatur:
Nate mihi ãte alios, charissima pignora nate,
Maternumq; decus, tibi nũc pia numina diuũm
Llæsos seruãt artus, & corpora tabo.
His quoq; gratus eras. miserã me, talis ab hoste
Nate redis, mihi tot rapuit uiolentus Achilles.
Sed Samõ, aut Lemnõ, ambos trãsmisit ad Him-
Vendendosq; dedit: te tãtũ perfidus hostis (brũ,
Raptat atrox circum defuncti corpus amici.
Nec fuit exanimasse satis, sæuire decebat

Scilicet

Scilicet ulterius. num raptæ lumina uitæ
Restituit Patrocle tibi? quid conqueror ultra
Infelix nullo uiolatus corpora tabo?
Nate iaces, illi similis, quem magnus Apollo
Intendens arcum telo transfixit acuto.
Dixerat. ingeminant luctus. Tũ tertia surgit
Tyndaris, & mœstum lachrymis solata dolorẽ
Sic ait, O utinam mihi si licuisset obire
Quàm prius hũc ego te nec digna morte perem
Aspicerẽ clara cõsanguinitate propinquũ, (ptũ
Si Paris est cõiunx frater tuus. heu mihi quid iã,
Quid primũ deserta querar? iã lustra trahuntur
Quattuor his nobis, patriãq; & regna reliqui,
Iratus nunquam ipse mihi, contra aspera patris
Iurgia, me dominam solitus defendere contra,
Illorumq; humili cohibebas uoce furorem:
Omnibus inuisa infelix, me solus amabas,
Spes mea solus eras. quid agã? q̃ maximus urget
Corda dolor. sic fata. sonat concussa querelis
Et uario mugit populorum regia luctu.
Tum Priamꝰ tali populum sic uoce precatur:
Ite Phryges, uarias nec formidetis Achiuũm
Insidias, pacem dextra firmauit Achilles,
Sex totidẽq; dies, ingentem euertite syluam,

Sublimẽq;

Sublimemq; pyram nato ſtatuamus, at illi
Talibus accelerant diſtis, curruq; iugales
Et plauſtris iunxere boues, mora nulla, parati
Conueniunt omnes in eodem limine portæ.
Itur in antiquam ſyluam, ſonat icta bipennis.
Ligna noue referunt plauſtris congeſta diebus.
Tu pyra conſtruitur decima, cõponitur Hector
Deſuper exanimis, gemitu miſeroq; tumultu
Subijciunt flammas, abeunt, ac luce ſequenti
Conueniunt, nigroq; ignes extinguere uino
Dardanidæ certant, lachrymis albentia fratres
Oſſa legunt, urnaq; ſolo clauduntur in aurea,
Purpureoq; tegunt molli uelamine circùm.
Tum ſuper imponunt ingentia ſaxa ſepulchro,
Et uigil Hectoreos cineres cuſtodia ſeruat,
Ne quicquam auderent Danai, ſeu fortè receti
Effoderent tumulo funus rurſusq; reportent.
Tu Priamus populum iubet in ſua tecta uocari,
Et ſtatuit de more dapes, hæc funera magni
Hectoris, hos illi genitor celebrauit honores.

ILIADOS HOMERICAE
FINIS.

AD LECTOREM
Tetraſtichon.

Qui legis, emenda: liuor diſcede, reuerſus
In Latium duce me magnus Homerus erat:
Romaq; certaſſet tecum, uel Smyrna, uel Argos,
Vertere ſi totum Parca tuliſſet opus.

BASILEAE, MENSE
MARTIO, ANNO
M. D. XLI.

R
IId 238